

C. Arinius * M. f. C. n. * Labeo. T. Romuleius * T. f. Q. * nepos.
 M. Iunius * L. f. M. n. * Brutus. Q. Oppius. // f. // n. * Salinator. * Et ho-
 rum magistratus alij adducentur ordine suo.

Prouinciæ prorogatæ

M. Seruilius. C. f. P. n. Pulex. Geminus. Procos. Etruriam prorogato in an-
 num imperio cum suis duabus legionibus obtinuit: Liuius libri xxx. fine.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Hispaniam. citeriorem

L. Manlius. L. f. // n. Acidinus. Hispaniam. vltiorem

Procoss. prorogato imperio obtinuere.

Eodem tamen anno S. C. factum est. Quando Hispanias aliquot iam annos iidem ^{S. C. de Hi-}
 obtinuisent; *vti Consules, si eis videretur, cum Tribunis agerent, vt plebem rogarent, ^{spaniarum}
 cui iuberent in Hispania imperium esse. Is ex duobus exercitibus in vnam legionem con- ^{provinciis.}
 scriberet Romanos milites, & in xv. cohortes socios Latini nominis, quibus prouinciã ^{* vt ij Con-}
 obtineret. Veteres milites L. Cornelius & L. Manlius in Italiam deportarent. Li- ^{sules, malè in}
 uius xxx. fine scribit hæc ferè. Sed quid tunc actum cum populo fuerit, omnino præterit; ^{Liuanis ex-}
 quod valdè mirum, vt Annali proximo latius. ^{emplariis.}

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui. postea. Africanus. appellatus. est. Procos.
 Africam. cum. vetere. exercitu. & classe. prorogato. imperio. obtinuit. Cartha-
 ginensibus ex S. C. populi que iussu his legibus pacem dedit.

Vti liberi legibus suis viuerent. Quas vrbes, quosque agros, quibusque finibus ante bel- ^{Fœdus cum}
 lum tenuissent, tenerent. Perfugas, fugitiuos, captiuos omnes redderent. Naues rostratas, ^{Carthagi-}
 præter decem triremes, elephantosque quos haberent domitos, omnes traderent, nec do- ^{nensibus.}
 marent alios. Bellum neve in Africa, neve extra Africam iniussu populi Rom. gererent.
 Massanisæ regi res redderent, fœdusque cum eo facerent. Decem milia talentum argen-
 ti descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta soluerent. Obsides centum quin-
 quaginta Scipionis arbitrato darent, nec minores xlii. annis, neu maiores xxx.

His legibus pax cum Pœnis firmata est. Inde Scipio Procos. concione aduocata Mas- ^{Massanisæ}
 sanisam ad regnum paternum, Cirtha, & cereris vrbus agrisque, quæ ex regno Suphacis ^{regi fidei as-}
 in populi Rom. potestatem venissent, adiectis, donauit. Cn. Octauium classem in Si- ^{societatis er-}
 ciliam ductam Cn. Cornelio Cos. tradere, & legatos Carthaginiensium Romam pro- ^{gò regnum}
 ficisci iussit: vt quæ ab se ex decem legatorum sententia * pacta essent, ea Patrum aucto- ^{ampliatum.}
 ritate, populi que iussu firmarentur. Hæc diffusius apud Liuium xxx. Polybium xv. Ap- ^{* acta alias.}

pianum, Zonaram, & alios Lector inuenies. Expressam quoque vidimus elegatibus sym- ^{Nummi ar-}
 bolis victoriæ & pacis istius memoriam in argenteis nummis antiquis in P. Scipionis ^{gentei & au-}
 Africani honorem immortalem culis. In quorum vno latere Neptuni caput cum suo tri- ^{rei cusi in}
 dente signatum est, in altero rostrata nauis. Neptunus principatum maris signat, quem ^{memoriam}
 Carthaginiensis populus classibus ac navigatione sua, longè lateque per orbem terra- ^{istius victo-}
 rum tunc obtinebat; nauis ipsam ciuitatem atque Rempublicam. In cuius puppi, tan- ^{ria & pacis.}
 quam gubernator ac nauarchus iuxta legionarem aquilam stat in Imperatoris habitu pa- ^{Domitor mar-}
 ludatus atque armatus Scipio, quasi iam legionibus ac armis suis ciuitatem ac eius poten- ^{is à Virgilio}
 tiam occupasset, subegissetque. Vbi dominium accipiens Carthagini dextram dat, pacta ^{vocatur Æ-}
 fœdusque firmat. Carthaginis simulachrum est muliebre cum corona turrata (sicuti so- ^{neidos v.}
 lent vrbes magnas, aut ciuitates potentes, tamquam aliarum dominas ac reginas antiqui ^{Nauis, ciui-}
 formare) stat in prora. Quod tale quidem est, vt nudam, inopem, atque imbellè esse cog- ^{tas.}

noscas. Hæc dextera data, pactis & fœderi respondet. Sinistra clauum tenet nauticum, ^{Carthaginis}
 sed inutilem, & à puppi cum ipsa sumnotum, ac in proram ex aquis translatum. Quo ^{simulachrũ,}
 quid aliud signatur, quàm clausis, armataque navigationis facultatem Carthagini ademp- ^{& eius ex-}
 tam esse, qua multis annorum curriculis superbiebat? Tenet tamen eadem adhuc manu ^{plicatio.}

peramplas spicas, vt intelligatur, eidem exercitium agriculturæ, & terrestre dominium ^{Classis Ro-}
 verus relictum fuisse. Quæ omnia fœderis legibus paulò antè memoratis respondent. ^{mar redacta.}
 Adscriptus est nummo titulus Imperatoris hic: P. SCIPIO. P. F. PR. COS. EX. S. C. Eius pi-
 cturam, Lector, videre poteris in Fastis Huberti Goltzj, qui illum Scipionis Consulatu
 applicauit.

Cn. Octauius * Cn. f. * // nepos. Propr. maritumam. oram. Sardinia. &
 Africa. cum. classe. prioris. anni. prorogato. imperio. obtinuit. P. Scipionis Procos.
 ductu & auspiciis in Africa bellum gessit, & eius classem, bello confecto, in Siciliam ad
 Cn. Cornelium Cos. atque inde Romam duxit: Liuius lib. xxx. & xxxi.

*Prociñtus
ad bellum
Philippicum.*

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Propr. maritumam. oram. Græciæ. da-
to. extra. ordinem. imperio. obtinuit: quamuis Consularis esset, & antea sæpius Pro-
cos. maius imperium obtinuisse. Hic ex S. C. classem duodequadraginta nauium, quam
Cn. Octauus ex Sicilia reducebat, circa Vibonem accepit, & in Græciam transmisit, vt
conatibus Philippi Regis cum M. Aurelio Cotta legato obsisteret, & socios in fide con-
tineret: Liius lib. xxxi.

Pro Quæstorib. f. fuere.

//. // . // . f. // . n. // . M. Seruilij. Procos. in Etruria.

C. Cornelius L. f. M. n. Cethegus. L. L. Lentuli. & Acidini. Procos. in
Hispania.

C. Lælius C. f. C. nepos. P. Scipionis. Procos. in Africa.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Octauij Propr. ad. classem. Africa.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. L. Oppius. // . f. // . n. Salinator.
Nasica.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Africanus. Ann. DLII.

Procos. de. Pœneis. & Annibale. duce. Regęque.

Numidarum. Suphace. // . // . //

*Eius reditus
ad urbem ho-
noratissimus.*

Pace terra marique parta, P. Scipio Procos. exercitum in Siciliam traiecit. Inde nau-
gio parte magna militum Romam præmissa, ipse per Italiam, tam pace quam victoria læ-
tam, terrestri itinere ad urbem pergit, obuiam effusus non vrbis modò ad habendos
honores, sed agrestium etiam turba passim obfidente vias. Insuper hominum ingens
multitudo sub eius aduentum Romam confluit, vt præstantissimum belli ducem post
tantas res gestas intuerentur. Clarissimo igitur omnium triumpho urbem inuectus est.

*Q. Terentius
Culeo Sena-
tor pileatus
triumphum
sequitur.
Plutarchi lo-
cus suspectus.*

Et sequutus est triumphantem Q. Terentius Culeo Senator Romanus à Pœnis antè
captus, quem sibi Scipio, priusquam pacis leges firmare voluit, ante omnia exhiberi iussit,
adductum pro tribunali iuxta se in cõsilio, cum de fœdere ac pace tractaretur, sedere iussit:
vt Plutarchus in Apophthegmatibus Romanis scribit. Qui discrepat in nomine, L. Te-
rentium Probum vocans: nisi hic error interpretis est; Græcus enim codex mihi nunc
præ manibus non est. Vt vt autem, mihi potiùs visum est, in hoc sequi Liium historiæ Ro-
mancæ principem, & Valerium Maximum, cum experiamur frequentissimè Græcos in
Romanis nominibus tradendis hallucinari. Q. Terentius itaque non ingratus, in signum
libertatis beneficio & auspiciis P. Scipionis recuperatæ, currum eius triumphantis inter
alios ciues liberatos pileatus sequebatur: omni que deinde vita (vt dignum erat) liberta-
tis auctorem coluit Scipionem. Cuius etiam funus postmodum, & idem Plutarchus ad-
dit, tamquam libertus, multo libitinariis præbito, celebrauit. Meminit eiusdem Terentij
Valerius Max. ipsum inter gratos memorans lib. v. cap. ii. Suphax autem Rex Numida-
rum captiuus morte subtractus est magis spectaculo, quam triumphantis gloriæ, vt inquit
Liius, Tiburi haud ita multò antè mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. Conspic-
ta mors tamen eius fuit, quia publico funere elatus est. Polybius tamen grauissimus auctor
ipsum Regem in triumpho ductum scribit libro xvi. & aliquanto post in carcere mor-
tuum. Eundem sequitur Silius Italicus Punicorum lib. xvii. fine de Scipione sic canens,
triumphi eius pompam pulchrè depingens:

*Mansuri compos decoris per sacula victor
Deiicta referens primus cognomina terræ,
Securus sceptri repetit per cerula Romam,
Et patria inuehitur sublimi tecta triumpho.
Antè Suphax feretro residens captiua præmebat
Lumina, & aurata seruabant colla catena.*

Manubia.

Ceterum P. Scipio tulit in ærarium argenti pondo centum milia viginti tria: mili-
tibus ex præda quadragenos æris diuisit: epulum in Capitolio amicis, ludosque pluribus
diebus suo sumptu magnificentissimè fieri curauit. Africani cognomen ipsum ex hac vi-
ctoria reportasse consentiunt omnes, primumque cognomine deiictæ provinciæ nobilita-
tum fuisse. Quod militaris ne antea fauor, an aura popularis ei detulerit, an familiari ab-
sentatione cœptum fuerit, sicuti Sullæ Felicis, Pompeijque Magni, Liius pro incom-
perto reliquit in fine libri xxx. Post hunc verò triumphum autumo Romanum popu-
lum gratitudinis ergò P. Scipioni ob maxima merita inusitatos honores obtulisse: nimi-
rum

*Africanus ob
victoriam
appellatur.*

*Infecti &
eximij hono-
res P. Scipioni
Africano
oblatis.*

rum Consulatum ac Dictaturam perpetuam: statuas in Comitio, Rostris, Curia, Capito-
lio, triumphalemque imaginem e templo Iouis Opt. Max. deducendam. Quae tamen
omnia ipsum cum summa moderatione constanter recusasse scribunt Liuius lib. xxxviii:
& Val. Max. lib. iiii: cap. i. Vide praeter iam citatos auctores Appianum Alexandri-
num in Africana de hoc Scipionis triumpho, quem nobis etiam repraesentat Hubertus
Goltzius in suis Fastis argentei denarii antiqui pictura, cui impressum Romae caput galea-
tae, & ipse Scipio cum lauri ramo stans in quadriga triumphali, cui titulus adscriptus:
P. SCIPIO. P. F. L. N. PRO. COS. ROMA. Nec praeteriere triumphum hunc Orosius lib. iv:
cap. xix. & Eutropius in fine tertij. Quorum sane historiam conspurcat indoctum ac
impudens glossema, librorum ignorantia inuectum: quo traditur, P. Terentium poe-
tam comicum fuisse, qui pileatus, in signum indultae libertatis, curram triumphantis Sci-
pionis est sequutus. Quod plane falsum: nam hic natione Poenus, non Romanus (vt
Q. Terentius fuit) hoc bello puer captus, ac P. Terentio Lucano Senatori Romano venum-
datus. A quo libertate tandem ob ingenium donatus nomen accepit, vt P. Terentius
P. L. Afer more Romano nuncupatus fuerit. Sed nominum ista similitudo historiae er-
rorem induxit.

*Numisma
triumphale.*

*Orosij & Eutropij loca
corrigen-da.*

*P. Terentius
Afer poeta
hoc bello ca-
ptus puer Ro-
mae venditus.*

BELLVM PHILIPPICVM.

Pacem Punicam bellum excepit Macedonicum primum Philippi regis, anno ab vrbe
condita dlili. Sed numeri annorum varie corrupti apud auctores, Liuium, Orosium,
Eutropium, & alios quosdam extant; quos studiosus historiae quilibet facile ad normam
Fastorum Capitolinorum corrigere poterit. Qui PHILIPPICVM appellant, ab ipso Regis
denicati nomine. Plures auctores maluerunt a populo Macedonicum primum vocare; Ter
quia ter cum eodem, sicut cum Poenis, bellatum fuit, priusquam Romanus victor eam
seruitute multauit. Quam fortunae fortem Poeni, Hispani, potentissimi que plures alij
per terrarum orbem populi cursu temporum experti sunt. Nam vt apposite L. Florus in-
quit, post Carthaginiensem vinci neminem puduit. Sequuta sunt statim Africam Mace-
donia, Graecia, Suria, ceteraque omnia quodam quasi aestu & torrente fortunae. Non se-
cus ac Oceanus sauis tempestatibus concitus, atque procellis feruidus. Etenim

*Ter vietus
Poenus; ter
item Mace-
do.*

*Catarractis
Punicis vi
Romana di-
ruptis, fluctus
summi impe-
rii per orbem
terrarum
passim mox
exundantur.*

*Vt semel oppositas euincit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omneis
Cum stabulis armenta trahit.*

vt pulchre Maro poeta cecinit. Post alteram enim illam difficilem atque cruentam pu-
gnam, qua domi laeessitus ab Annibale Peno fuit, victor euadens, atque palmam aufe-
rens Romanus populus ad omnem palaestram semet accingere, consilio, virtute, atque
animi magnitudine, difficillima quaeque tentare non dubitauit. Quocirca sui Hercules
Pollentis, Potentis, & Alexicaci vestigia sequi in exantlandis arumnis atque periculis vo-
luit. Cum enim Cacum Penum a fatali sede summi imperij Roma repulisset, & Italiam
prouinciarum parentem P. Scipionis sui claua domitrice Punico iugo liberasset: ipsum
Carthaginiensem inimicum populum in alio mox orbe, suis scilicet in sedibus, velut
quemdam Antae gigantem est aggressus, atque torosis legionum lacertis constrictum
exanimatumque domuit & subiugauit. Tum iusti imperij sui maiestatem ulterius proue-
here sui officij esse putauit Romanus, non ignarus duas esse iustitiae partes, nemini scili-
cet inferre iniuriam; & ne sibi, aut cuiquam socium vel amicorum inferatur, procurare.
Pulchrum igitur & laudabile visum per orbem terrarum Herculis exemplo circumfer-
re victrices legionum aquilas, regum atque tyrannorum superbos reprimere spiritus, op-
pressos inique populos tutari, & in libertatem asserere. Primi igitur post Poenos collisos
& prostratos, in arenam ac certamen vocati Macedones, monarchiae quondam Alexan-
dro Magno duce affectator populus. Quorum rex Philippus causas belli dederat, quod
Annibalem in Italia dominantem sibi sociauerat, & Penos flagrante bello tam pecunia
quam auxiliis iuisset: tum quod socios Romanorum contra foedus cum ipso nuper
contractum infestaret. Igitur Atheniensibus contra Regis iniurias, quos agro vastato,
templis, aris, sepulchrisque direptis, in urbem compulerat, auxilium implorantibus pla-
cuit opem ferre: atque ita bellum, non diu post pacem Poenis datam, regi Philippo in-
dictum est.

*Hercules Ro-
manus.
Annibal Ro-
mano Cacus.*

*Carthago gi-
gas Antaeus.*

*Iustitia du-
plex officium.*

*Causae pro-
pter quas
Philippo regi
bellum illa-
tum.*

ANNI P. R. C. DLIII.

Consules.

P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. C. AVRELIVS. C. F. C. N.
GALBA. MAXIM. II. COTTA.

TABVLÆ GRÆCÆ Galbam II. & Cottam suggerunt superioris anni Consulibus. & rectè: nam Galba ante decennium Consul semel fuerat. Itaque repetiti honoris nota desideratur in Liiij, Cassiodori ac Mariani exemplaribus. Causam erroris suspicor esse, quòd in multis Ser. Sulpicius perperam vocetur: qui frater Publij huius non Consul antea, sed Ædilis curulis fuerat. Æmilius Probus in Annibalis vita P. Sulpicium & C. Aurelium Coss. nominat, quemadmodum habentur in tabulis Capitolinis. Benè sic item Liius libro XLII. P. Sulpicium & Aurelium Coss. exprimit.

Prouincia vt ordinata, & exercitus distribuit.

P. Sulpicio Cos. prouincia Macedonia, & bellum Philippicum, C. Aurelio Italia sorte euenit. Qui binas legiones scribere iussi sunt, & veteres exercitus dimittere. Sulpicio Cos. cui nouum & magni nominis bellum decretum erat, permissum est, vt de exercitu, quem P. Scipio ex Africa deportasset, voluntarios quos posset, duceret. Prætoribus L. Furio, Q. Minucio, quina milia focium ac Latini nominis Consul Lentulus daret, quibus præfidus alter Galliam, alter Bruttios obtineret. Q. Fuluius Prætor & ipse iussus ex eo exercitu, quem P. Ælius Cos. habuisset, quinque milia focium ac Latini nominis, vt quique minimè multa stipendia haberet, legere, eoque præsidio Siciliam tueri. Prorogatum imperium M. Valerio Faltoni, vt Propr. Sardiniam prouinciam eo anno pro Campania & Bruttis obtineret, utique de exercitu, qui ibi esset, quinque milia focium ac Latini nominis, qui eorum minimè multa stipendia haberent, legeret. Et Consules duas vrbanas legiones nouas ad incerta belli vt scriberent, decretum. Sex legionibus Romanis eo anno respublica administranda erat. Hæc Liius lib. xxxi.

Sacrificia & vota dñs sūt pro felici successu belli & statu reipublicæ.

Supplicatio in triduum ex S. C. indicta est, obsecratiq̄ circum omnia puluinaria dij, vt quod bellum cum Philippo rege populus iussisset, id benè & feliciter eueniret. Consulq̄ Sulpicius populi iussu ludos magnos, donumq̄ Ioui vouit, si proximo quinquennio resp. in eodem statu permanisset. Qui ludi votiui soluti sunt anno abhinc sexto, P. Africano II. & Ti. Longo Coss. vt tradit Liius libro xxxiv. vbi tamen corrige

Philippi regis expeditio.

Consulis prænomen, qui perperam ibi Ser. Sulpicius Galba legitur. Interea Philippus rex Maroneam obsessam primo impetu, ac Ænum proditione cepit, aliaq̄ plurima castella occupauit in Chersoneso. Abydum diu oppugnatum cuniculis tandem expugnauit, & excidit: atque inde in regnum exacta ætate rediit. Interim cum P. Sulpicius Cos. automno fermè exacto in prouinciam venisset; circa Apolloniam terrestres copias, & nauales Corcyram in hiberna deduxit. Qui dum ipse, vt auctor est Zonaras, ægritudine premeretur, legatos suos in expeditionem misit: L. Apustium cum parte copiarum in Macedoniam, C. Claudium Centhonem cum viginti nauibus longis, vt Atheniensibus irer subsidio, quorum agros ac urbem bello premebat Philippus. Claudius, iunctis sibi Rhodiis tribus quadriremibus, agrum Atheniensem à populationibus non modò tutatus est, sed & Chalcidem inopinatò cepit, diripuit, & incendit, atque Regem ipsum postea ab Athenarum obsidione submouit. L. Apustius fines Macedoniae populatus Antipatriam vi expugnauit, & occisis puberibus euertit, Codrionem metu ad deditionem compulit, & cum Athenagora regis Philippi Præfecto prosperè pugnavit.

Plures reguli fortunam Romanorum sequuntur.

Bello iam feliciter inito, reguli aliquot accolè Macedonum cum Romanis societatem cepere, inter quos Pleuratus ex Illyricis, Bato ex Dardanis, & Aminander Athamanum rex. P. Sulpicius Cos. Philippum præliis aliquot leuioribus vicit, Celetrum in Orestide, & Pelium in Dassaretiis expugnauit; atque ita peragratis hostium agris, ad Apolloniam copias tandem reduxit. L. Apustius, & Attalus Asiæ rex Andron insulam & Oreum classe coniuncta simul expugnarunt. Ætoli eadem ætate rursus à Philippo ad Romanos defecerunt, & Thessaliam depopulati sunt; sed à Philippo superueniente cæsi & fugati. Consul alter C. Aurelius Cotta, cui Italia prouincia euenerat, ad confectum velut bellum, quando iam L. Furius Prætor de Gallis insignem victoriam retulerat, tardius proficiscens, populando hostilem agrum, maiore cum præda quam gloria Romam reuersus est. Omnia quàm latissime Liius libro xxxi. Polybius xvi. Zonaras, Orolius lib. iv. cap. xx. & alij.

C. Cotta Cos. nil magni in Gallis gessit.

Prætores.

Cn. Sergius. // f. // n. Plancus. Urbanam iurisdictionem fortitus obtinuit: Livi-
lib. xxxi.

L. Furius. Sp. f. Sp. n. Purpureo. Galliam fortitus obtinuit cum quinque milibus
socium ac Latini nominis. Exercitum permutare iussus est, cum Galli Insubres, Ceno-
manni, & Boij, Amilcare Pœno duce, qui in iis locis ex exercitu Afrubalis subfiterat,
iunctis sibi Ligurum aliquot populis, Placentiam coloniam subito impetu captam diri-
pissent, & traiecto Pado Cremonam obsiderent. Accepit igitur ex Etruria C. Aurelij
Cos. legiones, remittitque in vicem earum quinque milia socium, qui interim Etruriæ
præsidio essent. Atque mox contra hostes profectus, magno prælio vicit, Amilcare etiam
duce occiso, castrisque hostium vno impetu captis. Minus sex milia hominum inde ef-
fugerunt, caesa & capta sunt supra quinque & triginta milia cum signis militaribus se-
ptuaginta, carpentis Gallicis plus ducentis multa præda oneratis. Placentini capti ad
duo milia liberati sunt. Ob quam victoriam supplicatio in triduum Romæ decreta
est. Consul Aurelius tandem in prouinciam veniens, victorem exercitum suum à Furio
accepit, haud clam ferens iram aduersus Prætozem, quod absente se rem gessisset, quem
inde in Etruriam ablegauit: Livi- lib. xxxi, Orofius lib. 1v. cap. xx. Eutropius, & Zo-
narus. Livi- item lib. xxxiv. L. Furium Prætozem in prælio Ioui ædem vouisse scribit,
quam postea Cos. in insula Tiberina faciendam locauit.

*Placentia à
Gallis capta,
& Cremona
obsessa.
Victi Galli,
Amilcare
Pæno duce
occiso, castris-
que captis.
Ingens &
per ampla
præda.
Iouis ædes ex
voto Pr. in
insula Tiberi-
na.*

Q. Minucius. C. f. C. n. Rufus. Ex Ædilitate plebis Bruttios fortitus obtinuit,
cum quinque milibus socium ac Latini nominis. Ex S. C. quæstionem de expilatis apud
Locros Proserpinæ thesauris habuit: de sacrilegis pœnas sumpsit, pecuniam repertam in
sacro arario reposuit, non inuentam suppleuit ex bonis noxiorum, & piacularia sacra ex
Pontificum sententia placandæ deæ causâ fecit: Livi- xxxi.

*sacrilegium
punitum, ac
ritè restaura-
ta sacra.*

Q. Fulvius. // f. // n. Gillo. Siciliam fortitus obtinuit, cum quinque milibus so-
cium ac Latini nominis, ex exercitu P. Ælij priore anno Cos. vt quisque minimè
multa habuisset stipendia lectis: Livi- ibidem.

Ædiles curules

M. Claudius. M. f. M. n. Sex. Ælius. Q. f. P. n. Pætus
Marcellus. Catus.

Fruenti copiam magnam aduectam ex Africa, binis æris in modios populos diuise-
runt. Ludos Romanos magno apparatu fecerunt, diemque vnum instaurarunt. Signa
ahenea quinque ex multatitio argento in arario posuerunt: Livi- lib. xxxi. fine. Hic
M. Marcellus filius est Marcelli quinquies Cos. ab Annibale occisi. De Sex. Ælio plura
in Consulatu dicere pollicitus sum, qui mox sequetur, præterita namque Prætura post
Ædilitatem hunc anticipauit. Eius reperiuntur affabre facti denarij in hac Ædilitate
cusi forsan ex multatitio argento; quorum inscriptio talis est: SEX. AELIVS. Q. F. CATVS.
AED. CVR. EX. S. C. Habent in vna facie, Iouis Anxuris caput; in alia, fulminiferâ aquilam.
Nummi picturam, Lector, videre poteris in Goltzianis Fastis accommodatam Consulatu
eiusdem Sex. Ælij Pæti. Argumentum complecti nummus videtur vnus ex signis in æra-
rio tum positus. Et M. Marcelli puto bigatos esse cufos ob annonæ istius copiosæ memo-
riam, in quibus visuntur sub Victoriæ biga duæ spicæ, & apud Romæ caput modius, quem
binis æris vendere frumento plenum ciuibus. Scriptum sub biga nomen eius est:
M. MAR. ROMA.

*Annone ma-
gna Roma
vilitas.*

*Denarij Ædi-
litij.*

Ædiles plebis

L. Terentius. // f. // n. Massa. Cn. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus
Ludos plebeios ter totos instaurarunt, vt habet Livi- in fine xxxi. Sed corruptissimè le-
guntur ibidem Ædilium cognomina, quæ ad antiquitatis fidem restituenda sunt.
Cn. Tamphilum in hac Ædilitate Prætozem designatum esse scribit item Livi-.

Tribuni plebis

Ex S. C. plebem rogarunt, Quia C. Valerius Flaccus in annum sequentem Ædilis
cur. designatus propter Diale Flaminium in leges iurare non poterat, magistratum autem
plus quinque dies, nisi qui iurasset, gerere non liceret: an populo placeret, Valerium Ædi-
lem, qui pro se iuraret, arbitrato Consulum dare. Plebs sciuit, vt perinde esset, ac si ipse
Ædilis iurasset. Arbitratu Consulum datus qui iuraret pro fratre L. Valerius Flaccus

*Plebiscitum
de C. Val.
Flacco Fla-
mine Diale,
& eius iura-
mento.*

*Plebiscitum
de Hispania
reſtoribus
mutandis.*

*Populus ad
inſendum
bellum Phi-
lippicum dif-
ficilis.*

*Q. Bæbius
criminator
probris in Se-
natus laceratus.*

*Plebes ex S. C.
à Cos. obiur-
gatur.
Aristocratia
iusta vigor
in ciuitate
tunc.*

Prætor designatus. Et de altero Ædile designato, qui absens tum Hispaniam citiorem obtinebat, plebiscitum est factum, Tribunis item plebis ex S. C. plebem rogantibus, Quos vellet duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire, vt C. Cornelius Ædilis cur. designatus ad magistratum gerendum Romam veniret: & L. Manlius Acidinus multos post annos de prouincia decederet. Plebes Cn. Lentulo & L. Stertino Procons. imperium esse in Hispania iussit: Liuius libri xxxi. fine.

Q. Bæbius * Q. f. Cn. n * Tamphilus. Post P. Sulpicij Cos. rogationem de bello regi Philippo Macedonibusque indicendo sponte propter bellorum tædia primis comitiis antiquata, ipse Patres ob id S. C. apud plebem criminatus est; incusans bella ex bellis feri, ne pace vniquam frui plebes posset. Ægrè eam rem passi Patres, laceratusque probris in Senatu Tribunus plebis; actumque diligenter, vt denuò comitiis edictis Cos. centurias in suffragium mitteret, castigaretque legnitiem populi, doceretque quantum damni dedecorisque dilatio belli istius adferret. Quo facto, centuræ, vt rogarat, bellum frequentes iusserunt: Liuius xxxi. exordio.

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Longus. Ouationi ex Hispania L. Lentulo Procons. à Senatu decretæ nonnihil intercessit: sed postremò victus consensu Patrum cessit, vt Liuius xxxi.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Sempronius * M. f. C. n * Tuditanus. L. Stertinius. // . f. // . nepos.

M. Minucius * C. f. C. n * Rufus

[L. Ogulnius. A. f. A. n. Gallus]

[M. Domitius. M. f. Cn. n. Calurnus]

[Q. Ogulnius. A. f. A. n. Gallus]

[Q. Aulius. Q. f. M. n. Cerretanus]

[P. Ælius P. f. P. n. Patrus.]

Quæstores vr bani.

Legatis Ptolomæi regis munera quinum milium æris in singulos ex S. C. dederunt: Liuius lib. xxxi.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . P. Galbæ. Cos. in. Macedonia.

//. // . // . f. // . n. // . C. Cottæ. Cos. in. Italia.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Fuluij. Pr. in. Sicilia.

//. // . // . f. // . n. // . L. Furij. Pr. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Rufi. Pr. in. Bruttieis.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui postea Asiaticus appellatus est, P. Scipionis Africani frater, cuius item comes & legatus fuerat in Hispania & Africa. Iam eius Romani magistratus ordine subsequenter. Quæsturam quidem eius ex Ædilitatis interuallo quinquennali huius anni fuisse colligimus.

L. Valerius. C. f. // . n. Tappus. Plebeia Valeriorum hæc familia est, è qua Tribunos plebis adfert nobis Liuius. Et hic L. Tappus cum suo collega M. Fundanio in Tribunatu plebis legem Oppiam abrogauit, vt postea suo loco dicitur. Prætor deinde Siciliae, & 111. vir agris dandis etiam reperitur apud Liuium, qui C. f. ibi nominatur, lib. xxxvii.

M. Iunius. M. f. L. n. Brutus. D. Iunius. M. f. L. n. Brutus.

Fratres fuisse profecto colligimus inde, quod simul Tribuni plebis cum essent, domus eorum à matronis Romanis obsessæ fuerit, vt vnà habitasse constet, quemadmodum à Liuius, & alii perhibetur. Antiquæ frugalitatis & disciplinæ iuuenes fuisse, Tribunatus eorum demonstrat: quorum M. Brutus etiam Consul in Capitolinis tabulis extat, alter D. Brutus post Tribunatum Ædilis & Prætor à Liuius profertur. Sed in multis exemplaribus perperam P. Iunius habetur.

M. Vale-

M. Valerius. M. f. M. n. Messalla. Hic eius cognominis primi M. Messallæ nepos fuit, quemadmodum indicant Capitolina marmora in eius Consulatu, quem obtinuisse post repulsam, docet item Lilius.

L. Porcius. L. f. M. n. Licinus. Prætor sequetur Sardinia, deinde in Capitolinis extat Consul ita descriptus, quem post Præturam non semel nono demum anno repulsus obtinuit, vt ex Lilio discimus.

M. Fundanius * M. f. Q. n * Fundulus. Q. Salloni * C. f. C. n * Sarra. M. Funduli Tribunatum plebis, & Q. Sarra Præturam reperimus apud Lilius.

Prouinciæ.

C. Cornelius. L. f. M. n. Cethegus. Procos. Hispaniam citeriorem extra ordinem obtinuit, L. Lentulo Procos. successor datus. Qui ex S. C. quod anno superiore factum erat, decedens, hunc suo loco Procos. reliquit in prouincia apud exercitum, sicut ex Liliiana historia manifestum fit. Mirum tamen mihi videtur, hoc ipsum non expressisse libro xxx. vbi S. C. de Hispania Imperatoribus mutandis memorat, & nihil prorsus adiecit, quidnam ex eodem de eius imperio successoribusve Procos. vt decretum à Senatu erat, à tribunis Plebis cum populo fuerit actum. Quod præterire numquam solet; vt solliciter credere, quippiam tale in trunco passim Lilio ibidem periisse. S. C. verba ferè singula in annali superiore retulimus in Hispaniensi prouincia. Iam libro sequenti Lilius L. Lentulum hoc anno ex Hispania Romam rediisse, triumphum petiisse, & ouationem obtinuisse scribit; atque C. Cethegum ex hostibus magnam victoriam reportasse. Sic aperte satis demonstrat Cethegum pro Lentulo tunc prouinciã obtinuisse, sed quomodo quòve iure, quasi notum, & antè dictum quid, præterit. Verba eius de Cethegi victoria libro xxxi. sunt hæc: Eodem, inquit, anno C. Cornelius Cethegus, qui Procos. Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sederano fudit. Quindecim milia Hispanorum eo prælio dicuntur cæsa, signa militaria capta octo & septuaginta. Et paulò post in eiusdem libri fine subiungit, eodem anno Cethegum absentem, cum Hispaniam obtineret prouinciã, Romæ Ædilem curulem fuisse designatum; & idè, Tribunis plebis populù rogantibus, duos alios extra ordinem fuisse designatos, qui Procos. cum imperio Hispanias obtinerent, vt C. Cethegus Ædilis cur. ad magistratum gerendum Romam veniret, & L. Manlius Acidinus post multos annos prouincia decederet, quemadmodum in Tribunatu plebis supra retulimus. Colligimus igitur ex Lilio, legitimum Ædilitatis annum C. Cethegi esse sequentem, atque ipsum Quæstorem quinquennio prius, C. Flamini, qui cum P. Scipione Africano decesserat, in Hispaniensi prouincia successisse; quamuis hoc Lilius, vt alia multa prætermittat, qui Quæstorias prouincias ferè nullas, nisi obiter, & ex occasione quapiam oblata, solet attingere.

In Lilio hic quædam desiderari videntur.

C. Cethegi insignis victoria.

Quæstorias prouincias leuiter attingit Lilius.

L. Manlius. L. f. // n. Acidinus. Procos. Hispaniam vltiorem obtinuit. Sed populi iussu huius anni exitu successorem accepit; vt ex Lilio diximus.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Propr. maritumam oram Græciæ prorogato imperio obtinuit. De Philippi regis apparatu bellico, & contra Athenienses socios iniuriis ad Senatum scripsit, vt Lilius lib. xxxi. principio. Adueniente Consule Sulpicio in prouinciã, decessisse videtur. Lilius enim eodem anno mortuum esse, filiosque illius Romæ per quadriduum in foro ludos funebres munere cum gladiatorio magnificè dedisse refert eiusdem libri fine.

M. Valerius * M. f. M. n * Falto. Propr. Sardiniam prorogato imperio extra ordinem obtinuit, cum quinque milibus sociam, ac Latini nominis: Lilius.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

//. // . f. // . n. // . M. Faltonis Propr. in Sardinia.

//. // . f. // . n. // . Ostiensis.

M. Iunius * L. f. M. n * Brutus. Cn. Cornelius * P. f. Ser. n * Merenda.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. anno DLIII.

Procos. ouans. ex. Hispania citeriore. // . // . //

Eodem hoc anno L. Cornelius Lentulus Procos. qui cum L. Manlio P. Scipioni Hispania decedenti anno DLVII. successerat, ex prouincia reuersus, in Senatu res à se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuit, & triumphum postulauit. Res quidem triumpho dignas esse censebat Senatus; sed exemplum se à maioribus

*Triūphi po-
stulandi ius
his tantum
cōpetebat, qui
cum maiore
magistratu
prouinciam
obtinuissent.
Primus ouās
sine magi-
stratu.
Aurū & ar-
gentum ex
manubiis ad
ararium.
Denarij triū-
phales.*

non accepisse, vt qui neque Dictator, neque Consul, neque Prætor res gessisset, triumpharet: Procos. illum Hispaniam prouinciam, non Consulem, aut Prætorem obtinuisse. Decurrebatur tamen eò, vt ouans urbem iniret; intercedente tamen Ti. Longo Tribuno plebis, qui nihilo magis id more maiorum, aut vllò exemplo futurum dicebat. Postremò victus consensu Patrum Tribunus plebis cessit, & Lentulus præter exemplum primus qui sine magistratu prouinciam habuerat, ex S. C. ouans urbem est ingressus. Argenti autem tulit in ærarium quadraginta quatuor milia pondo, auri duo milia CDL. pondo, militibus ex prædâ centum viginti asses diuisit: Liuius lib. xxx. Hinc eius reperiuntur denarij argentei cum triumphali curru, & Romæ capite, adscripto eius nomine: L. L. N. TVLVVS. L. F. L. N. Picturam eorum vide in Goltzianis Fastis.

L. Furius, Sp. f. Sp. n. Purpureo, Ann. DLIII.

Pr. de. Galleis. // . // . //

Manubiis.

L. Furius Prætor, post Cremonæ obsidionē leuatam, & Gallos debellatos, à Cos. Aurelio in Etruriam ablegatus, cum nihil istic haberet rei quod gereret, simul Gallico triumpho imminens, Romam inopinatò venit, Senatuque in æde Bellonæ habito, rebus à se gestis expositis, vt triumphanti sibi in urbem inuehi liceret, petiit. Id quod post multam denique disceptationem obtinuit. Patrum enim maiores natu negabant triumphum, quòd alieno exercitu rem gessisset, accusabantque quòd prouinciam reliquisset auiditate rapiendi per occasionem triumphi, dumque non suo, sed Consulari exercitu res gerenda erat, Consulem expectandum fuisse. Vicit tamen victoriæ magnitudo, præsentisque Prætoris & amicorum gratia, absentis Consulis maiestatem, frequentes namque triumphum Furio decreuerunt. Triumphauitque de Gallis in magistratu. In ærarium tulit trecenta viginti milia æris: argenti CLXX. ∞. pondo. Neque captiui vlli ante currum ducti, neque spolia prælata, neque milites sequuti sunt. Omnia enim præter victoriam, penes C. Aurelium Cos. iratum, quòd in re gerenda aduentum suum non expectasset, reliquerat: Liuius lib. xxxi.

ANNI P. R. C. DLIV.

Consules.

L. CORNELIVS. L. F. L. N. P. VILLIVS. TI. F. TI. N.

LENTVLVS.

TAPPVLVS.

*Prouinciariū
constitutio.*

CONSULES habemus in Liuiò L. Cornelium Lentulum, P. Villium Tappulum; in Cassiodoro, L. Cornelium Lentulum & P. Villium; in tabulis Græcis, Lentulum & Tappulum. At in Mariano, L. Cornelius, P. Iulius legitur: sicut etiam P. Villij Tappuli nomen passim apud auctores Liuium, Polybium, Plutarchum, Zonaram, & alios prodigiosè corruptum est: in quibus sæpè Iulius Appius, vel Iulius Appulus vocatur.

** Aliter in
vulgatis suc-
cederet in
Gallia, vbi is
venisset.*

L. Lentulo Italia, & P. Villio Macedonia obuenerit. Lentulus Cos. nouas legiones scribere, Villius autem à P. Sulpicio exercitum accipere iussus est, in supplementum eius, quantum videretur, militum vt scriberet, ipsi permissum. Prætori Cn. Bæbio legiones C. Aurelij Cos. ita decretæ sunt, vt retineret eas, donec Cos. Lentulus nouo cum exercitu * succederet: in Galliam vbi is venisset, omnes milites illi exauçtorati domum dimitterentur, præter quinque milia socium, quibus Ariminum obtineret. Prætoribus prioris anni duobus prorogata sunt imperia Cn. Sergio & Q. Minucio; de quibus suo loco dicendum erit. Hæc obiter de bellica reipublicæ constitutione apud Liuium lib. xxxii. principio.

*Prodigia pro-
curata.
Fœdus cum
Gaditanis.*

Prodigia eius anni plura Liuius enarrat, ob quæ supplicatio diem vnum edicta, & Latinæ feriæ Pontificum decreto instauratæ sunt. Cum Gaditanis fœdus renouatum, vt liberi legibus suis viuerent, nec præfectos acciperent, vt cum L. Marcio Septimi f. post Scipiones occisos conuentum fuerat. Cuius fœderis item Cicero in oratione pro Balbo mentionem facit. Narniensibus colonorum numerus est auctus per 111. viros duos Ælios Prætos, P. & Sex. & C. Lentulum in hoc creatos. In Macedonia militum missionem flagitantium atrox seditio excepit aduenientem P. Villium Cos. quæ tamen sine tumultu maiore composita est. Regem Philippum in Epiro ad amnem Aoum à P. Villio Cos. prælio fufum fugatumque, & castris exutum fuisse, Valerius Antias scribit. Ceteri verò auctores tam Græci quàm Latini, quos Liuius videre potuit, nihil memorabile à P. Villio gestum esse, integrumque bellum insequentem Cos. T. Quinctium accepisse tradunt.

*Militaris se-
ditio in Ma-
cedonia.
P. Villij Cos.
res gesta in-
certa.*

CENS. P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. AFRICANVS. P. AELIVS.

Q. F. P. N. PAITVS. L. F. XXXXVI.

L. Lentulus Cos. qui Romæ subfiterat, Censoria comitia habuit, multis claris petentibus viris: creati verò Censores P. Scipio Africanus & P. Ælius Pætus. Hi magna inter se concordia magistratum gesserunt, Senatū sine vllius nota legentes, cuius princeps dictus ipse Censor P. Africanus, vt Liuius in sequenti Censura testatur. Portoria venalium Capuz, Puteolisq̄ue item Castrorum portorium, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locarunt, colonosq̄ue eò trecentos adscripserunt, & Capuz sub Tifatis agrum vendiderunt. Hæc breuiter admodum de Censura Liuius, sed de Lustro nihil; quod conditum tamen fuisse, ex Fastorum Romanorum tabulis Capitolinis apertum est. Nam Lustrum hoc vrbs fuisse supputant XLVI. Vide Liuium lib. xxxii. & xxxiv.

Portoria publicanis qua elocata fuerunt.

Prætores.

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Vrbanam iurisdictionem sortitus obtinuit; Liuius lib. xxxii.

Cn. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus. Ex. Ædilitate plebis. Galliam. vel. Ariminum. sortitus. obtinuit cum quinque milibus sociūm ex exercitu C. Aurelij Cos. Cuius item legiones extra ordinem illi decretæ sunt in aduentum successoris Lentuli Cos. vt antè dictum est. Is, vt opinor, victoria & felicitate L. Furij Purpureonis Prætoris, cui successerat, pellectus, per ambitionem ad triumphum aspirans, non minus Insubrium fines ante Lentuli Cos. aduentum temerè ingressus, propè cum toto exercitu est circumuentus, supra sex milia & sexcentos milites amisit. Ea res L. Lentulum Cos. ab vrbe exciuit. Qui vt in prouinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, Prætozem multis probris increpitum prouincia decedere, atque abire Romam iussit. Neque ipse Cos. memorabile quidquam gessit, comitiorum causa Romam reuocatus, vt Liuius xxxii. Io. Zonaras Annalium libro secundo, rursus hoc anno Gallos, Amilcare Pæno duce, Romanis multas clades intulisse, Cn. Bæbium Prætozem superasse, socios Romanorum oppugnasse, & Placentiam expugnatam euertisse scribit, alios sequutus auctores quàm Liuius. Et rectè Cn. Bæbium appellat Prætozem, qui perperam in Liuius non semel C. Bæbius Pamphilus legitur, sicut prius admonui.

Clades Prætoris ambiciofi.

Prætor à Cos. Prouincia depulsus.

L. Valerius. P. f. L. n. Flaccus. Siciliam. sortitus. obtinuit. cum prioris anni exercitu, Q. Fuluius succedens: Liuius xxxii.

L. Villius * Ti. f. Ti. n. * Tappulus. Sardiniam. sortitus. obtinuit. cum veteri exercitu, M. Valerio Propr. successor datus: Liuius.

Ædiles curules.

C. Valerius. P. f. L. n. Flaccus. Flamen Dialis. C. Cornelius. L. f. M. n. Cethegus. Qui absens designatus Romam ad magistratum gerendum ex Hispania rediit. Ludos Romanos magno apparatu fecerunt: Liuius lib. xxxi. & xxxii.

Ædiles plebis.

M. Porcius. M. f. Cato. C. Heluius * P * f. // . n. Blasio. Ambo Prætores in hac Ædilitate designati. Ludos plebeios instaurarunt, & ludorum causa Iouis epulum fuit: Liuius. Suffragatur Liuius Cornelius Nepos in M. Catonis vita, qui C. Heluium vocat eius in Ædilitate collegam.

Tribuni plebis.

M. Porcius // . f. // . n. Læca. Ne L. Manlius Acidinus Procos. ex Hispania decedens urbem ouans iniret, cum ab Senatu Manlius hoc impetrasset, intercessione sua prohibuit. Priuatus igitur Romam est ingressus Manlius, qui mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferre auri in ararium tulit: Liuius.

Aurū & argentum ex manubiis.

M. Fuluius. M. f. Ser. n. M. Curius * M. f. M. n.

Nobilior.

Dentatus *

Comitia Consularia per intercessionem impediuerunt propter T. Quinctium Flaminium candidatum, quem ex Quæstura Consulatum petere non patiebantur. Iam Ædilitatem,

litate, Præturamque fastidiri, nec per honorum gradus documentum sui dantes tendere ad Consulatum nobiles homines, sed transcendendo mediâ, summa imis continuare velle. Res ex campeltri certamine in Senatum venit. Patres censuerunt, qui honorem, quem sibi capere per leges liceret, peteret: in populo creandi, quem velit, potestatem fieri, æquum esse. In auctoritate Patrum fuere Tribuni; creatique Coss. Sex. Ælius Pætus, & T. Quinctius Flaminius; ut auctor est Liuius lib. xxxi. Plutarchus in T. Quinctij vita refert idem, & nominat Tribunos plebis Fuluium & Manium. In Latinis tamen exemplaribus perperam Manius pro Manius legitur. Is quidem tradit T. Quinctium nondum triginta annos natum Consulem esse factum: cui & Liuius suffragatur lib. xxxi. scribens ipsum ferme trium & triginta annorum fuisse, cum tertio post anno, Philippo rege debellato, libertatem Græciæ promulgaret. Patres tamen, ut ex Liuii dixi, censuere, Quinctio per leges licuisse Consulatum petere: post Quæsturam nimirum, & alios honores licet extra ordinem gestos. Sed hæc ante Villiam legem annalem latam.

Plebs atque Tribuni in Patrum auctoritate fuere. Populi ius summum, saluis legibus, creare magistratus qualescumque. T. Quinctius necdum xxx. annorum Consul.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // .

C. Scribonius. // . f. // . n. Curio. Maximus. C. Flaminius. C. f. C. nepos
 C. Fabricius * C. f. C. n. * Luscinius. [Ti. Claudius. Ti. f. C. n. Canina.]
 [T. Otacilius. T. f. T. n. Crassius.] [L. Aurelius. C. f. L. n. Orestes.]
 [C. Cæcilius. C. f. L. n. Metellus.]

Quæstores vr bani

Punica fide solutum Carthaginenses primum stipendium.

Argentum à Carthaginensibus in stipendium primum Romam ex fœdere aduectum probum non esse renuntiarunt, experientibusque pars quarta decocta erat. Pecuniam igitur Romæ mutuum sumere coacti sunt, qua intertrimentum argenti suppleuerunt: Liuius lib. xxxi.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Lentuli Cos. in. Italia. & Gallia.
 // . // . f. // . n. // . P. Villij. Cos. in. Macedonia.
 // . // . f. // . n. // . L. Flacci. Pr. in. Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . L. Tappuli. Pr. in. Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . Cn. Lentuli. & L. Stertinij Procos. in. Hisp.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Q. Ælius * L. f. C. n. * Tubero. Tribunum plebis, & III. virum coloniis deducendis in triennium fuisse factum testatur Liuius lib. xxxiv. & xxxv.

M. Sempronius. M. f. C. n. Tuditanus. Cuius nomen sic extat in Fastis Capitolinis. Legatus P. Scipionis militauerat in Hispania, ut Liuius prodit lib. xxvi. Deinde per gradus honorum peruenit ad Consulatum: sed in petitione demum Censuræ repulsam est passus, ut Liuius lib. xxix. Patrem habuit M. Sempronium C. f. Tuditanum Consularem, & Censorium.

M. Licinius. // . f. // . n. Lucullus. Prætor sequetur postea.

M. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus. Prætozem adducit Liuius, & ita Consul etiam legitur in Capitolinis tabulis.

M. Tuccius. // . f. // . nepos. Ipsum Ædilem curulem, & Prætozem adfert Liuius, postea quoque III. virum Colonias deduxisse scribit.

A. Cornelius * A. f. * // . n. Mammula. Eius patrem anno DXXXVI. Prætozem A. Mammulam fuisse interuallum annorum subindicare videtur. Hic etiam Prætor sequetur.

C. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Cuius pater M. Liuius bis Cos. Dictator & Censor præcessit. Hunc Liuius Prætozem & Consulem prodit, & Pontificem mortuum postea scribit. Nomen illius extat ita inter Consules in tabulis Capitolinis.

L. Aurunculeius. // . f. // . n. Cotta. Prætozem nominat Liuius, & inter decem legatos Asiæ recenset lib. xxxvii.

Prouinciæ.

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Maximus. Procos. Macedoniam. prorogato. imperio. in. aduentum P. Villij Cos. obtinuit. Inter alia litteris Senatū certiorē fecit de prodigio: lauream in puppi nauis longæ enatam esse, propter quod ex Aruspicio responso supplicatio in diem vnum populo est edita: Liuius libro xxxi. Meminit L. Florus lib. ii. cap. vii.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Procos. Hispaniam citeriorem extra ordinem obtinuit. C. Cethego successor datus ipse Consularis: Liuius lib. xxxi. fine.

L. Stertinius. // f. // nepos. Procos. Hispaniam vltiorem extra ordinem obtinuit, L. Manlio Acidino successor datus: Liuius xxxi. fine.

Q. Minucius. C. f. C. n. Rufus. Propr. Bruttios prorogato imperio obtinuit, vt de coniurationibus quæstiones, quas Prætor cum fide curaque exercuisset, perficeret: & eos quos sacrilegij compertos in vinculis Romam misisset, Locros remitteret ad supplicium: quæque sublata ex delubro Proserpinæ essent, reponenda cum piaculis curaret. Prodigium ex Brutiis Senatui scripsit, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinæ eos tres cum ternis pedibus ibi natos esse: Liuius lib. xxxi. principio.

*Sacrilegium
Locrense de-
nudo puniunt
& expiatur.*

Cn. Sergius. // f. // n. Plancus. Propr. post vrbānā anni superioris Præturam huic datum imperium, vt militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia per multos annos stipendia fecissent, agrum adsignandum curaret: Liuius ibidem.

Pro Quæstorib. f. fuere.

// // // f. // n. // P. Galbæ Procos. in. Macedonia.

// // // f. // n. // Q. Rufi Propr. in. Brutticis.

// // // f. // n. // Calenus.

L. Valerius. C. f. // n. Tappus. D. Iunius. M. f. L. n. Brutus.

L. Porcius. L. f. M. n. Licinus.

ANNI P. R. C. DLV.

Consules.

T. QVINCTIVS. T. F. L. N. SEX. AELIVS. Q. F. P. N.
FLAMINIVS. PAITVS. CATVS

NOMINANT variè Coss. eosdem Liuius, Plutarchus, Cassiodorus, & Marianus. Tabulæ Græcæ Siculæ Flamininum & Pætum rectè produnt. Mendum est alioquin apud auctores passim, vt perperam alter Flaminius non Flamininus appelletur. Nam illud gentis plebeie nomen propriū est, hoc familiare cognomen Quinctiorum. Ex ista vocum similitudine natus est error haud contemnendus apud veteris historię rudes maiores nostros, qui veritatē multis tenebris inuoluit. Quisquis ille est auctor, qui virorum illustrium vitas compendiosè conscriptas nobis reliquit, (nisi hoc ipsum ex alicuius indocti scholiis culpa librarij scribæ non minùs indocti in eius irreprehit historiam) vel imperitè scripsisse, vel memoria insigniter lapsus videtur, vbi T. Quinctium C. Flamini Cos. ad Trasimenum lacum ab Annibale cæsi filium fuisse refert: cum sanguine neutiquam iuncti, ille patricius è gente Quinctia, hic plebeius è Flaminia fuerit. Alter Cos. Sex. Aelius frater est P. Aelij Pæti Consularis & Cenforij. Huic Cati quoque cognomen adijciunt tabulæ Capitolinæ, quod ob acumen ingenij, atque insignem iuris prudentiam ipsum obtinuisse vult Cicero Tusculanarum Quæstionum libro primo, citans hunc versum Ennij poetæ:

Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Huic etiam suffragatur Varro de lingua Latina libro sexto. Antiquis enim Catus idem erat quod cautus, prudens, dexter, & ingeniosus. Vox Plauto, ceterisque veteribus familiaris: à qua Cato item, & Catulus denominatiuè cognomina item defluxere, Varrone & Plutarcho testibus. Sic feles ab insigni dexteritate & astutia Cati à Latinis appellantur. Huius auctem Sex. Aelij idem Cicero non vno loco meminit, vt in Bruto, & in Catone: & in libro ii. de legibus citat eius scripta. Iurisconsultorum enim ex vetustissimis fuit, & in XII. tabulis

*Magnus indoctorum error in nominibus proprijs describendis. Error putidus indoctissimi scribæ, vel auctoris.
Sex. Aelius Cos. inter primos iuris interpretes insignis.
Catus cur dictus.*

*Cato & Catulus eius sunt origines cognomina.
Felles cur Cati Latinis dicti.*

Sex. Ælij Tripartita in XII. tabulas. tabulas Tripartitam scripsit, quod ab ipso postea ius Ælianum nuncupatum fuit, ut testatur Pomponius de origine iuris. Ambo hi Coss. præter ordinem magistratuum creati sunt. Quinctius ex Quæstura multò antè gesta, Sex. Ælius ex Ædilitate curuli, sic ut neuter Præturam, & ille nec Ædilitatem attigerit.

Prouinciã constitutio. Consules fortiti prouincias, Ælio Italia, Quinctio Macedonia euenit. Huic in supplementum legionum tria milia peditum Romanorum, & trecenti equites: item sociorum Latini nominis quinque milia peditum, quingenti equites decreti sunt. Ælio Cos. nouus exercitus omnis destinatus. L. Lentulo in Gallia prorogatum imperium, vsque in aduentum Ælij Cos. Præter Consulares exercitus, Prætores quoque iussi sunt scribere nouos milites, ut veteres exercitus in Sicilia & Sardinia dimitterentur. Hæc de ordine reip. bellico Liuius lib. xxxii.

T. Quinctius Cos. maturius quàm priores soliti erant Coss. cum supplemento in prouinciam venit: regem Philippum tenentem claustra Epiri ad Aoum amnem, atque confusum natura loci, munimentis, suoque exercitu, variis præliis oppugnat. Et duce principis vicini pastore quodam Epirota, cum montes, hostium castris à tergo imminentes, clanculum noctu occupasset, cum quatuor milibus peditum, hostem inopinatò circumuentum prælio fudit, in fugam compulit, & castris exiit. Fugientem in Thessaliam persecutus, præsidia regia, sociatque eius vrbes propè in conspectu regis ipsius expugnauit. Thessalia igitur vastatur, oppidis etiam aliquot, non tam ab hostibus Romanis quàm ab amico rege Philippo, ne quid in his integrum relinqueretur, direptis. Multa etiam ab Ætolis & Athamanis damna illata: qui post famam prosperæ ad Aoum pugnae Romanorum, in Thessaliam quoque irruerant. Consul Quinctius Aminandro rege cum Athamanorum auxilijs accito, ut duces per Thessaliam haberet, primam urbium Phalaram expugnauit, & diripuit. Pieram, Elatiam, & aliquot post vrbes, partim vi, partim deditio- ne cepit. Quæ multò latius referuntur à Liuiio, Plutarcho, & Zonara. In Gallia nihil memorabile à Sex. Ælio Cos. gestum est. Liuius totum propè annum Cremonensibus, Placentinisque cogendis redire in colonias, vnde belli casibus dissipati erant, consumptum fuisse scribit. Sex. Ælius Cos. ex Gallia comitiorum causa Romam cum redisset, Consules Prætoresque in annum sequentem creauit: Liuius lib. xxxii. Zonaras.

Prætores.

Seruorum coniuuratio de Pænorũ obsidibus liberãdũ detecta. L. Cornelius. L. f. // n. Merula. Urbanam iurisdictionem fortitus obtinuit. De seruorum coniuuratione, qui de obsidibus Pænorum liberandis, oppidisque Setia, Circeiis, Norba, ac Præneste occupandis consilia habuerant, comperta per indicium ad Senatum rettulit. Ad quam coniuurationem inquirendam opprimendamque, mox ex S. C. cum quinque legatis profectus: obuios in agris sacramento rogatos arma capere, & sequi coëgit. Atque exercitu duorum milium sic conflato, Setiam raptim veniens, principes coniuurationis comprehendit, elapsos fuga conqueri iussit, ac de noxiis omnibus supplicium sumpsit. Sic & Præneste coniuuratio tum detecta fuit, & in quingentos circiter homines eius noxæ Prætor animaduertit. Obsides captiuique Pænorum in arctiore custodia deinceps habiti, atque tribus coniuurationis indicibus præmia ex publico data sunt. Hæc Liuius lib. xxxii. & Zonaras. Sed in Liuianis exemplaribus vno loco perperam L. Cornelius Lentulus, non Merula, hic Prætor vocatur: qui idem librariorum error in Zonaræ historiam dimanauit.

C. Heluius * P. f. * // n. Blasio. Ex Ædilitate plebis, cum peregrina iurisdictione Galliam fortitus obtinuit. Is veterem L. Lentuli Procos. exercitum ex S. C. dimittendum à Sex. Ælio Cos. accepit: Liuius.

Sicilia legionibus & exercitibus in Graciam magnos com meatus & vestimenta misit. M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Siciliam fortitus obtinuit. Quatuor milia peditum socium Latini nominis, ac trecentos equites conscribere iussus est, & veterem exercitum in prouincia dimittere. Ex prouincia magnos com meatus, & vestimenta in Graciam ad legiones misit, ut Liuius auctor est. Gratus admodum Siciliae Prætor hic fuit, cum ob suas virtutes, tum ob memoriam ac benemerita patris M. Marcelli: cui publicè quotannis Marcellæ diem solemnem Suracufani celebrabant, & statuam in Curia aræa inauratam honoris causa posuerant, iuxta quam & huic filio eius alteram collocarunt, ut Cicero actione in Verrem quarta memorat.

Marcelli patroni Siciliae ibidè magnis honoribus celebrati. M. Porcius. M. f. // n. Cato. Ex Ædilitate plebis. Sardiniam. fortitus obtinuit, cum nouo exercitu trium milium Latini nominis, & ducentis equitibus. Decretumque fuit, ut ipse, quemadmodum Marcellus, cum in prouinciam venisset, veteres dimitte-

mitteret pedites equitesque. Commeatus magnos & vestimenta ad Romanos exercitus in Græciam è Sardinia misit. Vir sanctus & innocens, inquit Liuius, fuit: asperior tamen in fœnore coërcendo habitus, fugatique ex ea insula fœneratores: & sumptus quos in cultum Prætorum focij facere soliti erant, aut circumcisi, aut sublati sunt. Cornelius Nepos in vita M. Catonis, quam nos antea in eius Quæstura retulimus in annales, Prætura istius Sardinienfis meminit obiter: & ex insula eadem, ait, Catonem prius, cum Quæstor ex Africa decederet, Q. Ennium poëtam deduxisse Romam. At Auctor de viris illustribus mirè contaminatus ab indoctis scholiographis, tradit, Catonem Quæstorem sub Scipione fortissimum, Prætorem iustissimum fuisse, in Prætura Sardiniam subegisse: vbi tamen tunc bellum nullum fuit, si Liuius & Plutarcho credendum est. Et adijcit, ab Ennio poëta ibidem Græcis litteris Catonem institutum esse. Quod an verum sit, non possum non ambigere. Si tamen verum, oportet vt in comitatu Catonis ab vrbe in Sardiniam ipsam rediisse opinemur. Quàm abstinenter autem Prætor Cato Sardiniam rexerit, diffusè magis Plutarchus in eius vita narrat.

Commeatus magni & vestimenta in Græciam ad exercitus missi. Laus M. Catonis à frugalitate & abstinentia.

Q. Ennius poëta M. Catonis institutor in Græcis litteris.

Ædiles curules

Q. Minucius. Q. f. L. n. Thermus. Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Longus. Ludos Romanos quater instaurarunt: Liuius.

Ædiles plebis

C. Sempronius * M. f. C. n * M. Heluius. P. f. // n. Tuditanus. Blasio.

Prætores ambo in annum sequentem designati sunt, & primi Prætores, qui Hispaniam vt ordinariam prouinciam sortiti obtinuerunt, vt postea dicitur: idem Liuius.

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //

Cn. Domitius. L. f. L. n. T. Iuuentius. T. f * T. n *
 Ahenobarbus. Thalna.

Sex. Digitius. // f. // nepos. [Sp. Caruilus. C. f. C. n. Maximus.]
 [C. Ælius. P. f. P. n. Pætus] [Cn. Domitius. M. f. M. n. Caluinus]
 [C. Claudius. C. f. C. n. Canina] [M. Porcius. L. f. M. n. Licinus.]
 [P. Rutilius. // f. // n. Rufus] [C. Cosconius. // f. // nepos.]

Quæstores vibani

Tribus coniurationis seruilis indicibus ex S. C. præmia dedere, vni libero centum milia æris grauis, & duobus seruis vicena quina milia æris grauis singulis. Quibus addita libertas, eorumque pretium dominis ex ærario solutum est: Liuius libro xxxii.

Liber sitis ex ærario remunerati indices coniurationis seruilis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciales.

// // // f. // n. // T. Quintij. Cos. in Macedonia.
 // // // f. // n. // Sex. Ælij. Cos. in Italia. & Gallia.
 // // // f. // n. // M. Marcelli. Pr. in Sicilia.
 // // // f. // n. // M. Catonis. Pr. in Sardinia.
 // // // f. // n. // Calenus. // // // f. // n. // * Lucerinus *

C. Licinius. // f. // n. Lucullus. Treuir epulo primus à populo creatus necdum Tribunitius anno DLVII. Nam tertio primùm anno postea factus est Tribunus plebis, vt sequen-

sequentia monstrabunt. Post Tribunatum plebis II. vir creatus ædem Iuuentatis ad Cit. cum maximum dedicauit, vt Liuius xxxvi.

C. Prætorius * C. f. C. * nepos. Quarto post anno III. vir lectus est coloniz Crotonem deducendæ cum Cn. Octauio Prætorio, & L. Paulo Quæstorio: vt verisimile fiat, & Prætorium antea Quæstorem fuisse, quàm III. vir sit factus.

C. Sallonius * C. f. Q. n * Sarra. Et hic item quarto post anno III. vir lectus coloniz Tempfam deducendæ cum L. Merula Prætorio: sed alter eius collega Quæstorius in Liuij exemplaribus desideratur.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Qui anno superiore Pontifex cooperatus erat, & postea Pont. Max. factus, per magistratum gradus ad summos honores ascendens, bis Cos. & Cenfor, princeps Senatus ac ciuitatis diu fuit, quemadmodum ex sequentibus manifestum fiet. Cicero in Philippica XIII. proauum fuisse affirmat M. Lepidi Pont. Maximi, ac III. viri reip. constituendæ.

Cn. Fuluius * Cn. f. M. n. Flaccus * Frater, vt apparet, Q. Fuluij Flacci triennio post hunc Prætoris, & postea Consulis. Qui ambo filij Cn. Fuluij illius Prætoris, qui temerè & infeliciter aduersus Annibalem in Apulia pugnauerat, vt suo loco diximus.

C. Atinius * M. f. M. n * Labeo. Hunc Prætozem adducemus ex Liuiio postea suo loco.

C. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Blasio. Prætor postea Siciliz apud Liuium.

Cn. Cornelius. * L. f. * // n. Metula. Frater L. Merulæ Prætoris vr bani fortasse, quem inter legatos Afiz constituendæ recenset Liuius lib. xxxvii.

Prouinciæ.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Procos. Galliam prorogato imperio obtinuit, iussus prouincia non prius decedere, aut veterem exercitum deducere, quàm cum legionibus nouis Cos. Ælius aduenisset. Sex. Ælius Cos. cum C. Heluio Prætoze in prouinciam veniens, exercitum quem dimittere debebat, à Lentulo acceptum Prætori tradidit: Liuius lib. xxxii.

*Classum
erium mari-
sima expedi-
tio contra
Philippum.*

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus Leg. Propr. classem atque oram. Græciz maritumam extra ordinem obtinuit, L. Apustio legato P. Sulpicij Procos. successor datus. Huic tamen ex S. C. imperium mandatum erat, quamuis legatum aliquando Liuius appeller, quia fortè legato successerat ex Prætura. Circa Andron insulam cum Attalo rege, qui quatuor & viginti quinqueres habebat, se coniunxit. Accessit ibidem & tertia classis Rhodia viginti nauium tectarum, Agesymbroto duce. Simul Eretriam & Caryston in Eubœa iunctis viribus expugnarunt, & Cenchreis captis, inita cum Achæis noua societate, Corinthum frustra tentarunt. Latè omnia Liuius xxxii. Plutarchus in Quinctio, & Zonaras.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Hisp. citeriorem.

L. Stertinius. // f. // nepos. Hispaniam vltiorem

Process. prorogato. imperio. obtinere.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

// // // f. // n. // L. Lentuli Procos. in. Gallia.

// // // f. // n. // Cn. Lentuli Procos. in Hisp. citer.

// // // f. // n. // L. Stertiniij Procos. in Hisp. vlt.

// // // f. // n. // Ostiens.

M. Licinius. // f. // n. Lucullus. M. Tuccius. // f. // nepos.

A. Cornelius * A. f. * // n. Mammula. L. Aurunculeius. // f. // n. Cotta.

ANNI P. R. C. DLVI.

Consules.

C. CORNELIVS. L. F. M. N. Q. MINVCIVS C. F. C. N
CETHEGVS R VFVS

PROBIT Consules hoc anno Liuius C. Cornelium Cethegum, Q. Minucium Rufum: Cassiodorus & Marianus Cn. Cornelium, Q. Minucium; in quibus corrigendum Cornelij prænomen vides: Zonaras Cornelium Cethegum & Minucium Rufum: tabulæ autem Græcæ Cethegum & Rufum suggerunt. Itaque Cicero de claris Oratoribus ex Accio, C. Cornelio, inquit, Q. Minucio Cofs. ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi prælio vouerat, Liuius docuit fabulam: sed Pomponij Attici, aliorumque aliam esse sententiam tamen adijcit.

Ambobus Coss. Italia decreta cum binis legionibus, vt bellum cum Gallis Cisalpinis, qui defecissent, gererent. T. Quinctio prorogatum imperium, donec successor ei mitteretur. In supplementum quinque milia peditum, trecenti equites, & tria milia sociorum naualium missa: adiecti Macedonia legati P. Sulpicius & P. Villius, qui Consules in ea prouincia fuerant: L. Quinctius classi præesse, vt antè, iussus. Prætoribus in Hispaniam octo milia peditum socium ac Latini nominis, & quadringenti equites dati: vt veterem militem dimitterent; terminarentque qua vltior ceteriorve prouincia feruaretur, mandatum est: Liuius lib. xxxii. Consules diuersis itineribus in Galliam profecti. Cornelius Insubres & Cenamannos ad Mincij fluminis ripas primo impetu strauit: cæsa fuisse in prælio xxxv. hostium milia, quinque milia & septingentos captos, in iis Amilcarem Pœnorum Imperatorem, qui belli causa fuisset, ex quibusdam auctoribus refert Liuius, quos etiam Zonaras in sua historia sequitur. Capta sunt insuper signa militaria cxxx. carpenta supra cc. Oppida quæ descuerant, dederunt se Romanis. Q. Minucius Ligurum castellis amplius viginti in deditioem acceptis, Boiorum interim agros incendebat, oppida & vicos eorum aliquot expugnabat; ita vt Boiorum exercitus, qui Insubribus erat iunctus, ad sua tuenda se recipere coactus fuerit: Liuius lib. xxxii. & Zonaras. Rex Attalus eodem anno Pergami moritur: Liuius libro xxxii. & alij.

Prouincia & exercitus distribuntur.

Hispania in duas prouincias diuisa primum. C. Cethegi Cos. vicioria insignis.

Attali regis Asia mors.

Prætores. primùm. sex. creati sunt.

Crescentibus iam prouinciis, & latius patescente, vt Liuius inquit, imperio; sex illo primùm anno Prætores creati sunt: vt Hispania in duas terminata prouincias duos etiam haberet Prætores, ceterior vnum videlicet, vltior alterum. Qui verò primi hæc fortiti sint, suo loco dicemus. Atque ab eo primùm tempore pro ordinariis atque Prætoribus prouinciis Hispaniæ haberi cœperunt. Quamuis ab initio secundi Punici belli Romanis prima inita prouinciarum Hispania, quæ quidem continentis sunt, vt ait Liuius: postrema tamen omnium ductu auspicioque Cæsaris Augusti possessa est, atque sæpè amissa partibus; vti vix vnquam sine bello planè pacata fuerit. Primùm igitur inuasa à Scipionibus fratribus est ex oriente Punico bello secundo, Præsidesque extra ordinem cum Proconsulari imperio missos ad hunc annum vsque accepit: sicut Appianus etiam Alexandrinus in Hispanica sua historia suffragatur. Deinceps ordinariè duos Prætores habuit. Frequenter tamen pro bellorum necessitate Consules, Procoss. ve in eam missi sunt, quemadmodum ex Annalibus his nostris Lector intelliget.

Crescit Prætorum numerus.

Hispania quam difficulter obtenta, & possessa.

Supplicatio Roma ob vltioriam Gallicam nuntiata.

Nouus in Hispania vltiore motus.

Supplicatio dierum quinque ob vltioriam de Philippo.

Ab hoc patris forensis mo vincte prognatissime fuit L. Sergius Catilina

patria proditor, quare plurimis

M. Sergius. // f. // n. Silus. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Litteras Consulum è Gallia de rebus bello prosperè gestis Romam allatas, in Senatu primùm, ac deinde ex Patrum auctoritate in concione recitauit. Cuius victoriæ causa supplicatio in triduum decreta est. Litteras etiam M. Heluij Prætoris ex Hispania vltiore, vbi nouum bellum coortum erat, non adeò latas in Senatu legit. Decrenere, Patres vti nouus Prætor, cui ea prouincia obuenerat, primo quoque tempore de bello Hispaniæ ad Senatum referret. Litteras deinde exitu anni T. Quinctij Procoss. prius in Senatu, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitauit; se cum rege Philippo signis collatis in Thessalia pugnasse, hostium exercitum fufum fugatumque. Ob res prosperè gestas in dies quinque supplicationes decreta. Hæc idem Liuius lib. xxxii. & xxxiii. Anne hic videri poterit M. Sergius ille proavus L. Catilinæ, militari fortitudine clarissimus? qui secundo stipendio dextram manum perdidit, stipendiis duobus ter & vicies vulneratus: plurimis

plurimis postea stipendiis debilis miles, neutra manu, neutro pede fati vtilis. Dextram sibi ferream fecerat, eaque præligata præliatus fuerat. Sinistra manu sola quater pugna- uerat, duobus equis insidente eo suffossis. Bis ab Annibale captus, bis è vinculis elapsus: ad prælia tamen recurrens, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est, duo- dena castra hostium in Gallia cepit. Quæ omnia, & plura, ex oratione ea refert Plinius lib. vii. cap. xxviii. quam habuit Sergius cum in Prætura sacris arceretur à collegis, vt debilis. Meminit & Solinus cap. vi. item Ammianus Marcellinus lib. xxv. Mihi qui- dem non adeo alienum à vero videtur, tempora ac rationes consideranti, eundem hunc Sergium Prætorem fuisse. Euolue enim Annales nostros ab illius belli Punicæ secundi ini- tio ad hunc annum vsque, inuenies plena singulis annis Prætorum collegia, neque alium ante hunc Sergium ex ea gente, præter vnum Cn. Plancum: atque post ingenti annorum curriculo nullus reperitur alius, vt si M. Sergius ille (quemadmodum Plinius tradit) Prætor fuerit, hunc eundem fuisse existimari possit. Atque imprimis erat vrbanus Præto- ris, sacra publica in vrbe, ac supplicationes, quæ bis eo anno sunt indictæ, curare: à quibus pertinere suspicor argenteum denarium cum Romæ facie galeata, & equitis simulachro insultantis cum stricto gladio, & capite hostis occisi in sinistra manu irruentis, cuius hic est titulus: M. SERGI. SILVS. Qui cusus à filio Quæstore videtur.

M. Minucius * C. f. C. n * Rufus. Peregrinam iurisdictionem fortitus obtinuit: Liuius lib. xxxii.

L. Manlius * L. f. L. n * Vulso. Siciliam fortitus obtinuit: cum superioris anni exercitu, quem M. Marcellus Prætor in eam prouinciam conscripserat, vt ex Liuiio constat.

L. Atilius * C. f. M. n * Regulus. Sardiniam fortitus obtinuit cum exercitu, quem M. Cato Prætor anno superiore in eam prouinciam ex S. C. conscripserat, vt ex Liuiio colligere est.

*Primi Præto-
ria ordinarij
in citeriore
Hispania cla-
des magna.*

C. Sempronius * M. f. M. n. * Tuditanus. Prætor ex Ædilitate plebis, primus Hispaniam citeriorem fortitus obtinuit cum quatuor milibus peditum, ducentis equiti- bus. In prælio occisus est. quod anni eius exitu contigisse Liuius lib. xxxiii. demon- strat. Nam anni sequentis initio, cum noui Coss. magistrarum iniissent, & Philippo regi dare pacem populus iussisset: eam vulgò magis ratam & lætiorem factam dicit tristi ex Hispania citeriore nuntio. Nam allata, inquit, litteræ C. Sempronium Tuditanum Præ- torem prælio victum, exercitum eius fufum fugatumque, & illustres viros in acie ceci- disse, Tuditanum cum graui vulnere elatum è prælio haud ita multò post expirasse. Me- minit cladis Appianus in Iberica. Item Orosius Tuditanum bello oppressum cum omni exercitu Romano interfectum tradit lib. iv. cap. xx.

*Motus rebel-
lionis in Hi-
spania vltè-
riore.*

M. Heluius. P. f. // n. Blasio. Pr. ex Ædilitate plebis, primus Hispaniam vltè- riorem fortitus obtinuit cum quatuor milibus peditum & ducentis equitibus. Senatui litteris certiorum fecit, Colcam & Luscinonem regulos in armis esse: cum Colca xxviii. oppida, cum Luscinone validas vrbes Cardonem & Bardonem, maritumamque oram omnem, quæ nondum animos nudauerat, ad finitimorum motus confurecturam. His litteris à M. Sergio Pr. lectis, decretum, vt comitiis Prætorum perfectis, cui ex iis prouin- cia vltior obuenisset, is primo quoque tempore de bello Hispaniæ ad Senatui refer- ret: Liuius libro xxxiii.

Ædiles curules

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio.

Cn. Manlius. Cn. f. L. n.

Nasica

Vulso

*Ludi Romani
festiuiores.*

*Liuij locum
corrigenus.*

Ludos Romanos in circo scænaque magnificentius quàm aliàs fecere: qui lætius etiam, propter res in Gallia Macedoniaque bello benè gestas, à populo spectati, toti que ter in- staurati sunt: Liuius libro xxxiii. vbi Scipionis prænomen mendosè legitur, & alterum cognomen Nasica perit in exemplaribus. Nam ab Ædile curuli L. Cornelio Scipione ludos istos factos legimus, sic vt frater P. Africani hic fuisse videatur, cum rectius P. Cor- nelius Scipio Nasica vocari hic Ædilis debeat. Quæ nominum vitia sæpius in Auctoris occurrentia, ex fide marmorum Capitolinorum, & ordine magistratuum restauranda in hunc modum esse videntur. Nam P. Nasica Prætura tertio abhinc anno sequitur prior, & L. Scipionis Asiatici deinde anno quarto, vt eius Ædilitas potius in annum DLVIII. non in hunc DLVI. cadat, vt tunc dicemus.

Ædiles

Ædiles plebis.

M. Acilius. C. f. L. n. Glabrio. C. Lælius. C. f. C. nepos.

Qui ambo simul Prætores in annum sequentem designati sunt. Ludos plebeios septies instaurarunt, & ex argento multatitio tria signa aenea Cereri Liberoque & Liberæ posuerunt: Liuius lib. xxxi i.

Ludi plebei instaurati septies.

Tribuni plebis

L. Oppius. // f. // n. Salinator. Q. Fulvius * M. f. Ser. n. Nobilior *

Relationi Consulium de prouinciis Italia Macedoniaq; fortiēdis intercesserūt, T. Quinctio prorogandum esse imperiū dicentes: quod longinqua prouincia Macedonia, neque vlla alia res maius bello impedimentū ad eam diem fuisset, quàm quod vixdū inchoatis rebus, in ipso conatu gerendi belli prior Consul à successore reuocaretur. Quartum iam annum eius belli esse, Sulpicium quærendo regem, maiorem anni sui partem absumpsisse, Villium congregentem cum hoste re infecta reuocatum, Quinctium diu Romæ propter res diuinas retentum, ita gessisse tamen res, vt, si maturius in prouinciam venisset, aut hiems magis fera fuisset, potuerit debellare. Nunc propè in hiberna profectum ita dici se comparare, vt nisi successor impediatur, perfecturus æstate proxima bellum videatur. His orationibus peruicerunt, vt Coss. se in Senatus auctoritate fore dicerent, si idem Tribuni facerent. Permittentibus vtrisque liberam consultationem, Patres amobus Coss. Italiam prouinciam decreuerunt: T. Quinctio in Macedonia prorogarunt imperium: Liuius lib. xxxi i.

Iusta intercessio ob causas sequentes. Pro belli temporis, atque loci statu mutandos aut continuandos Imperatores esse.

C. Acilius * C. f. L. n * Glabrio. Rogationem de coloniis quinque in oram maritimam deducendis tulit. Duæ ad ostia fluminum Vulturini Liternique, tertia Puteolos, quarta ad castrum Salerni, quinta Buxentum deductæ. Tricenæ in singulas familiarum mitti iussæ, III. virique iis deducendis creati sunt, qui per triennium magistratum haberent: Liuius lib. xxxi i.

Colonia in Campania quinque.

C. Atinius * C. f. L. n * Labeo. C. Virfanius. // f. // nepos.

Consulibus triumphum petentibus obstitere, separatim vt agerent, postulantes: ac commune se relationem de ea re fieri non passuros adferentes, ne par honos in dispari merito esset. Cumq; hæc Senatui altercationes biduum tenuissent, victi perseuerantia Tribunorū Coss. separatim rétulerunt, C. Cornelio triumphus decretus, Minucio negatus est. An huius est lex illa Atinia de vsucapionibus furtorū, cuius Cicero in Verrem actione III. Iuriscoss. plures, atque Gellius lib. xvii. cap. vii. meminere? Constat certè ex Gellio, vetustam legem esse, & ante Bruti, Manilij, atque Scæuolarum Iurifconsultorum tempora latam. Et legis XII. tab. de furtis interpretem fuisse, ex ipsis eius verbis ferè colligere est: Quod subreptum erit, eius rei æterna auctoritas esto.

Altercationes in Senatu de Consulibus triumphis.

Atinia lex de vsucapionibus.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. ..

P. Porcius. // f. // n. Læca. Quem altero abhinc anno Prætozem habebimus.

Legem de prouocatione & libertate ciuium tulit, grauiori, quàm tribus antè Valeriis, pœna sancitam. Hæc enim, vt auctor est Liuius libro x. sola pro tergo ciuium lata videtur. Nam graui pœna vetat ciuem Romanum prouocantem verberare, necare: quum Valeriæ prius latæ leges nihil vltra adijciant, quàm improbè factum videri, si quis contra fecisset. Id enim, qui tum pudor hominum erat, visum ad pœnam satis. Hinc Cicero in Rabiriana prima de perduellione: Porcia lex, inquit, virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit; hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatem ciuium licitori eripuit; Labienus homo popularis carnifici reddidit. Meminit rursus actione in Verrem postrema de suppliciis, exagitatque reum suum quàm asperimè, mira que cum eloquentia, quod ciuem Romanum P. Gaium virgis Messanæ in foro cæsum contra legem Porciam Semproniasque in crucem sustulisset. Sed frequens mentio legis huius apud auctores reperitur; celebris enim admodum, atque famosa est. Nemo tamen, quod memini, veterum scriptorum, quos videre nobis contigit, auctorem ipsum expressè litteris prodidit: quamuis facilè ex variorum scriptis, & etiam ex Cæsaris apud Sallustium oratione colligere possimus, florente republica hoc tempore latam esse: quo potestates publicæ populi magis quàm Senatus arbitrio circumscribebantur. At eruditiores quidam nostri sæculi à M. Porcio Catone Censorio in Consulatu latam esse opinantur, sed rationes nullas adferunt. Itaque mihi sanè persuaderi hoc nondum potest, cum T. Liuius,

Porcia lex de prouocatione.

Porcia lex ista a quo, & quando lata, non liquet.

uius, qui diligenter Catonis in Consulatu & magistratibus aliis res gestas prosequitur, atque Plutarchus, qui in eius vita minuatim quæuis etiam acutè dicta, multoq; minora de illo narrat, tam celebris suæ legis mentionem nullam faciunt. Catonem nihilominus hoc anno reuerfum ex Sardinienfi Prætura, gentilis & cognati forsan Tribuni hanc Porciam legem suafisse (vt plures alias suafit, vel difsuafit) haud absurdum est opinari. Nam Sex. Pompeius Festus M. Catonem pro scapulis ciuium dixisse satis clarè nobis indicat, ipfius citans verba ex oratione eius contra M. Cælium hæc: Hostem percuffi, fapè inco-
lumis abij. Præterea pro republica, pro scapulis, atque ærario (supple, dicens) multum
reip. profui: Et in hunc modum verba Catonis apud Festum corrigit & legit Scaliger,
Hostem, pro, Si em, reponens. Verùm enimuerò, quòd huius P. Porcij Læcæ Trib. ple-
bis legem istam fuiffe existimem, me inuitant denarij argentei antiquiffimi ab ipfo vel
eius heredibus nobilitandæ familiæ cauffa cufi, in quibus apparet togatus rei habitu ma-
nibus sub toga supplicis in modum iunctis stans ante magistratum vel Prætorem: qui
dextram supra caput rei extendit. Accedit cum virgis liëtor, vnaquaque manu vnã tenens.
Hifce fubfcriptum, PROVOC. Quafi diceret, Prouoco, quia ciuis Rom. sum. Ab
altera parte denarij (vti folet) Romæ galea teëtum caput expreffum est cum litteris
hifce: P. LAECA. Hic ergo certè legem hanc de prouocatione tuliffe videtur. P. Por-
cius Læca hac lege fua gratiofus, anno fequenti, teffe Liui lib. xxxiii. primus vir
Epulo creatus, & mox Prætor in annum alterum fequentem defignatus est.

L. Scribonius * L. f. * // n. Libo. [C. Rutilius. // f. // n. Rufus]
[K. Duilius. C. f. C. nepos] [Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos]

Quæftores vr bani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæftores prouinciales.

// // // f. // n. // C. Cethegi }
// // // f. // n. // Q. Rufi } Coss. in Italia & Gallia.
// // // f. // n. // L. Manlij. Pr. in Sicilia.
// // // f. // n. // L. Atilij. Pr. in Sardinia.
// // // f. // n. // C. Tuditani. Pr. in Hisp. citer.
// // // f. // n. // M. Heluij. Pr. in Hisp. vltor.

L. Æmilius. M. f. // n. Regillus. Patrem Prætorium & Flaminem Quirinalem habuit, qui repulfam in petitione Consulatus erat passus anno dxxxviii. Hic etiam Prætor fuit, & naualem triumphum ex Asia de Antiocho rege gessit, vt ex fequentibus manifestum fiet.

L. Plautius * P. f. C. n * Hupsæus. L. Bæbius. // f. // n. Diues.

Ambo Prætores fuère, quemadmodum constat ex Liuij xxxvii.

Q. Fuluius. Cn. f. M. n. Flaccus. Ex Consulatu Capitolino descriptus patrem habuit Cn. Fuluium, qui Prætor contra Annibalem malè pugnauerat, vt antè diximus. Eius reliqui magistratus ordine fequentur.

M. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Patrum habuiffe videtur Q. Metellum, qui bello secundo Punico Cos. Dictator, & mag. equitum fuerat. Ædilem hunc adfert Liuius libro xxxviii. & x. virum agris dandis, legatumque ad fruges emendas, lib. xlii.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Qui sic item in tabulis Capitolinis extat. Iam duos in ciuitate Romana floruisse M. Marcellos coæuos hoc tempore comperimus, & ambos Consulares: neutiqum tamen prænominibus vel cognominibus diuersis di-

*Plures Mar-
cellorū eius-
dem appella-
tionis fami-
lia, obfcurant
lucem hifto-
ria.*

stinctos, ex quo non parum obfcuritatis in historia nascitur. Non dubito tamen quin M. Marcellus, qui anno superiore Prætor fuit, fit Marcelli v. Cos. ab Annibale occifus filius habendus: cuius mox Consulatus & triumphus, atque deinde Censura fequentur. Hic verò M. Marcellus, quem Liuius postea Prætorem adfert vrbanum, atque Consulem, sicut & Fasti Capitolini, videtur filius alterius illius M. Marcelli Otacilianii, qui anno dxxxvii. fuit Ædilis plebis, sicut suo loco demonstraui.

*Philipporum
Marcie gen-
tus notam de-
narij.*

Q. Marcus. L. f. Q. n. Philippus. Qui bis Consul & Cenfor reperitur in Fastis Capitolinis. Idemque magister x. virum admodum senex mortuus est, quemadmodum ex Liuius colligimus. Huius haud dubie denarij sunt antiquiffimi, cum Romæ capite

capite galea alata tecto, & cum equite corrente, quo cognomen eius familiare notatur. Nam adfuit literæ: O. MARCI. L. F. PILLIPI. pro Philippi. Vbi est notandum, aspi- rationis notam in vsu Romanis tunc non fuisse apud consonantes, sicut & M. Tullius de Oratore testatur.

*Philippus, p̄b̄
Philippus, cur
in nummis
eius saculi.*

[Sex. Pomponius. Sex. f. L. nepos.]

Prouinciæ.

T. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Procos. prorogato imperio. Macedo-
niam obtinuit. Adiunctis sibi Ætolorum auxiliis, Philippum regem (cùm frustra
per colloquia & legationes tentata pax fuisset) ad Cynocephalas in Thessalia vicinacie,
& castris exiit. Quo vno prælio debellatum in Macedonia fuit. Cæsa Macedonum
oçto milia, capta quinque: ex Romanis non vltra septingenti cecidère. Prælium graphicè
describit lib. xvii. Polybius: in Liuij xxxiii. desideratur, vt is liber vndequeque muti-
lus & lacer est. Philippus profligatus, & in Macedoniam profugus, cùm Larissam, &
alias circumiacentes vrbes in victoris partes concessisse intelligeret, promisso imperato
stipendio, datis obsidibus, atque inter alios Demetrio filio, inducias impetrauit: Ro-
mamque legatos de pace misit, qui quæcumque Senatus censuisset, ea Regem facturum
dicerent. Decem igitur legati more maiorum in Macedoniam, quorum ex consilio
T. Quinctius Procos. leges pacis Philippo daret, decreti sunt: Liuius lib. xxxi. & xxxiii.
Polybius libro xvii. Plutarchus in Quinctio, Zonaras, Iustinus lib. xxx. & alij.

*Vno prælio
debellauit cū
Philippo rege
ad Cynoc-
phalas.*

*Pacem flagi-
tat Philippus.*

*Senatus a-
quitati se
suasq; consi-
mendat.*

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Leg. Propr. Classem. atque oram.
Græciæ. maritumam. obtinuit. Leucade, quæ caput Acarnaniæ est, difficili oppu-
gnatione capta, Acarnanes ad deditiõnem compulsi: Liuius, & Zonaras.

*Acarnanes
subacti.*

Pro Quæstorib. f. fuere.

- ///. ///. ///. f. ///. n. ///. T. Quinctij Procos. in Macedonia:
- ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Lucerinus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis:
- ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus.
- C. Sallonius * C. f. Q. n. Sarrã * Cn. Cornelius * L. f * ///. n. Merula
- L. Aurunculeius. ///. f. ///. n. Cotta. Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n. * Blasio.
- C. Cornelius L. f. M. n. Cethegus. anno. DLVI.

Cos. de. Insubribus, Cenomanneis Q. ///. ///. ///.

Sub finem anni Consules ex Gallia prouincia Romam venerunt, quibus Senatum ha-
bentibus ad ædem Bellonæ, postulantibusque triumphum ob res prosperè bello gestas,
C. Atinius & C. Vifanius Tribuni plebis obstitere, vt separatim singuli referrent, postula-
runt. Quod cùm obrinuissent tandem, de Cornelij triumpho nihil dubitatum: Q. Mi-
nucium verò vix dictu, tantò minùs triumpho digna perpetrasse iudicatum fuit. Decre-
tus igitur omnium consensu C. Cornelio triumphus. Et Placentini Cremonensesque
addiderunt fauorem Consuli, gratias agentes, commemorantesque obsidione sese esse
ab eo liberatos, & plerosque seruitute exemptos. Triumphauit autem de Insubribus &
Cenomannis in magistratu, multa signa militaria tulit, multa Gallica spolia captiuus car-
pentis transfuexit. Multi nobiles Galli ante currum traducti, inter quos eius belli ducem
ac incentorem Amilcarem Pœnum fuisse, quidam auctores sunt. Ceterum magis in se
conuertit oculos Cremonensium Placentinorumq; colonorum turba pileatorum, quæ
currum sequebatur. Tulit in triumpho ducenta triginta septem milia, quingentos * æris,
argenti bigati septuaginta nouem milia. Septuagenos æris militibus diuisit, duplex equiti,
triplex centurioni: Liuius lib. xxxiii. Victoriæ quidem huius memoria expressa est in
argenteis denariis, cum Iouis Victoris lauro coronati facie in laurea corona: quem, quòd
trophæis præsit, Græci Τροπαιῶχος, Halicarnasseo Dionysio teste, vocarunt. In altero de-
nariorum latere videtur Victoria dea, quæ trophæum spoliis onustum coronat. Adfunt
litteræ: C. CETHEG. Cenomannos Plinius lib. iv. cap. xviii. inter Lugdunenses Galliarum
Celtas nominat, ex quibus oriundi sunt Cenomanni Cisalpini, quorum vrbes Crema-
nam & Brixiam in decima regione collocat Ptolomæus & idem Plinius lib. iii.
cap. xix. Per Alpes quippe Iulias Elitouio duce Tarquiniorum tempore transcendisse
primum in Italiam Cenomannos narrat Liuius lib. v. atque agrum Cremonensem &
Brixensem eos occupasse, ex eodem constat: nam & Brixiam caput Cenomannorum
facit lib. xxxii. vbi hoc bellum describit.

*Consules am-
bo ex Gallijs
Romam re-
uersi trium-
phum postu-
lant.*

*Placentinorū
ac Cremonē-
sium gratitu-
do erga Cos.*

*Cornelius m.
Amilcar Pœ-
nus dux in
triumpho
traductus.*

*Pileatorum
turba.*

** æris, deest
in exempla-
ribus Liuii-
nis: & reponi
debere ex se-
quere Q. Mi-
nucij trium-
pho colligere
est.*

*Quando pri-
mum in Ita-
liam Ceno-
manni.*



Q. Minucius. C. f. C. n. Rufus. Cos. Ann. DLVI.

de Liguribus. & Galleis. Boieis. in monte Albano. // . // . //

Pecunia manubiales in ararium late.

Boiorum cum Legionibus & Saluis in Italiam transfugatio.

Q. Minucius Cos. cum collega separatim retulisset, & triumphum obtinisset, tentata tantum relatione, sibi aduersum omnem Senatum videns, in monte Albano se triumphaturum iure imperij Consularis & multorum clarorum virorum exemplo, dixit, & præstitit. Cuius triumphus, ut loco & sumptu priuato, ac fama rerum gestarum minus insignis fuit, ita signis, spolijs, & carpentis ferme æquabat superiorem. Pecuniæ translatae etiam par propè summa fuit: æris CCLIII. ∞. argenti bigati quinquaginta tria milia, & ducenti. Militibus, centurionibusque, & equitibus singularim diuisum, quod dederat collega: Liuius lib. xxxiii. Extat victoriæ memoria nunc etiam in denarijs argenteis, cum Romæ capite, & Victoria coronam ferente in biga. adest titulus talis: Q. MINVCI. C. F. C. N. RVFVS. Boios Gallos simul cum Legionibus & Saluis non diu post Cenomanos Pœninum transfugatos, agro pepulisse Etruscos & Umbros narrat Liuius lib. v. Regionem tenuisse eos inter Padum & Trebiam Umbriæ contiguam; & Celtis item Gallia Lugdunensis oriundos fuisse refert Plinius lib. iv. cap. xviii. & lib. iii. cap. xvii. ubi Laudem Pompeiam Boios condidisse dicit. Nonnulli Noricos & Bauaros fuisse opinantur. Sed vide Strabonem lib. vii.

ANNI P. R. C. DLVII.

L. FVRIVS. SP. F. SP. N.

M. CLAVDIVS. M. F. M. N.

PVRPVREO

MARCELLVS

P Furium & M. Marcellum Coss. habet Cassiodorus: sed in prænomine Furij mendum est. Marianus correctè L. Furium, M. Marcellum prodit: Liuius item L. Furium Purpureonem & M. Claudium Marcellum: M. Claudium, L. Furium Probus in Annibale. Tabulæ Græcæ sola (ut ferè semper) cognomina, Porphyrium & Marcellum suggerunt, more Græco Porphyrium vocantes Purpureonem.

Provincias etiam & exercitus decernit Senatui.

Consulibus ambobus Italia provincia cum legionibus superiorum Consulum decreta, ut quæ quatuor nouas scriberent, ex quibus vnam Q. Fabius Prætor in Hispaniam vltiorem, & Q. Minucius alteram in citeriorem duceret: addita singulis quaterna milia peditum, trecenti equites socium ac Latini nominis. Hi quæ primo quoque tempore in provinciam ire iussi: reliquæ duæ legiones in vrbe retentæ.

Decem legati in Macedoniam pacis faciendæ causa missi. Boijs subacti à Consulibus. Marcellus Cos. victoria de Insubris.

Missi in Macedoniam ad T. Quinctium Procos. decem legati, quorum ex consilio pax Philippo regi, & vniuersæ Græciæ libertas data est. Interim Coss. in provinciam profecti Boios Gallos subegerunt, igne ferroque vastata eorum regione. Marcellus traiecto Pado Insuores simul cum Comensibus ingenti prælio fudit, quo supra xl. hominum milia sunt caesa: castra hostium expugnata direptaque. Comum oppidum intra paucos dies captum, & castella inde duodeviginti ad Cos. defecerunt: quemadmodum latius ex Valerio Antiate refert Liuius lib. xxxiii. Attingunt historiam quoque Zonaras & Orosius libro iv. cap. xx.

Prætores.

L. Apustius * L. f. L. n. * Fullo. Vrbanam iurisdictionem sortitus obtinuit: Liuius lib. xxxiii.

Coniuratio seruorum in Etruria opprimitur.

M. Acilius. C. f. L. n. Glabrio. Ex Ædilitate plebis iurisdictionem inter ciuicis & peregrinos sortitus obtinuit. Cum Etruriam infestam propè coniuratio seruorum teneret, extra ordinem est missus cum vna ex duabus legionibus vrbis in Etruriam, ut quæreret & opprimeret coniurationem: ubi alios iam congregatos pugnando vicit, multos occidit, & multos cepit. Ex his alios verberatos crucibus affixit, qui principes coniurationis fuerant; alios dominis restituit: Liuius lib. xxxiii.

C. Lælius. C. f. C. nepos. Ex Ædilitate plebis Siciliam sortitus cum priore exercitu obtinuit: Liuius.

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Longus. Sardiniam sortitus cum priore exercitu obtinuit: Liuius.

Q. Minucius. Q. f. L. n. Thermus. Hispaniam citeriorem sortitus obtinuit cum vna legione, quatuorque milibus socium ac Latini nominis, & trecentis equitibus. Cum quo exercitu primo quoque tempore in provinciam ire iussus est, ad bellum propè no-

uum:

uum: quia tum primùm Hispani suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant. Extremo eius anni ad Turbam signis collatis, cum Budare & Besafide Hispanis imperatoribus prosperè pugnauit. Quo in prælio duodecim milia hostium cæsa sunt, Budares captus, ceteri hostes fusi fugatiq̃ue sunt. Hæc Liuius lib. xxxiiii. Meminit Appianus in Iberica.

Bellum reparat Hispania ceterior.

Q. Fabius * M. f. M. n * Butco. Hispaniam vltiorem fortitus cum vna legione, & tanto sociùm, quanto ceteriorem Minucius Thermus, exercitu obtinuit: iussus etiam ob motus Hispanicos maturè in prouinciam proficisci: Liuius.

Ædiles curules

M. Fuluius. M. f. Ser. n. Nobilior. C. Fláminius. C. f. C. nepos.

Tritici decies centum milia binis æris in singulos modios populo diuiferunt, id C. Flaminij honoris causa, ipsius patrisq̃ue (qui primus Prætor Siciliæ fuerat) aduexerant Siculi Romam. Flaminius gratiam eius communicauerat cum collega. Ludi Romani magnificè sunt apparatus, & ter toti instaurati. Hæc Liuius lib. xxxiiii. Sed restaurandus ille locus est, quem truncum & lacerum esse, non malè animaduertit Glareanus. Verba quidem Liuij, vbi sex Prætores anni insequentis enumerat, quemadmodum habentur in nostris exemplaribus, adducam: Prætores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo,

Annona frumentaria magna copia Roma Siculorum beneficio. Liuij locus vnde truncus & lacerus restaruitur.

C. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius * Nobilior, & C. Flaminius, tritici decies centum milia binis æris populo diuiferunt. Ita hæc leguntur in exemplaribus vulgatis. Sed diligentius hæc consideranti constabit apertè, verba aliquot hinc desiderari. Nobilior enim cognomen vt Fuluiis familiare, ita Manliis prorsus extraneum est, vt P. Manlio hoc attribui non posse videatur: cuius verum, vt opinor, cognomen, Vulso, in Liuiano codice perit, simul cum sexto eius anni Prætorum P. Porcio Læca: quem paulò post non omisit Liuius, Prætorum prouincias enarrans. Vbi sanè nulla C. Flaminij mentio est, vt hinc quoque (licet sexti locum obtineat) inter Prætores referri non possit: præsertim cum ex sequentibus Liuij verbis manifestum sit, Ædilem curulem fuisse, quorum erat annonæ curam gerere, frumentum populo diuidere, & ludos Romanos edere. Hinc sequitur, collegæ nomen insuper deesse, & M. Fuluium Nobiliorem fuisse, ex cognomine adhuc residuo verisimile fit. Triennio enim antè Tribunum plebis habuimus, & tertio rursus ab hinc anno cum eodem Flaminio Prætozem, & demum Cos. per consuetos honorum gradus succedit. Igitur Liuij ille locus in hunc ferè modum supplendus videtur: Prætores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulso,

Ap. Claudius Nero, P. Manlius (Vulso, & P. Porcius Læca, Ædiles curules M. Fuluius) Nobilior, & C. Flaminius, tritici decies centum milia binis æris populo diuiferunt. Ex his omnia quæ parenthesi signata vides, in Liuianis exemplaribus librorum negligentia sunt prætermissa. Tam raræ copiosæque frumentariæ annonæ memoriam in Flaminiorum argenteis eleganter expressam video, in quibus ab vna parte deorum Penatum facies cum notis adiunctis d. p. qui, vt quorundam est opinio, Cicerone teste, à penu siue victus humani prouisione nomen habent, cui item præesse dicebantur non secus ac humanæ vitæ: cum per eos, vt Macrobius ait, penitus spiremus, corpus habeamus, ac rationem possideamus. In altera numismatis parte, mensa sacra Penatum videtur; in qua

Elegantissimi denarij, in memoriam huius annonæ cusi à C. Flaminio, symbola explicantur.

Copiarum cornu stat erectum sub bilance, & iuxta mensam à dextris spica, ac in quibusdam denariis aliis Mercurij caduceus. adscriptum, C. FLAMINIVS. C. F. EX. S. C. His indicare videntur Flaminij, sub pacatæ rationis bilance vel æquitate gubernatam prouinciam, superùm fauore feliciter rerum omnium copia ditescere & abundare. In hunc modum Sicilia bellicis calamitatibus prius afflictâ, cum Romanas leges atque prouinciæ formam accepisset, pacis atque iustitiæ beneficio C. Flaminij Prætoris primi auspiciis cœpit reualescere, pristinumq̃ vigorem per agriculturâ recuperare. Nec ingrata deinde fuit erga populum Romanum. Nam vt ex Liuiio iam diximus, primi Prætoris sui filio C. Flaminio, cum Ædilis curulis esset factus, Romam honoris causa tantam tritici copiam misere, vti ex S. C. decies centum mille modios binis æris singulos populo diuidere potuerit. Iam

Penates dij vnde dicti. Pax & iustitia rerum dat copiam ciuitatibus. Sicilia vt restaurata reuixit.

quia palàm est ex Varrone, Dionysio Halicarnasæo, Virgilio, & aliis, Dardanum Penates cum Palladio, & priscam istam religionem detulisse in Phrygiam; & è Phrygia deinde eamdem cum numinum signis Æneam & Troianos transfuisse primùm in Siciliam, atque inde in Italiam: haud dubium est, quin & in Sicilia Penatum cultus remanserit, cum Æneas ibidem, oppido Segesta condito, suæ gentis Troianos multos cum vxoribus & liberis reliquerit sub imperio ac regimine sui hospitis Acestis, Troiana matre Egoستا nati. Quin etiam Virgilius Æneidos quinto libro canit, Dardanum diuinæ stirpis Acesten

Eius erga populum Romam gratitudo.

Penatum religio è quibus prouincijs Romanam venerit.

Penates etiam ante aduentum Æneæ in Siciliam coluisse. Sic enim à Carthagine in Siciliam cum classe reuersus Æneas, & ab Aceste liberaliter & amicè hospitio exceptus solatur socios, & hospitii regis munera, quæ ex gaza suæ penus agresti focis & classi dono dedit, recensens addit :

*Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naueis. Adhibete Penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.*

Pecudis igitur frugumque copiosa felix insula Sicilia, vt antè Trojanis aduenis, sic horum posteris Romanis fidam & amicam semper mansisse docet pulcherrimè M. Tullius in Verrinis, accusans eius iurisdictionem Siciliensem; affirmans, Romanos, quidquid Sicilia prouincia ex sese posset efferre, id non apud eam nasci, sed domi conditum sibi putasse. Itaque M. Catonem illum sapientem ait cellam penariam reip. ac nutricem plebis Romanæ Sicilia nominasse. Quæ respexisse C. Flaminius item videtur, qui ob tam insignem Siculorum frumentariam prouisionem Dis Penatibus, victus vitæque curatoribus, grates deberi censuit, & ex S. C. se populi nomine sacra fecisse, in dictis istis suis argenteis publicare voluit.

*Sicilia cella
penaria ac
nutrix olim
vrbis Romæ.*

Ædiles plebis

Cn. Domitius. L. f. L. n. C. Scribonius. // . f. // . n. Curio.
Ahenobardus Maximus.

Multos pecuarios ad populi iudicium adduxerunt. tres ex his condemnati sunt, & ex eorum multatitia pecunia Fauni ædem in insula Tiberina fecerunt. Ludos plebeios per biduum instaurarunt, & epulum fuit ludorum causa: Liius lib. xxxiii. & sequenti, vbi Cn. Domitium biennio post Prætorem vrb. Fauni ædem dedicasse scribit.

Tribuni plebis

A sacerdotibus, qui collationem stipendij detrectabant, appellati, non intercessere: Liius xxxiii.

Q. Marcius. // . f. // . n. Rex. C. Atinius * M. f. C. n. Labeo.

M. Claudio Marcello Cos. de Macedonia prouincia cum Italia in sortem mittenda referenti obstiterunt: se intercessuros esse S. C. dicentes, ni prius ipsi ad plebem tulissent, Vellet, iuberentne cum rege Philippo pacem esse? Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est, Omnes quinque & triginta tribus, * Vti rogas, pacem iusserunt: Liius ibidem.

* Vt rogatæ,
aliàs.

T. Romuleius * T. f. Q. * nepos. Legem de iii. viris Epulonibus primum creandis tulit, quibus, vt * Pontificibus datum togæ prætextæ ius. Creati sunt C. Licinius Lucullus, T. Romuleius qui legem tulerat, & P. Porcius Læca, plebeij omnes: Liius.

*Tretiri Epulones primi.
* Pontifici,
vulgatis male.
Epulonum officium.*

Nouum sacerdotij collegium hoc idcirco fuit institutum, vti Pontifices propter sacrificiorum multitudinem grauatos subleuaret, & ludorum epulare sacrificium curaret, faceretque quemadmodum apud Ciceronem de Oratore lib. iii. L. Crassus disertè pulchreque declarat, docens vt veteres Philosophi scientiam dicendi, vel artem oratoriam cum omnium rerum cognitione ad Isocratis vsque tempora iunxerint: vtque postea dissociati à Socrate oratores, hi sapientiam, Philosophi autem eloquentiam despexerint. Sed (inquit) vt Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti, sic Socratici à se causarum actores * & à communi philosophiæ nomine separauerunt; cum veteres dicendi & intelligendi mirificam societatem esse voluissent. Hæc ibidem Crassus eleganter. Et quia sacerdotum collegio plebi iam antè communicata fuerant, & hoc Epulonum ex Pontificum collegio proflexerit, verisimile fit, patricijs plebeisque commune semper fuisse, quamuis tres primos è plebe (patricio fortasse nullo petente) creauerit populus. Aucto denique collegij numero, Septemviri Epulones appellati sunt, quod in Sullana reipublicæ constitutione contigisse Onufrius Paneuius opinatur.

* & deest in
vulgatis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

C. Atilius * C. f. C. n * Serranus
M. Iunius * L. f. M. n * Brutus.

Q. Oppius. // . f. // . n * Salinator *
[Sex. Tullius. L. f. L. nepos.]

[L. Fla-

[L. Flavius. C. f. C. nepos] [L. Marcius. C. f. Cn. n. Censorinus]
 C. Liuius. M. f. n. Drufus. Mamilianus. Adoptatus è gente Mamilia. Hinc eius
 filius C. Liuius ad differentiam alterius C. Liuij. C. f. Drufi in Fastis Capitolinis Con-
 sul C. Liuius. Mamiliani. f. M. n. Drufus appellatur, vt suo loco dicitur.

Quæftores vr bani.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Max. Labeo. L. Aurelius * L. f. L. n. Cotta *
 Cùm vltimam pensionem pecuniæ prius in bellum collatæ prius perfoluere placeret;
 his mandatum est, vt ab Auguribus Pontificibusque quòd stipendium per bellum non
 contulissent, peterent. Ab sacerdotibus Tribuni plebis nequidquam appellati sunt. Quæ-
 stores vr bani omnium annorum, per quos non dederant, exegere: Liuius lib. xxxiii.
 Q. Fabius auum habuit Q. Fabium Maximum illum Cunctatorem, & patrem Q. Ma-
 ximum, qui Cos. anno dxl. cum Ti. Sempronio fuit. Et huius reliqui magistratus ad
 Consulatum vsque sequuntur. Labeonis cognomine distinguitur à iuniore fratre Q. Ma-
 ximo, quem ad Præturam venisse docebo. Hunc doctum, atque poetam fuisse scribit Do-
 natus in vita P. Terentij Comici ex Suetonio de viris illustribus, & ex Santra. Nec minùs
 recenset illum inter claros oratores Tullius in Bruto, laudibusque litterarum ac eruditio-
 nis ornatum dicit. Eius collegam L. Aurelium familiari cognomine ab aliis eiusdem
 gètis non distinguit Liuius. Quod mirum, cùm plures tamen tunc in ciuitate flouerint
 Aureliorum familiæ. Sed librariorum negligentia in hac parte Liuius magna facta est in-
 iuria, qui tam truncum ac mutilum vbique nobis reliquere.

A sacerdoti-
 bus exacta
 stipendia.

Q. Fabij
 Max. Labeo-
 nis nobilitas
 ac eruditio.

Culpa scri-
 barum magna
 Liuius atque
 auctoribus
 bonis facta
 est iniuria.

Quæftores prouinciales.

..	f.	..	n.	..	L. Furi. Cos.	} in Italia, & Gallia.
..	f.	..	n.	..	M. Claudi. Cos.	
..	f.	..	n.	..	C. Læli. Pr. in Sicilia.	
..	f.	..	n.	..	Ti. Longi. Pr. in Sardinia.	
..	f.	..	n.	..	Q. Thermi. Pr. in Hisp. citeriore.	
..	f.	..	n.	..	Q. Fabi. Pr. in Hisp. vltiore.	

Sp. Postumius. L. f. A. n. Albinus. Cuius Consulatus sic exsculptus est in Fa-
 stis Capitolinis. Augurẽm fuisse scribit Liuius lib. xxxix. Ceteros eius honores ordine
 referemus. Videtur fuisse nepos A. Postumij, qui Cos. anno dxl. & Cenfor postea repe-
 ritur in tabulis Capitolinis, de quo tum plura suo loco diximus. Huius videntur asses ærei
 veteres esse cum Iano bifronti, & nauis rostrata, in quibus nomen legitur, S P. P O S T
 L. F. A L B I N. Extant in Goltzianis Fastis.

P. Sempronius * P. f. Ti. n * Blæsus. Hic sequetur Trib. plebis apud Liuium.
 C. Stertinius. .. f. .. nepos. C. Aurelius. .. f. .. n. Scaurus.
 Adducemus ambos Prætores Sardinia suis annis singulos ex Liuius.
 M. Furius. .. f. .. n. Lælius. T. Mænius * L. f. C * nepos.
 M. Furius Ædilem plebis, & T. Mænius Prætozem vr banum habebimus apud Li-
 uium postea.

Prouinciæ.

T. Quinctius. f. L. n. Flaminius. Procos. Macedoniam ac Græciam, prorogato
 imperio, cum duabus legionibus prioreq; exercitu obtinuit. Ex decẽ legatorum consilio
 regi Philippo pacem dedit, his legibus: Vt omnes Græcorum ciuitates, quæ in Europa,
 quæq; in Asia essent, libertatem ac suas lege haberent. Quæ earum sub ditione Philippi
 fuissent, præsidia ex his ipse deduceret. Captiuos transfugasque redderet: naues omnes te-
 ctas traderet a præter quinque, & regiã vnam inhabilis propè magnitudinis, quam xvi.
 versus remorum agebant. Ne plus^b quàm quinque milia armatorum, neue elephantum
 vllum haberet. Bellum extra Macedoniæ fines ne iniussu Senatus gereret. Mille talentum
 daret Pop. Rom. dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum. In hæc
 obfides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius. His itaque conditionibus Philippo
 regi pax data est, vt auctores sunt Liuius, Plutarchus, & Io. Zonaras. Ceterum in Liui-
 nis exemplaribus non vno loco latere vitium, ex iam citatis aliis animaduertere est. Nam
 vbi inter pacis conditiones de nauibus agitur, sic habet Liuius: Et naues tectas omnes
 tradere, * quin & regiã vnam inhabilis propè magnitudinis, quam sexdecim versus re-
 morum

Pacis Philipo regi datae leges.

traderet: quin & regiã, male in Liuius. plus quingentis, in Liuius non rectè.

Tributum haud grane Philippo regi impostum, ne atri gratia bellum gessisse Romanus videretur.

Liuij loca corrigenda.

morum agebant. Hanc quidem illi propter inhabilitatē fuisse cum aliis quinque triremibus relictam testatur ita Zonaras: Ταῖς τε τετρήρεις πέντε, καὶ τῆς ἑπατηίδος ἀντὶς, οὐσὶς ἐκ κει δειήρους. Et hæc Zonaras ex correctioribus Liuij exemplaribus olim hauisse videtur. Quare supplendus, atque ita legendus Liuij locus, vt opinor; Naues omnes reatas traderet, præter quinque, & regiam vnam, &c. Perierunt etenim in Liuij eodictibus exscriptorum negligentia vox vna (præter) & subsequentis vocis (quinque) postrema syllaba: quibus repositis, historię veritas elucescit. Plutarchus Philippum omni classe præter decem naues solas multatum scribit, sed de regia vel prætoria magna mentionem non facit: quæ forsitan magnitudine sumptuque quinque triremium instar fuit, vt quinque pro triremibus hæc estimata fuerit. Ceterum pauld post, vbi de armatorum præsidio Regi permisso verba facit Liuius, numerum corrumpere libranj. Habetur enim in exemplaribus ita: Ne plus quingentis armatorum haberet. Verum Zonaras illi non vltra quinque milia militum alere permillum fuisse testatur. Error hic quidem ex numerorum notis haud intellectis permanasse in exemplaribus verisimile est. De Liuij locis hæc tenus. Remuneravit deinde T. Quinctius ex x. legatorum consilio socios, reges, ac ciuitates quæ auxilio fuerant. Attalo regi absenti Ægina & elephantum dono dati, & Rhodijs Stratonicea Carie, atque aliæ vrbes, quas Philippus tenuisset. Atheniensibus quatuor insulæ data, Parus, Imbrus, Delos, & Scyrus, vt ex Valerio Antiate Liuius memorat. His Corinthi in consilio decem legatorum de liberanda Græcia constitutis, cum adesset solemne ludicrum Isthmiorum in celebri & maximo Græciæ conuentu, cum Romani simul ad spectaculum confedissent, T. Quinctius voce præconis in arena media libertatem populis omnibus, qui sub ditione regis Philippi fuerant ordine recensitis x. legatorum ex consilio, tuba silentio facto, publicauit, atque omnes immunes suis legibus viuere iussit. Decreti vel edicti verba leguntur apud Liuium: Senatus Romanus, & T. Quinctius Imperator, &c. Sed ibi legendum esse puto, Senatus, populisque Romanus, &c. Nam sic Val. Maximus lib. IV. cap. VII. caput eiusdem edicti formula solemni liberæ ciuitati congrua profert. Cui etiam adstipulatur Plutarchus. Qua voce præconis audita, præ populi præsentis gaudio tantus cum clamore plausus est exortus, vt duo corui superuolantes attoniti in stadium deciderint: tanta vocum vi aëra collidente ac dissipante, quo se suspendunt alites, sicut opinatur Plutarchus. Meminit & Val. Maximus lib. IV. cap. VII. Sed vide etiam Liuium XXXIII. L. Florum lib. II. cap. VII. Zonaram, Orosium, & alios.

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Leg. Propr. classē. atque oram. maritumam. Græciæ obtinuit; Liuius lib. XXXIII.

Pro Quæstoribus f. fuere

II. II. II. f. II. n. II. T. Quinctij. Procos. in. Macedonia.
 II. II. II. f. II. n. II. Lucerinus. II. II. II. f. II. n. II. Ostiens.
 II. II. II. f. II. n. II. Calenus.
 C. Sallonijs * C. f. Q. n. Sarra * Cn. Cornelius * L. f. * II. n. Merula.
 L. Aurunculeius. II. f. II. n. * Corta * Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n. * Blasio.
 Cn. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Procos. anno. DLVII.
 ouans. ex. Hispania. citeriore. II. II. II.

Dum procurantur in vrbe prodigia, priusquā noui Coss. atq; Prætores paludati in suas proficiscerentur prouincias: hisdem, inquit Liuius, diebus Cn. Cornelius Lentulus qui ante Sempronium Tuditanū citeriorem Hispaniam obtinuerat, cum ex S. C. vrberem esset ingressus, tulit præ se auri mille & quingenta pondo quindecim, argenti viginti milia pondo signati, denarios triginta quatuor milia, & quingentos quinquaginta. Corruptus, haud dubiè, locus iste Liuij est, sicut non malè diuinarunt doctissimi viri Henricus Glareanus, & Carulus Sigonius, ducti in hanc sententiā ex eo, quod continud subiungat Liuius, L. Stertinium ex vltiore Hispania ne tentasse quidem triumphi spem. Vnde & suspicor, immò ferè persuasum habeo, librariorum scribas ibi vocem (ouans) in (cum) mutasse, & postea (est) in (esset.) Itaq; legendum sic esse puto, Ouans ex S. C. vrberem esset ingressus. Tulit præ se auri, &c. Collegam verò Cn. Lentuli L. Stertinium eodem tempore reuersum ex vltiore Hispania simul intrasse non tentata triumphi spe, subiungit mox Liuius, fortè propter difficultates collegæ Lentulo prius obiectas. Is autem quinquaginta milia pondo argenti in arariū tulit: & de manubijs duos fornices. * in foro Boario ante Fortunæ ædem, & matris Matutæ: * vnum in maximo Circo fecit, & his fornibus signa aurata imposuit. Sic habent quidem Liuiana exemplaria vulneribus atque cicatricibus plena, in quibus tamen hæc

Numerus armatorum in Liuij falsus.

Romanorum largæ libertas erga bellicosos.

Celeberrimus Isthmiorum in ludis publicis proclamata Græcia libertas.

Plausus magnus & latissimus.

Pecunia, & manubijs tratata.

Liuij locus vt restitui poterit.

L. Stertinij reditus ex vltiore Hispania. Seruilius Stertinij ex manubijs. Liuij locus aliter.

hæc ita videntur restituenda: Et de manubiis duos fornices, vnum in Foro boario ante Fortunæ ædem & matris Matutæ, & vnum in maximo Circo fecit, & his signa aurata imponi iussit. Ouationis autem istius in memoriam excusi videntur esse denarii argentei antiquissimi bigati cum Roma galeata & balteata, in quorum altero latere Victoria coronam extendens bigam agit, sub qua scriptum: C. N. LENTVL.

M. Claudius. M. f. M. n MARCELLVS A. DLVII.

Cos. de Comensib. & InsuBRIB. IV. NON. MART.

Marcello Cos. Romani redeunti, rebus fortiter in Gallia gestis, triumphus magno consensu Patrum est decretus. Triumphauit in magistratu de Comensibus & InsuBRIB. ut tradit Liuius. Nec dissentiant exigua illa Capitolinorum triumphorum fragmenta, in quibus IV. NON. M. annotatum videmus: id est, quarto Nonas Martias, exitu scilicet Consulatus sui, quem Idibus Martiis antè præterlapsis anno superiore, ut tunc moris fuit, inierat. Multa spolia hostium captiuus carpentis in illo triumpho traducta sunt, multa militaria signa lata, & torques aurei plurimi. Ex quibus vnum magni ponderis Iouidonum in Capitolio suspensum fuisse, Claudius in Annalibus auctor est. Tulit in ærarium aris CCCXX. argenti bigati CCXXIV. In pedes singulos dati octingenti aris, triplex equiti centurioni que. Vide Liuium lib. XXXIII. Extat triumphus memoria in Marcello summa, cum Romæ capite, & Victoria coronam prætendente in curru triumphali cum literis, M. MARCEL. subscriptis.

Comum Gallos, pulsis Etruscis, condidisse simul cum Mediolano, Verona, Brixia, & aliis urbibus, Pompeius Trogus lib. XX. scribit. Orobiolorum stirpis esse Comum Bergomates, & aliquot circà populos, auctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam Cornelius Alexander è Græcia oriundam esse docet, etiam interpretatione ipsius nominis, quod vitam in montibus degere soliti sint. Ergo Celtas vel Gallos Inalpinos prius fuisse, sit verisimile: quos Græci rectè sua lingua quondam Orobios Ὀροβίους appellauerunt. Confirmat hoc idem Celtica vox vetus Bergomas, populi scilicet, qui Bergomum considerunt: pro qua nunc Germani, Berghman, dicunt: id est, vir monticola.

ANNI P. R. C. DLVIII.

Consules.

M. PORCIVS. M. F. CATO. L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS

RECENTENT correctè Consules hos eodem ferè modo Liuius, Plutarchus, Cassiodorus, & Orosius lib. IV. cap. XX. Meminere sapius Cicero, Valerius Max. Plinius, & alij. In tabulis Græcis mendum est, in quibus legitur, Πορτίου καὶ Φλάκου: cum rectius esset, Πορτίου καὶ Φλακίου. Cuspiani tabulæ Flaccum & Catonem habent.

Cum in Hispania in tantum glisceret bellum, ut iam Consulati & ducè & exercitu opus esset: Consulibus eius anni Hispania citerior & Italia prouinciæ decretae sunt, ut eas inter se compararent, aut fortirentur. Vtri Hispania prouincia euenisset, is duas legiones cum quinque milibus socium ac Latini nominis, & quingentos equites secum portaret, & naues longas viginti duceret. Alter Cos. duas legiones scriberet, his Galliam prouinciam obtinere satis esse, fractis anno proximo InsuBRIB. ac Boiorum animis. M. Cato Hispaniam, L. Valerius Italiam est sortitus. F. Quintio Procos. suspectis non solum Antiocho rege, & Ætolis, sed etiam Nabide Lacedæmoniorum tyranno, in Græcia in annum prorogatum est imperium, atque etiam in Sardinia Ti. Sempronio Longo. De prouinciis eius anni hæc ferè Liuius libro XXXIII.

Consules antequam in prouinciam proficiscerentur ab vrbe, Ver sacrum ex Pontificum iussu fecere, quod A. Cornelius Mammula Prætor de Senatus sententia populique iussu vouerat, Cn. Seruilio, C. Flaminio II. Cos. Quod anno scilicet vigesimo secundo factum est, postquam votum fuerat: Liuius, annis post vno & viginti factum esse, quam votum dicit. Legati decem ex Græcia Romam reuersi in Senatu retulere, quibus conditionibus Philippo regi pax esset data: & quid belli iam immineret ab Antiocho rege Sardinia, ab Ætolis, & à Nabide tyranno. Annibal suspectus Romanis, quod cum Antiocho rege societate clam inita bellum moliretur, metu ne dederetur à ciuibus inimicis, cum legati de ipso conquesturi Carthaginem venissent, ex Africa in Suriam profugit. M. Cato Cos. profectus cum classe & exercitu in Hispaniam, ab emporijs expeditionem incipiens, difficili prælio hostium ad quadraginta milia occidit, castris exiit: atque agris late populatis,

Motum rebellibus incussit. Insigne M. Catonis stratagemata.

Supplicatio propter Catonis viro-rius tridua-na. Cum Boijs Gallis feliciter pugna-tum.

latis, quam plurimos populos in deditioem accepit: victoremque circumducens exercitum, priusquam Tarraconem veniret, quidquid gentium cis Iberum à Romanis alienatum fuerat, armis ademptis subiugavit. Vario deinceps vsus stratagemate, munitissima quæque loca rebellium cepit, omnium vrbium suspectarum muros atque munitiones, graui edicto singulis separatim proposito, vno eodemque die dirui iussit; cladem minatus, quæ non statim paruisset. Ob quas res feliciter in Hispania gestas supplicationem in triduum Patres Romæ decreuerunt. Alter Cos. L. Flaccus eadem ætate cum exercitu Boiorum propter Litanam siluam signis collatis secundo prælio conflixit. Octo milia Gallorum cæsa traduntur, ceteri omnes in vicos suos & agros dilapsi sunt. Consul reliquum ætatis circa Padum Placentiæ & Cremonæ habuit, restituitque quæ in iis oppidis bello diruta fuerant. Hæc ferè Liuius lib. xxxiii. & xxxiv. Plutarchus, & Cornelius Nepos in vita Catonis. Appianus in Iberica, Zonaras, Auætor de viris illustribus in Annibale & Catone, Æmilius Probus, & alij.

Prætores.

C. Fabricius * C. f. C. n * Luscinus. Vrbanam. iurisdictionem. fortitus obtinuit: Liuius lib. xxxiii.

C. Atinius * C. f. L. n * Labeo. Iurisdictionem. inter. ciuicis. & peregrinos. fortitus. obtinuit: Liuius ibidem.

Cn. Manlius. Cn. f. L. n. Vulso. Siciliam. fortitus. cum. vetere. exercitu. obtinuit. Anno sequenti Romam reuersus è prouincia, iiii. vir coloniarum in agrum Thurinum deducendæ cum imperio ad triennium Ælia rogatione creatus est, vt libro sequenti prodit idem Liuius, sed malè in quibusdam exemplaribus A. Manlius ibi legitur.

Cum Turdulis ac Celtiberis varia prælia.

P. Manlius * L. f. L. n * Vulso. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit, adiutor Consuli Catoni datus cum legione quæ fuerat sub Q. Minucio Pr. & duobus peditum milibus, equitibusque ducentis nouorum militum. In Turdetaniam cum suo & Ap. Claudij collegæ ex vltiore prouincia misso exercitu profectus, Turdulos haud graui prælio vicit. Nec tamen ea pugna debellatum est. Nam mox, Celtiberorum decem milibus mercede conductis, cum Turduli rebellassent, P. Manlius Consule Catone in auxilium vocato, rebelles denuò subegit: Liuius lib. xxxiii. & sequenti.

Ap. Claudius * P. f. Ti. n * Nero. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit, cum legione, quam Q. Fabius habuerat, & pari peditum equitumque nouorum numero, qui collegæ P. Manlio in citeriore prouincia decretus erat, M. Heluio Romam decedenti præsidium sex milium ad castra Catonis Cos. dedit. Item P. Manlio collegæ legionem veterem subsidio in Turdetaniam misit: Liuius.

Liuij locus corrigendus.

P. Porcius. // f. // n. Læca. Etruriam ac Pisas fortitus obtinuit, cum duobus item milibus peditum, & ducentis equitibus ex Gallico exercitu, Leuis Liguribus ab tergo oppositus: Liuius lib. xxxiii. Qui tamen corrigendus est, vbi mendosè legitur, Vt ab tergo Liguribus esset, vbi deest (Leuis.) Et paulò post, Circa Pisas ducenti peditum, & quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. Vides, vt locum prodigiosè corruerunt, librarij scriptores, dum numerorum veteres notas ∞ ∞ d. non intelligunt, vel negligunt, quibus locus descriptus fuisse videtur. Legendus igitur sic locus videtur: P. Porcio Læcæ ad Etruriam circa Pisas duo milia peditum, quingenti equites ex Gallico exercitu decreti.

Ædiles Curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Ædilitates huius anni desiderantur in Liuius, quas tamen plerumque post noua Consulatum Prætorumque comitia solet adferre. Ipsius ne igitur, an librariorum latæ culpæ tribuendum hoc sit, iudicet Lector. Ex instituto tamen nostro subiungemus ex ordine magistratuum duos Ædiles curules, quorum Præturæ altero abhinc anno sequentur. L. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. M. Valerius. M. f. M. n. Messalla.

Qui. postea. Asiaticus. appell. est.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

T. Iuuentius * T. f. * .. n. Thalna. Sex. Digitius. .. f. .. nepos.
Sequentur anno sequenti Prætores, designati hoc magistratu fortassis; ut vſitatum tunc fuit.

Tribuni plebis

M. Fundanius * M. f. Q. n * L. Valerius. C. f. .. n. Tappus.
Fundulus.

Legem Oppiam de superfluo mulierum sumptu coercendo ante nouendecim annos la-
tam, M. Catone Cos. desuadente, magnis partium contentioneibus, matronarum Ro-
manarum in gratiam antiquarunt. Vide Liuium lib. xxxiv. principio, & quæ Zonaras
Annalium secundo præter Liuium adfert. Oppia lex de mundo mulierum superfluo antiquatur.

M. Iunius. M. f. L. n. Brutus. D. Iunius. M. f. L. n. Brutus.
Rogationi collegarum de Oppia lege tollenda intercessuros se fore professi sunt. Quam ob
causam matronæ omnes vno agmine Brutorum domum obsederunt; nec antè abſtite-
runt, quàm remissa intercessio à Brutis Tribunis est. Nulla deinde dubitatio fuit, quin
omnes tribus legem abrogarent. Anno vigesimo post abrogata est, quàm lata est, inquit
Liuius. Cuius verba sic restituenda videntur in vulgatis, vbi legitur: Annis xx. post ab-
rogata est, quàm lata. Quod etiam abhinc anno vigesimo contigit: ab vrbe scilicet
condita dxxxvi. sicut ex Annalibus nostris manifestum est. Vide Valerium Maxi-
mum lib. ix. cap. i. Matronarum Romanarum impotens impudens.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

L. Porcius. L. f. M. n. Licinus. * Cn. * Fuluius * Cn. f. Cn. n *
Centumalus

[C. Æbutius. T. f. T. n. Carus] [M. Marcius. M. f. M. n. Ralla]
[Q. Minucius. Q. f. L. n. Thermus] [C. Numicius. C. f. T. nepos.]

Quæstores vr bani

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. M. Catonis Cos. in Hisp. citeriore Vargitanos sa-
pius rebelles, & victos Consulſis iussu sub corona vendidit: Liuius xxxiv.

.. .. f. .. n. .. L. Flacci. Cos. in Italia. & Gallia

.. .. f. .. n. .. Cn. Manli. Pr. in Sicilia

.. .. f. .. n. .. Ap. Claudii. Pr. in Hisp. vltiore

.. .. f. .. n. .. Calenus. f. .. n. .. Ostiensis.

P. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. Apud Liuium Prætor & Cos. recensetur.
Cuius nomen cum Capitolinæ tabulæ sic exprimant, demonstrant Ap. Claudij Pulchri
fratrem fuisse, cui in Consulatu successit.

L. Manlius. L. f. L. n. Acidinus. Fuluianus. Quem sic nobis disertè
produnt Capitolini Fasti, Consulè que cum fratre germano suo Q. Fulvio Flacco
fuisse, ut rarum quid, annotarunt. Vnde manifestum fit, appellatum prius fuisse Fuluium
Flaccum, & adoptatum à L. Manlio Acidino transisse in patriciam domum Manliam,
locum que patricij Consulſis, licet naturâ plebeius, obtinuisse. Magistratus eius ordine suo
subsequentur.

M. Furius .. f. .. n. Crasipes. Treuir agris dandis sequetur apud Liuium, atque
deinde bis Prætor, Galliæ atque Siciliæ.

C. Sempronius * Cn. f. C. n * Blæsus. Ædilis plebis, & Prætor apud Liuium re-
peritur. Ex annorum autem spatio conicio filium fuisse Cn. Sempronij Blæsi, qui lega-
tus Propr. in Etruriam anno dcli. missus à Q. Fulvio Flacco Dictatore: cum ex ea
prouin-

prouincia Romam iturus C. Calpurnium Pisonem euocasset, vt castris ante Capuam se absente præfesset, vt Liuius lib. xxvi. & xxvii. refert.

C. Calpurnius. C. f. C. n. Piso. Cuius postea Consulis nomen sic extat in Capitolinis marmoribus. Eius verò patrem Prætorem vrbis adduximus suo loco ex Liuiana historia.

Q. Fabius * Q. f. C. n. * Pictor. Q. Fabij Pictoris historici, de quo locuti antea sumus, filium fuisse, ratio annorum insinuare videtur. Hunc Flaminem Quirinalem & Prætorem Liuius memorat, & suo loco nos producemus. Corrigendum eius prænomen in xlv. fine, vbi malè M. Fabius vocatur.

Q. Næuius. // f. // n. Matho. Nominat eum Liuius lib. xxxiv. inter iii. viros coloniarum deducendæ in Bruttios cum triennali imperio biennio postea Ælia rogatione creatos. Et reperitur apud eundem libro xxxix. Prætor Sardinia, & cognomine Mathonem vocat.

C. Afranius. // f. // n. Stello. Hic item Prætor sequetur, & iii. viri coloniarum deducendæ post Præturam anno secundo proditur à Liuii libri xxxix. fine.

Prouinciæ.

T. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Procos. Græciam. prorogato. in. annorum. imperio. cum. vetere. exercitu. & classe. obtinuit. Ex S. C. atque Græcarum ciuitatum consilio ac voluntate, Nabidi Spartanorum tyranno bellum intulit, atque Arguios eius tyrannide oppressos in libertatem vindicauit. Lacedæmone insuper oppugnata tyrannum ad deditionem compulit, nec non tributo obsidibusque imperatis, pacis leges præscripsit. Hæc latè pulchreque Liuius libro xxxiv. Plutarchus in Quinctio, Zonaras, Iustinus ex Trogo lib. xxxi. & alij.

Nabidi tyranno Lacedæmoniorum bellum indictum, & Arguii in libertatem vindicati. Tyrannis Nabidis dediti supplatur.

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Leg. Propr. classem & oram Græciæ maritimam obtinuit, Gytheum atque alia maritima Nabidis tyranni oppida partim voluntate, partim metu vel vi recepit, Laconesque à mari toto exclusos tenuit: Liuius libro xxxiv.

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Longus. Propr. Sardiniam prorogato imperio cum vetere exercitu obtinuit: Liuius lib. xxxiii.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . T. Quinctij. Procos. in. Græcia.

//. // . // . f. // . n. // . Ti. Longi. Propr. in Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . Lucerinus

C. Sallonius * C. f. Q. n. Sarra * C. Aurelius. // f. // n. Scaurus.

Cn. Cornelius * L. f. // n. Merula.

M. Heluius. P. f. // . N. BLASIO Propr. ann. DLVIII.

ouans. ex Hispania. CITERIORE. // . // . // .

Q. Minucius. Q. f. L. n. Thermus. ann. DLVIII.

Propr. ex Hispania. citeriore. // . // . // .

Eodem anno, vt Liuius refert ex Valerio Antiate, M. Heluius decedens ex vltiore Hispania cum præsidio sex milium dato ab Ap. Claudio Prætorè, ad oppidum Iliturgim, Celtiberorum xii. milia in prælio occidit, oppidum cepit, omnesque puberes interfecit. Inde ad castra M. Catonis Cos. perueniens, quia tuta iam ab hostibus regio erat, præsidio in vltiorem Hispaniam remisso, Romam est profectus. Vbi cum triumphum peteret ob rem feliciter gestam, ouans ex S. C. urbem est ingressus. Causa negati triumphi fuit, quod alieno auspicio, & in aliena prouincia rem gessisset. Argenti infecti tulit in ærarium xiiii. ∞ . pondò dccxxxii. & signati bigatorum xvii. ∞ . xxiiii. & Ofensis argenti cxx. ∞ . cccxxxviii. Ceterum biennio post redierat, cum prouincia successori Q. Minucio tradita, annum in sequentem retentus ibi longo & graui morbo fuisset. Itaque duobus modò mensibus antè Heluius ouans urbem est ingressus, quam

Victoria de Celtiberis.

Manubiarum summa in ærarium lata.

Q. Minucij victoria & triumphus.

Q. Minucius ex eadem item prouincia reuersus triumpharit, qui ad Turbam oppidum cum duobus Hispanorum imperatoribus congressus, alterum Budorem nomine in prælio ceperat, & hostium exercitu fuso, duodecim milia occiderat. Is tulit in ærarium argenti

genti pondo xxxiv. ∞. DECC. bigatorū lxxviii. ∞. & Ofcenfis argenti cclxxviii. ∞.
 Hæc ferè Liuius, libris xxxiii. & xxxiv.

Reperiuntur item argentei nummi, in quibus Victoriæ alaræ effigies, & ab altera parte ^{Nummi triumphales.} currus triūphalis, in quo item Victoria aurigans. inscripti sunt ita: M. HELVI. P. F. BLASIO. Item alij cum Romæ galeatæ capite & Victoria in quadriga, quæ coronam exaltat, cui titulus adscriptus: Q. THERMVS. Q. F. Picuram vtriusque numismatis, Lector, inuenies in Goltzianis Fastis.

A N N I P. R. C. D L I X.

Consules.

P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. TI. SEMPRONIVS. TI. F. C. N. AFRICAN. II. LONGVS.

HORVM patres in hoc eodem magistratu collegæ fuerant anno primo belli Punici secundi, quo Annibal Italiam intravit, vt refert Liuius. Sed hic secundus P. Africani Consulatus fuit, vt rectè etiam de Aruspicum responsis M. Cicero, Casiodorus & Marianus, item Orosius libro quarto cap. xx. annotarunt. Sic tabulæ nostræ Siculæ Græcæ Scipionem i. i. & Longum suggerunt. Valerius item Max. lib. iv. cap. v. scribit, à cõdita vrbe vsque ad Africanum & Ti. Longum Coss. promiscua Senatui ac populo spectandorum ludorum loca fuisse, sicuti mox pluribus declarabo. Sed nescio an iterati Consulatus nota perierit ibi librariorum incuria, an Valerius illam consultò, tamquam minimè necessariam omiserit, cum solo Africani cognomine Scipionem exprimat, quod in priorè nondum habebat. Fuit enim, vt Africanus, semel tantum Cos.

Consulibus ambobus Italia prouincia decreta est, & duas vrbanas legiones eò scribe- ^{Prouincia ordinata, & exercitus plures dimissi.} re placuit, vt dimissis, quos Senatus censuisset, exercitibus, viii. omnino Romanæ legiones essent. Macedonicum igitur exercitum T. Quinctius Procos. item M. Carus, qui cum ipso erat, Hispanicum reducere in Italiam, & dimittere iussi sunt. De huius anni Consulibus prouinciis exercitibusque sic ferè Liuius lib. xxxiv. Qui tamen addit, P. Africanum Cos. appetuisse Macedoniam prouinciam propter instans Antiochinum bellum. Sed nihil de Hispania citeriore, in qua ipsum M. Catoni succedere voluisse scribit Cornelius Nepos in Catonis vita.

Ver sacrum anno superiore non * ritè factum ex P. Crassi Pontificis Maximi sententia, de integro faciendum arbitrato Pontificum Patres censuerunt: ludosque, magnos * qui vnà voti essent, tanta pecunia, quanta assoleret, faciendos. Sic Liuij ferè verba sonant in ^{* rectè, in vulgatis. Ver sacrum denud.} vulgatis exemplaribus. Sed cur ludos magnos vnà cum Vere sacro votos esse dicit? cum hoc viginti vnum ante annos votum, quam solutum, in superioris anni historia clarè scripserit. Ludos verè magnos quinquennio tantum ante votos esse à P. Sulpicio Galba Cos. hic paulò post tradit, & simul cum Vere sacro redintegrando solutos hoc anno. Et rectè ^{Ludi magni ex voto facti.} quidem. Vouerat enim eos Senatus ac populi iussu P. Galba Cos. inchoante Philippico bello, vt peracto quinquennio, si respublica in eodem statu permansisset, soluerentur, quemadmodum tunc ex eodem Liuij narrauimus. Quod anno hoc, post votum factum sexto contigisse, nunc refert. Verba igitur hæc Liuij (ludosque magnos qui vnà voti essent) transpositis tantum duobus vocabulis, correctiora fient, veritati que magis consentient, si ita legantur (ludosque magnos vnà, qui voti essent) Tum enim primùm debebantur, cum hoc anno Ver sacrum restaurandum esset. Censuerunt itaque Patres, vnà faciendos atque soluendos esse, tanta pecunia, quanta assoleret, quinquennio post votum peracto. Qui autem iam olim initio belli Punici secundi simul cum Vere sacro voti fuerant, peracto quinquennio, in quod concepti erant, solutos fuisse, ex eius belli Annalibus Lectori constabit.

Nabidi Spartanorum tyranno pax, quæ cum T. Quinctio Procos. conuenerat, à Senatu confirmata est. Puteolos, Buxentum, Vulturum, Salernum, Liternum colonia ^{Nabidi tyr. no pax data. Colonia deducta.} ciuium Romanorum deductæ sunt, ex Acilio plebiscito ante triennium lato, & tricenæ familiaræ in singulas misæ per triumuiros, qui tunc cum triennali imperio creati erant, quos Liuius lib. xxxiii. nominat, & rursus in huius anni historia lib. xxxiv. Colonia hoc item anno sunt ciuium Romanorum deductæ Sipontum, Tempfam & Crotonem, hoc item anno sunt denuò ad has deducendas creati sunt. De Salerno tamen, Buxento, & Puteolis alia est etiam opinio, quam postea suis locis ex Velleio Paterculo adducemus.

Ti. Sempronius Cos. à Boijs Gallus oppugnatus agrè castra intiat.

Ti. Sempronius Cos. à Boiorige Gallorum regulo in agro Boiorum oppugnatus, agrè castra seruauit. Diu in angustiis ipsis portis duabus principalibus ancipiti praelio pugnatum est. Præualuit tamen Romana virtus, licet porta Quæstoria & castris ex parte captis, hinc victoria, hinc fuga fuerit. Gallorum enim ad vndecim milia, Romanorum quinque milia cecidere, Consul Placentiam legiones duxit. P. Scipionem Cos. alij iuncto exercitu cum collega per Boiorum agros populantem isse scribunt: alij, nulla re memorabili gesta comitiorum causa rediisse Romam. Hæc Liuius diffusè lib. xxxiv. Orofius lib. iv. cap. xx. hoc anno bis cum Gallis pugnatum fuisse scribit, & priore ad Mediolanum praelio decem, posteriore xi. milia Gallorum, & quinque milia Romanorum cecidisse memorat.

CENS. SEX. AILIUS. Q. F. P. N. PAIVS. CATVS. C. CORNELIVS. L. F. M. N. CETHEGVS. L. F. XLVII.

Ordinè moderatus census.

Ludis in publicis primùm P. Africanus auctore, Senatoria loca secreta sunt à popularibus.

Lustrum XLVII Ciuium numerus in Lustris corruptè notatus videtur.

Creata eodem anno Censores Sex. Ælius Patus & C. Cornelius Cethegus. Principem denuò Senatus legerunt P. Scipionem Africanum Cos. tres omnino Senatores præterierunt, neminem tamen curuli honore usum. Equitibus quoque per paucis adempti equi; nec in vllum ordinem sæuitum. Atqui gratiam ingentem Censores apud amplissimum ordinem adepti sunt, quòd ludis Romanis Ædilibus curulibus imperarunt, vt loca Senatoria secernerent à populo. Cuius rei auctorem R. Africanum Cos. fuisse tradunt quàm plures. Atrium Libertatis, & Villa publica ab iisdem resecta & amplificata. C. Cornelius Cens. ædem Iunonis Sospitæ in Foro olitorio dedicauit, vtram, & locatam ab eodem Cos. bello Gallico. Lustrum anno sequenti vrbis XLVII. condiderunt Censores: quocensâ ciuium capita CXLIII. ∞. DCCIV. vt habent Liuij exemplaria, sed ampliorem multò numerum retulit diu antè, in M. Liuij & C. Neronis Censura: nempe CCXV. milia: nec causam video cur in tantum imminutus fuisset, qui solet successu temporis simul cum imperio crescere. Igitur suspicor CCXLIII. milia DCCIV. Lustrum vno præsertim intermedio, potius ab Censoribus causa fuisse, & Liuium corrigendum esse lib. xxxiv. Vide Pædianum in Cornelianam Ciceronis.

Prætores.

Cn. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarbus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Fauni ædem in Insula Tiberina, quam in Ædilitate sua ex multatitio ære pecuuariorum locauerat faciendam, dedicauit. Ex Ælio plebiscito comitia in Capitolio bina III. virum colonis deducendis creandorum ergò habuit: Liuius lib. xxxiv.

T. Iuuentius * T. f. // n. Thalna. Iurisdictionem. inter. ciueis. & peregrinos. sortitus. obtinuit: Liuius ibidem.

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Blasio. Siciliam. cum. vetere. exercitu. sortitus. obtinuit: Liuius.

Cn. Cornelius * P. f. Ser. n * Merenda. Sardiniam. sortitus. cum. vetere. exercitu. obtinuit: Liuius.

Res malè gesta.

Sex. Digitius. // f. // nepos. Hispaniam. citeriorem. sortitus. cum. prioris. anni. exercitu. obtinuit. Hoc anno & sequentis principio successor antequam venisset, cum ciuitatibus iis, quæ post profectioem M. Catonis rebellauerant, crebra magis, quàm digna dictu prælia fecit, atque idèd pleraque aduersa, vt vix dimidium militum, quod acceperat, successor tradiderit: Liuius libri xxxv. exordio. Panè omnem exercitum amisisse scribit Orofius lib. iv. cap. xx.

P. Nasica res benè gesta.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio, Nasica. Hispaniam. vltiorem. sortitus. cum. prioris. anni. exercitu. obtinuit. Multa secunda prælia trans Iberum fecit, & quinquaginta non minùs oppida terrore ad deditioem compulit: adèd vt Hispaniam citeriorem quoque, ne tota rebellaret, suspensam tenuerit: Liuius lib. xxxv. principio.

Ædiles curules

Megalesiæ ludis scænicis primi. Inequalitas inuidiam prorie sæpè propter nouitatè.

C. Atilius * C. f. C. n * Serranus. L. Scribonius * L. f. // n. Libo. Megalesia ludos scænicos primi fecerunt, atque Senatui Censorum ex mandato ludis Romanis suis loca spectandi à populo separata primùm designarunt. Censoribus auctorem rei fuisse P. Africanum Cos. ipsumque populi grauem inuidiam sibi propter eam conuulsiasse, Liuius auctor est lib. xxxiv. De qua re sic etiam Val. Max. lib. II. cap. iv. Per quin-

» quingentos, inquit, quinquaginta octo annos Senatus populo mistus spectaculo ludorum
 » interfuit. Sed hunc morem Atilius Serranus & L. Scribonius Ædiles, ludos Matri Deum
 » facientes, superioris Africani sententiam sequuti, discretis Senatus & populi locis, solue-
 » runt. Ea que res auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis magnopere quassauit. At
 » Liuius ludis Romanis id primum contigisse scribit. Valerio quidem assentitur Cicero de
 » Atuspicum responsis, sed Ædiles non nominat. Pædianus autem eosdem illos non præ-
 » terit, in Ciceronis Cornelianam scribens, cuius orationis hæc adfert verba: P. Africanus
 » ille superior, inquit, vt dicitur, non solum ab sapientissimis hominibus qui tum erant, ve-
 » rum etiam à seipso sæpè accusatus est; quòd cum Cos. esset cum Ti. Longo, passus esset
 » primum à populari confesù Senatoria subfella separari. Vide quæ de his Liuius loco iam
 » dicto memorat, & quos vulgi sermones illa nouitas tum præbuerit.

Ædiles plebis.

» // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 » M. Iunius * L. f. M. n * Brutus. Q. Oppius. // . f. // . n * Salinator *
 » Sex. Pompeius Festus de priscorum verborum significatione, in Plebeij Ædiles, loco admo-
 » dum trunco, vbi de plebis Ædilibus agit, hos collegas in isto magistratu coniungit, vbi sic
 » eius extant verba: Eas enim faciendas curauerunt M. Iunius Brutus, Q. Oppius Ædiles
 » plebis. Quidnam curarint, nescitur: eorum tamen Ædilitates in hæc ferè tempora inci-
 » dere potuisse videntur. Atqui pro eximia sua eruditione Iosephus Scaliger ingeniosissime
 » Festi fragmina supplendo, iam dictos Ædiles ex multatitia, vt opinor, pecunia, nouas ta-
 » bernas in foro Romano fieri curasse, coniectura est assequutus, in hunc modum interr-
 » pta Festi verba refarciens: Ij fecerunt tabernas quas NOVAS. VOCANT. NOS. autem quin-
 » que dicimus eas. ESSE. ET. SEPTEM. FERVTVR, quas plebeias vocamus, A. GENERE. Taberna No-
na plebeia in
foro structa
ab Ædilibus
 » MAGISTRATVS. EAS. ENIM. FACIENDAS. CVRAVERVNT. M. IVNIVS. BRVTVS. Q. OP- plebis ex
multa pe-
cuniariorum.
 » PIVS, ÆDILES. PLEBIS. Hæc ipsa Pompeij Festi antiqua verba, quæ nobis sunt adhuc
 » residua, literis maiusculis in eum finem, amice Lector, descripsi, vti facilius ab interpolatis
 » dignoscerentur.

Tribuni plebis.

» Q. Ælius * L. f. C. n * Tubero. Ex S. C. tulit ad plebem, plebesque sciuit; Vti Lex Ælia de
colonis.
 » Latinæ duæ coloniz, vna in Bruttios, altera in Thurinum agrum deduceretur. Atque
 » his deducendis IIII. viri crearentur, quibus in triennium imperium esset: Liuius lib. xxxiv.

» // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 » // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 » // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 » // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 » // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

C. Liuius. M. f. M. n. Salinator M. Tuccius. // . f. // . nepos.
 L. Aurunculeius. // . f. // . n. * Cotta * A. Atilius * C. f. C. n * Serranus.
 Q. Sallonijs * C. f. C. n * Sarra. M. Bæbius * Q. f. Cn. n Tamphilus.
 [C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus] [Q. Lutatius. C. f. C. n. Catulus]
 P. Popillius. P. f. P. n. Lænas. Duorum Consularium Popilliorum frater, qui
 » ordine suo sequetur. Hunc cum M. Lænate fratre suo IIII. virum coloniz Pisas dedu-
 » cendæ anno DLXXXIII. dicit fuisse Liuius lib. XL. Nec alios eius magistratus inuenio.

Quæstores. vr bani.

» // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores. prouinciales

» // . // . // . f. // . n. P. Scipionis Cos. } in Italia.
 L. Postumius * L. f. * // . n. Tumpanus. Ti. Longi Cos. } & Gallia.
 » in prælio occisus est. Cum enim castra Ti. Longi Cos. in agro Gallico acriter à duabus
 » portis principalibus oppugnarentur à Boiis, atque per tertiam portam Quæstoriam irru-
 » pissent hostes intra vallum; resistentes pertinacius, Quæstorem Postumium, sic M. Ati-
 » nium ac P. Sempronium Præfectos socium cum ducentis ferè militibus occiderunt,
 » prius.

priusquam à Consule præsidium ad expellendos hostes, castraque ab ea parte recuperanda mitti posset: Liius lib. xxxiv.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Cn. Merendæ Pr. in Sardinia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Sex. Digitij Pr. in Hisp. citer.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Naficæ Pr. in Hisp. vltter.

///. ///. ///. f. ///. n. ///.* Lucerinus.

Ap. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. Quis sic profertur Consul in Capitolinis marmoribus. quare perperam P. Claudius in Liianis exemplaribus quibusdam legitur eius nomen: quo fit, vt duorum fratrum magistratus & res gestæ, Appij scilicet & Publij, in illa historia confundantur. Ambo fuere filij Ap. Claudij illius qui ante Capuam anno DCLII. Procos. ex vulnere deceffit.

P. Sulpicius * P. f. Ser. n * Galba. Ædilem curulem hunc adfert Liius Opinor filium fuisse P. Galbæ Consularis, qui cum Philippo Macedonum rege bellum gessit.

P. Sempronius * P. f. Ti. n * Gracchus. Quinto post anno Tribunus plebis. Patrem habuisse videtur P. Gracchum Ti. Gracchi anno DXX. Consulis filium: fratremque Ti. Gracchum P. Africani generum, cuius mox item magistratus sequentur. Horum verò patruus fuit Ti. Gracchus bis Cos. qui ab hospite Lucano proditus, à Pœnis per insidias occisus est, sicut ex Capitolinis tabulis colligimus.

C. Sempronius. ///. f. ///. n. Rutilus. Cum P. Graccho Tribunus plebis adfertur à Liiuo.

Q. Terentius * Q. f. * ///. n. Culeo. Cuius Tribuni plebis rogatio de ciuitate Romana sequetur ex Plutarcho. Filius videtur fuisse Q. Culeonis Prætorij, quem legatum scribit Liius, anno DXXXVI. missum fuisse ad C. Flaminium Cos. Romam reuocandum. Hic autem Senator Prætoria familia natus, vt Val. Max. libro v. cap. 11. quoque testatur, à Pœnis captus, & à P. Scipione Africano, deuictis Pœnis, liberatus, postea Tribunus plebis & Prætor etiam fuit, & bis repulsam in Consulatus petitione passus est, vt ex Liiuo & sequentibus patebit. Sed corruptum eius prænomen est in Plutarchi apophthegmatibus, vbi male L. Terentius vocatur. Quòd in Senatuum lectus fuerit ante Quæsturam ac magistratus gestos in illa curiæ & ordinis Senatorij solitudine post cladem Cannensem à M. Fabio Buteone Dictatore, ex iis qui spolia domi ex hoste fixa habebant, aut ciuicam coronam accepissent, fit verisimile. Nam eius conditionis plures tunc in Senatuum lectos fuisse tradit Liius libro XXI. II.

C. Decimus. ///. f. ///. n. Flauus. Prætor apud Liiuum reperitur lib. xxxix. Et eundem Tribunum militum adfert lib. xxv. II.

C. Atilius * M. f. C. n * Serranus. Cuius Prætura sequetur.

Prouinciæ.

L. Valerius P. f. L. n. Flaccus. Procos. Galliam. obtinuit. Cum Insubribus & Boiis Gallis, qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi fuerant, circa Mediolanum signis collatis depugnauit, decem milia hostium occidit: Liius libro xxxiv. Meminit item Orosius lib. iv. cap. xx. sed prælij ducem L. Flaccum Procos. non nominat.

M. Porcius M. f. Cato. Procos. Hispaniam. citeriorem. in. aduentum. successoris. obtinuit. Pacata prouincia, ex ferrariis argentariisque vectigalia magna instituit, quibus locupletior indies prouincia facta est. Ex S. C. deinde exercitum suum in Italiam deportauit, ac Romam ad triumphum rediit: Liius, Plutarchus in eius vita.

T. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Procos. Macedoniam. ac. Græciam. obtinuit. Veris initio Græcarum ciuitatum omnium conuentu Corinthum indicto legationes excepit, & est allocutus, & se prælidia militum Elatia, Acrocorintho, Demetriade, Chalcide, ceterisque ex locis intra decimum diem deducere velle declarauit, atque omnem Romanum exercitum in Italiam deportare. Monuit igitur ciuitates, vt libertatem Romanis armis partam, atque ipsis Romana fide redditam sua cura moderationeque sic custodirent, vt populus Rom. dignis datam libertatem, ac munus hoc suum bene positum sciret. Demum ab iis petiit, vt tibi ciues Romanos, si qui apud eos in seruitute essent, conquisitos redderent liberos, & ad se in Thessaliam mitterent. Omnes acclamarunt, & gratias egerunt, quòd admoniti essent, vt tam pio necessarioque fungerentur officio. Restitutus itaque in libertatem ingens Romanorum numerus bello Punico captorum, quos Annibal, cum à suis non redimerentur, venum dederat. Multitudinis eorum argu-

Senator à Pœnicaptus, ab Africano Pœnis subrogatus liberatus. Lectus in Senatum ante Quæsturam ac magistratus gestos extra ordinem Dictatoris.

Victoria L. Flacci Procos. de Boiis & Insubribus.

Vectigalia noua à M. Cato ne Hispanis imposita.

Conuentus Corinthi Græcarum ciuitatum. Reapse liberantur Græcorum ciuitates.

T. Quinctio rediuntur liberi ciues Romanos omnes bello Pœnico capti, & per Græciam à Pœnis venum Acti.

argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis solis stetit, cum quingenos denarios, pretium in capita quod redderetur dominis, statuisset. Constitutus deinde rebus, & reformato Thessaliæ statu, T. Quinctius Procos. ex S. C. exercitum in Italiam transportauit, atque Romam ad triumphum profectus est. Vide Liuium lib. xxxiv. Plutarchum in eius vita, & Zonaram.

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Leg. Propr. classem atque oram Græciæ maritumam obtinuit. Iussus à fratre T. Quinctio Procos. naues onerarias ex omni ora Græciæ contraxit Oricum, atque inde exercitum transportauit Brundisium in Italiam: Liuius.

Proquæstorib. f. fuère.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. L. Flacci. Procos. in Gallia
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. M. Catonis. Procos. in Hisp. citer.
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. T. Quinctij. Procos. in Græcia.
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Cn. Blasionis Procos. in. Sicilia.
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus.
 C. Sempronius * Cn. f. C. n * Blæsus M. Furius. ///. f. ///. n. Crassipes.
 C. Sallonius * C. f. Q. n. Sarra * C. Calpurnius. C. f. C. n. Piso.
 C. Afranius. ///. f. ///. n. Stello. Q. Næuius. ///. f. ///. n. Matho.
 M. Porcius. M. f. Cato. Procos. ann. DLIX.
 ex. Hispania. citeriore. ///. ///. ///.

M. Porcius Cato Procos. domitis rebellibus, & oppidis quadringentis in potestate re-
 ductis, vt non falsò se plura oppida cepisse, quàm dies in Hispania egisse iactarit, cum ex-
 ercitu Romam reuersus, ex S. C. triumphauit. Tulit in eo triumpho argenti infecti pon-
 do xxv. milia, bigati cxxiiii. ∞. Oscensis dxxl. Auri pondo mille cd. Militibus ex præ-
 da diuisit quadringenta milia; in singulos ducenos septuagenos æris, triplex equiti. Ita
 Liuius de Catonis triumpho. Plutarchus autem militibus viritim singulas argenti libras
 diuisisse Catonem scribit ex Hispaniensi præda; & illud adiecisse, Melius esse multos ex
 Romanis argentum, quàm paucos aurum habentes in urbem reuerti: Meminit item
 huius triumphii Cornelius Nepos in vita Catonis.

cccc. oppi-
 da à Catone
 capta.
 Argentum
 aurum in
 triumpho
 translatum à
 M. Catone.
 Militibus vi-
 ritim argenti
 libram dedis-
 se.

T. Quinctius T. f. L. n. anno. DLIX.

Procos. ex Macedonia. de rege. Philippo. per
 triduum. ///. ///. ///. ///. ///.

Philippo rege in Macedoniam suam compulso, Nabidis tyrannide conuassata & ener-
 uata, Græcia in libertatem vindicata, & suis legibus restituta, hoc anno T. Quinctius
 Procos. deductis passim è Græcia prædidiis, exercitum Brundisium traiecit, atque inde
 per Italiam propè triumphantis specie Romam peruenit. Senatus illi datus extra urbem,
 triumphusque libenter ab omnibus decretus. Triumphauit per triduum, sed quibus
 diebus, non reperio. Ex Liuiò tamen facile colligo, anni huius exitu id contigisse, iam
 designatis in annum sequentem nouis Consulibus. Cùm enim proximis deinde comitiis
 fratrem candidatum Consulatus inter plures alios competitores Quinctius deduceret,
 annus ab eius triumpho nondum erat exactus: vt Liuius lib. xxxv. declarat, vbi comitia

Triumphus
 triduo duras.

dicta pulchrè describit. ait enim: Gloria Quinctij recentior, vt qui eo anno triumphaf-
 set. Ceterum T. Quinctius die triumphii primo, arma & exuuias, vtpote sarissas, cassi-
 des Græcas, peltas Macedonicas, signaque ærea & marmorea quàm plurima Philippo
 adempta transtulit. Celeberrimum inter ea signum fuit Iouis Imperatoris, auctore Cice-
 rone Verrinarum sexta, quod Quinctius in Capitolio consecrauit. Secundo die aurum
 & argentum translatum; auri pondo erant ∞. ∞. ∞. dccciv. & clypeum vnum ex
 auro totum, & Philippi nummi aurei xiiii. ∞. dxiiii. præterè mille talenta Phi-
 lippi tributum. Argenti infecti erant xviiii. ∞. pondo & cclxx. Facti verò, vasa multa
 omnis generis, cæolata pleraque eximie artis, & ex ære multa fabrefacta. Clypea ad hæc
 argentea decem: signati argenti summa erat lxxxiv. milia Atticorum. Atticum, tetra-
 dragmam vocant trium ferè denariorum pondere. Tertio die coronæ aureæ transla-
 tæ cxiv. dona ciuitatum, hostiæque ductæ, & ante currum multi nobiles captiui & obfi-
 des, inter quos Demetrius regis Philippi filius, & Armenes Nabidis tyranni. Ipse deinde
 Quinctius in urbem est inuectus; milites sequuti currum frequentes: his duceni quin-
 quageni æris diuisi in pedites, duplex centurioni, triplex equiti. Præbuerunt non mini-
 mam speciem triumpho capitibus rasis pileati, seruitute exempti: quos per Italiam ca-

Primi diei
 pompa.

Secundi pom-
 pa.
 Auri & ar-
 genti man-
 uialis summa
 magna.

Tertij pompa.

Obsides regni
 filij in trium-
 pho ducti.
 Milium
 prima
 Cuius pilea-
 toru ∞. ∞.

ptos bello Punico venales in Græciam miserat Annibal, & ciuitates petenti Quinctio passim conquisitos, & à dominis redemptos reddiderant. Illi omnes ingenti turba (duo namque milia erant) Quinctium triumphantem sequuti sunt. Hæc ex Liuij lib. xxxiv. Plutarcho, Eutropio, & Val. Maximo lib. v. cap. ii. Meminit triumphi etiam Cicero pro Muræna.

ANNI P. R. C. DLX.

Consules.

L. CORNELIVS. L. F. // N. Q. MINVCIVS. Q. F. L. N.

MERVLA.

THERMVS.

EOSDEM Coss. sic nominant Liuius, Cassiodorus, & Frontinus in stratagemati- bus. Æmilius autem Probus in Annibalis vita L. Cornelium & Q. Minucium addu- cit. Tabulæ autem Græcæ nostræ, & illæ Cuspiniani, Merulam & Thermum proferunt.

*Provincia
magistrati-
bus decreta,
& exercitus
ordinati.*

L. Cornelius Cos. Galliam, Q. Minucius Ligures fortiti sunt. Mox Ligurum repen- tino motu nuntiato, ex auctoritate Patrum Minucius duas confestim vrbanas legiones Arretium misit, & duas nouas conscripsit, quindecimque milia peditum, quingentos equites ex focis ac Latini nominis. M. Fulvio & C. Flaminio Prætoribus in supple- mentum Hispaniarum terna milia Rom. peditum, & centeni equites; item quina milia socium ac Latini nominis, & duceni equites decreti; mandatumque, vt veteres dimitte- rent milites, cum in prouinciam venissent: Liuius lib. xxxiv.

*Legationes
audite.
Antiochi re-
gis legatis
quid respon-
sum.
Victoria de
Gallis Boijs
magna, sed
non incremen-
ta.
Q. Minucij
Cos. res.*

Ligures & Boij Galli rebellarunt. Legationes ciuitatum Græciæ atque Asiæ sunt au- ditæ, itemq; Antiochi regis societatem ac amicitiam petentis. Cui responsum, omni Eu- ropa ipsi abstinentum esse. Et si in finibus Asiæ rex se non contineat, ius fore Romanis, Asiæ ciuitatum amicitias tueri quas habeant, & nouas complecti. L. Cornelius Cos. Boios Gallos ad Mutinam magno sed non incruento prælio vicit, quatuordecim mili- bus hostium cæsis, captis mille nongentis duobus, equitibus ccxxi. cum ducibus Gal- lorum tribus, signis militaribus ducentis duodecim, carpentis centum duobus. Romanorum cecidere supra quinq; milia, in quibus Centuriones xxii. Præfeti socium quatuor, Tribuni militum duo. Alter Consul Minucius Pisis obsidione liberatis, nihil aliud quàm leuibus præliis Ligures compefcendo, sociorum agros à populationibus tutabatur. Extre- mo anni in castris oppugnatus ægrè se defendit, deinde in saltu circumfessus ab hostibus, stratagemate ac virtute auxiliariorum Numidarum equitum liberatus est. Nabis Sparta- norum tyrannus Ætolorum impulsu rebellare cœpit; maritima loca à Romanis adem- pta recuperare conatus Gythæum obsedit. Vide de his Liuium lib. xxxiv. & xxxv. Fron- tinum in stratagematibus lib. i. Zonaram, & alios.

*Nabis Spar-
tanorum ty-
rannus, & Æ-
zoli ad rebel-
lionem spe-
ciant.*

Prætores.

C. Scribonius. // f. // n. Curio. Maximus. Vrbanam iurisdictionem for- titus obtinuit. Legationes ciuitatum Græciæ atque Asiæ, quæque ab Regibus vene- nerant, in Senatum introduxit: quibus omnibus benignè responsum fuit. Antiochi le- gatos T. Quinctius cum legatis decem qui in Græcia fuerant, audire iussus est. Ex S. C. Prætor, cum instarent comitia, duos ordinis Senatorij legatos ad L. Cornelium Cos. misit, qui litteras collegæ ad Senatum missas deferrent, nuntiarentque, ni ipse ad magi- stratus subrogandos Romam veniret, potius quàm Q. Minucius à bello integro auoca- retur, interregnum iniri passurum Senatum. Missi legati nuntiarunt reuersi, L. Corne- lium ad magistratus subrogandos Romam venturum: Liuius lib. xxxiv. fine, & sequen- tis exordio.

*Prætor urba-
nus euocauit
L. Cornelium
Cos. & Gallijs
Romam ad
habenda co-
mitia.*

M. Valerius. M. f. M. n. Messalla. Iurisdictionem inter ciues & peregrinos for- titus obtinuit: Liuius xxxiv.

L. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui. postea Asiaticus appellatus est. Siciliam fortitus. cum. vetere. exercitu. obtinuit: Liuius.

L. Porcius. L. f. M. n. Licinus. Sardiniam. fortitus. cum. vetere. exercitu. obtinuit: Liuius. xxxiv.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit. Præter supplementum à Senatu decretum, tumultuarios delectus, antequam in prouin- ciam

ciam veniret, in Sicilia & Africa habuit. Cumque his copiis in Hispaniam veniens, oppidum Illucium in Oretanis cepit; deinde in hiberna militibus deductis, præter leuia prælia vario euentu, nec sine militum iactura, nil memoria dignum fecit: Livijs lib. xxxv. Orofius lib. iv. cap. xx.

C. Flamini res gesta in Hisp. cetero.

M. Fulvius. M. f. Ser. n. Nobilior. Hispaniam vltiorem fortitus obtinuit. Apud Toletum oppidum Vacceos, Vectones, & Celtiberos ingenti prælio fudit fugavitque, regem Hilermum viuum cepit: Livijs & Orofius.

M. Fulvii victoria in Hisp. vltiore. Hilermus rex captus.

Ædiles curules.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. L. Æmilius. L. f. M. n. Paullus. Ambo in tabulis Capitolinis postea Coss. sic leguntur, magni quippe nominis, ac celebres viri fuere. Lepidus enim Pontifex Max. bis Cos. & Censor est factus. Paullus fuit L. Paulli, qui ad Cannas cecidit, filius, regem Persen devicit, ac de illo splendidissime triumphavit. Plutarchus in eius vita nobis insinuat, Quæsturam ipsum non petiisse, nec gessisse. Ait enim Æmilium Paullum hunc è magistratibus Romæ primùm petiisse nobilem Ædilitatem, (curulem intelligo, quam solam nobiles patricij petebant) & in ea duodecim competitoribus prælatum fuisse, quos omnes tamen postea Consules factos ferunt, vt ibidem asserit. Sed valde miror, tot simul patricios vnum Ædilitatis locum petiisse, qui omnes deinde ad Consulatum peruenere, si verum Plutarchus. Sed quia paradoxum quid, & ab annali lege videtur hoc alienum; non potest non mihi suspectus videri Plutarchi locus iste, in quo fortasse numerus per notas scriptus olim librarios exscriptores fefellit. Ceterùm hæc duorum Æmiliorum Ædilitas, Livijs teste, fuit insignis. Multos pecuarios damnarunt, & ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio adis Iouis posuerunt. Porticum vnam extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adiecto; alteram à porta Fontinali ad Martis aram, qua in campum iter esset, perduxerunt: Livijs lib. xxxiv. & xxxix. fine, in L. Paulli Consulatu, hos duos simul Ædiles curules fuisse repetit.

Plutarchi locus suspectus.

Pecuarij multi danati. Porticus Roma ex multis duæ.

Ædiles plebis.

L. Oppius. // f. // n. Salinator. Livijs in anni sequentis historia declarat, Ædilem plebis hoc anno fuisse, vt tum dicemus.

//. // f. // n. //

M. Iunius. M. f. L. n. Brutus.

Tribuni plebis.

Cùm eos adissent vrbanaurum legionum plures milites, vti causas cognoscerent eorum quibus aut emerita stipendia, aut morbus causæ essent quò minùs militarent: decrevit Senatus, ob Ligurum Gallorumque nouas rebelliones nuntiatas, tumultum esse: igitur non placere Tribunos plebis causas militares cognoscere, quo minùs ad edictum Consulibus conueniretur. Adiectum est S. C. vt socij nominis Latini, qui in exercitu P. Cornelij & Ti. Sempronij fuissent, & dimissi ab iis Consulibus essent, ad quam diem, quemque locum Etruriæ L. Cornelius Cos. edixisset, conuenirent. Vtique Consul idem in prouinciam proficiscens ex oppidis agrisque, quos ei videretur, milites scriberet, armaretque & secum duceret; dimittendique ei quos eorum, & quando vellet, ius esset: Livijs lib. xxxiv.

Tribuni plebis Senatus auctoritati non intercedunt.

Tumultus ob Ligurum & Gallorum motus à Senatu decretus. Ex S. C. militares: missioes in arbitrio imperatorum manent.

Sempronius lex sanebris contra fratres.

M. Sempronius. M. f. C. n. Tuditanus. Ex auctoritate Patrum legem fœneralem tulit, vt cum sociis ac nomine Latino ius idem pecuniæ creditæ, quod cum ciuibus Romanis esset. Cùm enim pluribus legibus constricta avaritia grassari aperte non auderet, viam fraudis hanc inuenit, vt nomina in socios, qui legibus ciuium non tenebantur, transcriberet, atque ita libero fœnore debitores obrueret. Cui fraudi hac lege Sempronius fuit occursum: Livijs lib. xxxv.

M. Titinius * M. f. C * nepos. C. Titinius * C. f. C * nepos. Relationi L. Cornelij de triumpho supplicationeque propter victoriam de Gallis suam decernenda in Senatu intercesserunt: Livijs. Sed in quibusdam exemplaribus pro Titinijs habentur duo Licinij. Quòd si rectè, videntur duo Luculli fuisse: quorum Marcus postea Prætor, Caius III. vir Epulo prius, & anno sequenti II. vir à Livijs recensetur.

//. // f. // n. // . // . // . // f. // n. //
 // . // f. // n. // . // . // . // f. // n. //

//. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

M. Licinius. // . f. // . n. C. Licinius // . f. // . n.

Lucullus

Lucullus

Cn. Fuluius * Cn. f. M. n. Flaccus * L. Plautius * P. f. C. n * Hupsæus
 L. Iuuentius * T. f * // . n. Thalna. Frater videtur T. Iuuentij Thalnæ, qui postea
 Prætor. Hunc legatum in Hispania C. Calpurnij Prætoris fuisse, Liuius lib. xxxix.
 dicit.

[C. Antiftius. L. f. M. nepos] [L. Poblucius. L. f. // n. Bibulus]

Quæstores vrbanî.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . L. Merulæ. Cos. in. Gallia.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Thermi. Cos. in. Luguria.

// . // . // . f. // . n. // . L. Scipionis. Pr. in. Sicilia.

// . // . // . f. // . n. // . L. Licini. Pr. in. Sardinia.

// . // . // . f. // . n. // . C. Flaminij. Pr. in. Hisp. citer.

// . // . // . f. // . n. // . M. Fuluij Pr. in. Hisp. vlter.

C. Valerius. C. f. // . n. Tappus. Frater L. Valerij Tappi Prætorij, sicut ex Li-
 uio colligimus. Et hic Tribunus plebis postea rogationem de trium municipiorum suf-
 fragij latione pertulit, quemadmodum suo loco dicemus.

Ser. Sulpicius * Ser. f. Ser. n. * Galba. Qui Prætor vrbanus sequitur apud Li-
 uium. Poterit videri filius Ser. Galbæ Pontificis, qui Ædilitius inter legatos fuit Magnæ
 Matris aduehendæ caussa in Asiam missos. Et mortuus est anno DLIV. vt auctor est
 Liuius.

P. Cornelius * P. f. P. n * Sulla. Prætozem Siciliæ nominat hunc Liuius li-
 bro xxxix. Filium suspicor fuisse P. Rufini, qui Prætor anno DXLI. fuit, & ludos Apolli-
 nares primus faciens ex libris Sibullinis, cognomine Sulla, quasi Sibulla fuit dictus. Hunc
 igitur auum L. Sullæ Dictatoris fuisse Velleius indicat.

L. Quinctius * T. f. T. n * Crispinus. T. Crispini, qui in Consulatu cum suo col-
 lega M. Marcello ab Annibale circumuentus perijt, filius videri poterit. Hic post Præ-
 turam ex Hispania vlteriore triumphauit, vt postea constabit.

M. Claudius. // . f. // . n. Marcellinus. Quem Prætozem nobis adfert Liuius.
 Eius autem cognominis hunc primum reperiō. Huius fortè denarius argenteus est in
 honorem familiæ cusus, in quam adoptatus videtur fuisse: qui repræsentat M. Marcellum
 quinq; Consulem opima spolia Ioui Feretrio consecrantem. Cuius mentionem in
 Marcelli dicti triumpho de Insubribus & Germanis fecimus.

*Marcellini
 argenteus de
 M. Marcelli
 spolijs opimis.*

P. Sempronius * P. f. C. n * Longus. Et hunc Prætozem fuisse, suo loco doce-
 bimus.

L. Postumius * T. f. * Tumpanus. Sequetur Prætor. Apparet ex cognomine,
 quod ex plebeis Postumiis fuerit.

Cn. Sicinius * C. f. Cn * nepos. Hunc Ædilem, Prætozem, & III. virum colo-
 niæ deducendæ profert Liuius.

Prouinciæ prorogata.

Ti Sempronius. Ti f. C. n. Longus. Procos. prorogato imperio Galliam obti-
 nuit. Adueniente L. Cornelio Cos. legatus, non tamen sine imperio remansit, vt aperte
 Liuius his verbis, vbi de L. Cornelio Romam reuerso ac triumphum petente: Cùm
 etiam verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quàm legato. An-
 tea quidem legatum Consularem appellat. Collegæ autem P. Scipioni prorogatum mi-
 nime imperium fuisse constat, sed exitu Consulatus Romam ad comitia rediisse: egisseq;
 eum in Senatu, Cornelius Nepos in vita Catonis auctor est, vt Catoni in Hispania pro-
 uincia succederet. Qua re non obtenta, priuatus, inquit, in vrbe remansit. Ti. Sempro-
 nius

*P. Africanus
 post Consula-
 tum è prouin-
 cia reuersus
 Hispaniam
 citiorem
 affectat.*

nus Procos. anni initio Senatū certiore fecit, Ligurū xv. milia in agrum Placentinū irrupisse, & vsque ad ipsa coloniarū mœnia, & Padi ripas cum cædibus & incendiis populosos esse. Boiorū quoque gentem ad rebellionem spectare. Quibus litteris acceptis, Senatus tumultum decreuit, atq; militares missiones arbitrio L. Cornelij Cos. commisit. Cū Consul aduenisset, in prælio contra Gallos Sempronius sinistra fociorū equitū alæ atque extraordinariis cum M. Marcello Consulari legato præfuit: Liuius lib. xxxiv. & xxxv.

Ligurum rebellio.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Nasica. Propr. Hispaniam vteriore obtrunxit. Lusitanos peruasata vteriori prouincia cum ingenti præda domum redeuntē aggressus, longo & dubio prælio vicit, in quo discrimine Ioui ludos vouit. Ad xii. hostium milia occidit. DLX. equites ferè omnes cum signis militaribus cxxxiv. cepit, prædam omnem recuperatam à dominis recognitam reddidit: Liuius lib. xxxv. Orosius lib. iv. cap. xx. Eodem anno M. Fuluius successori prouincia tradita, Romam reuersus, in petitione Consulatus repulsam est passus: Liuius ibidem.

Lusitani vlti prælio grati, prædam magna recepta.

Pro Quæstorib. f. fuere.

Post victoriam de Lusitanis Propr. iussu prædam captam omnem ante Illipæ mœnia exposuit, dominis, quibus ablata fuerat, suas res cognoscendi atque recipiendi potestatem fecit. Reliquam sub hasta vendidit, pecuniamque ex ea coactam militi victori diuisit: Liuius xxxv.

Præda ab hostibus victis recuperata iuxta diuisio.

- Calenus. Ostiens.
- * Lucrinus. *
- Flauus. Q. Næuius. Matho.
- Stellio. C. Atilius * M. f. C. n * Serranus.

ANNI P. R. C. DLXI.

Consules.

L. QVINCTIVS. T. F. L. N. CN. DOMITIVS. L. F. L. N. FLAMINIVS. AHENOBARBVVS.

Quinctium & Cn. Domitium Ahenobarbum Coss. in hunc annum suggerunt item Liuius, Cassiodorus, & Marianus: tabule Sicule Græcæ Flamininum & Leobarbū habent. Nec malè: semigræca scilicet compositione Latij cognominis. Idem enim est, Ἀἰνὸβαρβός, quod Ahenobarbus. Sed error est in Flaminino, quem Consulem iterum proferunt, putantes T. Quinctium esse, non eius fratrem Lucium. Inter septem candidatos hi duo prælati sunt, præteritis quinque, magnis licet & potentibus viris. Qui fuere, P. Scipio Nasica vir optimus à Senatu iudicatus, Cn. Manlius Volfo, C. Lælius, C. Liuius Salinator, M. Acilius Glabrio. Omnes tamen postea Consulatum adepti sunt.

Ἀἰνὸβαρβός, & Ahenobarbus idem. Quinam illustres repulsam in hac petitione sunt passi.

Consulibus ambobus Italia prouincia decreta est, ita vt inter se compararent, sortirentur vter comitiis eius anni præfesset, atque in Italia maneret: alter vt paratus esset, si quò extra Italiam legiones ducere opus esset. Huic permissum vt duas legiones scriberet nouas, & fociū ac Latini nominis xx. milia, & equites dccc. Alter Cos. duas legiones acciperet, quas L. Cornelius Cos. habuisset, & fociū ac Latini nominis ex eodem exercitu peditum xv. milia, equites quingentos. Consules fortiti, L. Quinctio Gallia, Cn. Domitio extra Italiam quò Senatus censuisset, prouinciæ euenerunt. Q. Minucio cum exercitu quem in Liguribus habebat, prorogatum est imperium: additum in supplementum, vt quatuor milia peditum Romanorum scriberentur, & centum quinquaginta equites, & focii eodem, quinque milia peditum, ccl. equites imperarentur. Flaminio Fuluioque in Hispaniis prorogatum imperium: quique eas fortiti fuerant, M. Bæbio & A. Atilio Prætoribus, Senatusconsulto ac Plebiscito permutatæ sunt prouinciæ. Quo quidem anno videtur lex Bæbia ab ipso hoc M. Bæbio Præto ex Senatus auctoritate lata, quæ iubebat alternis annis quatuor tantum Prætores creare, cuius Liuius libro xli. mentionem facit. In locum Hispaniarum A. Atilio classis & Macedonia, M. Bæbio Brutitij decreti, de quorum exercitibus seorsim dicemus. Prætoribus autem Fuluius & Scribonio, quibus, vt ius dicerent, Roma prouincia erat, negotium datum, vt præter eam classem cui

Prouincia exercitus decernuntur magistratibus. Consulatis vna prouincia referuatur in euentum noui belli. Ex S. C. & populi iussu Hispaniarum nouis Prætoribus permutantur prouincia. Bæbia lex de Prætorum alternando numero.

Navalis apparatus ad nouum bellum. Tiberis inundatis infestus impetus urbi & agris magna damna fecit. Prodigia procurantur. Bos Latine loquitur. In Latio cecatrix obducta sita detegitur, ac laugatur.

cui Atilius praefuturus erat, centum quinquere mes pararent. Hic apparatus bellicus huius anni contra Nabidem aliosque hostiles motus ex S. C. factus est: Liuius lib. xxxv.

Tiberis inundatione magna infusus urbi, duos pontes, aedificiaque multa euertit, & in agris passim villarum pecorumque stragem ingentem fecit. Insuper varia nuntiabantur prodigia, & inter ea, quod maxime terrebat, Consulis Domitij bouem locutum esse, ROMA. CAVE. TIBI. Ceterorum prodigiorum causa supplicatio decreta est, habenda priusquam Cos. Praetoresque in prouincias proficiscerentur. Bouem vero cum cura seruari aliisque Aruspices iusserunt, ut memorat Liuius lib. xxxv. Sed mendum vetus haud dubie latet ibidem in eius codicibus haecenus non animaduersum, tam in dicti libri epitoma, quam in ipsa historia: quod primum mihi ex paucis manuscriptis epitomarum pagellis occurrit: quas olim humanissimus atque doctissimus Iacobus Susius mihi communicauit. Nam ubi in vulgatis epitomis librariorum errore de prodigijs annotata sunt haec ex Liuij xxxv. Inter ea prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bouem Cn. Domitio Cos. locutum, ROMA. CAVE. TIBI. refertur: in dictis pagellis eadem mea sententia rectius ita legitur: Inter cetera prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bouem Cn. Domitij Cos. locutum, ROMA. CAVE. TIBI. refertur. E quibus elucet clare, quod prius obscurum fuit: bouem illum prodigiose loquacem non alterius, quam Cn. Domitij Cos. fuisse. Quod ex Liuij quoque verbis in ipsa historia, licet errore non dissimili deprauatis, si bene considerentur, aequè deprehendimus. Quae cum in vulgatis libris sic extant: Et (quod maxime terrebat Cos. Cn. Domitium) bouem locutum, ROMA. CAVE. TIBI. profecto sic contractiore parenthesi distinguere, & corrigere non dubito: Et, (quod maxime terrebat) Cos. Cn. Domitij bouem locutum, ROMA. CAVE. TIBI. Non enim solum Consulem, sed totam Romam terrebat, ipsius maxime Consulibus bouem minacia haec verba protulisse, sicut Liuius paucis illis verbis recte declarat.

Consulum in Galliam expeditio. Noui bellorum motus in Asia & Graecia.

Philopæmen Arcas Achæorum imperator.

Ætoli declarant se Romanorum hostes.

Nabis ad generum Cereris non sicca morte decedit.

Prædones insidæ pœnas pendunt.

Bonis loquacis prodigium Roma sentit.

Consules quando nihil adhuc belli ab Antiocho instaret, proficisci ambos in Galliam prouinciam placuit: qui diuersis agminibus Ligurum ac Boiorum agros late peruastarunt, ad mille quingentos ex primoribus Boiorum transfugere, ac se dedere coegerunt. Attalus Eumenis Asiæ Regis frater Romam venit, nuntiauitque Antiochum regem Hellepontum cum exercitu transisse, & ita se parare Ætolos, ut sub aduentum eius in armis essent. Nabis Spartanorum tyrannus, expugnato Gythæo, Achæorum agros vastauit: sed à Philopæmene eorum Praetore bis terve prælio fractus, in urbem Lacedæmona repulsus est. Ætoli Romanæ societati & amicitiae in præsentia legatorum Rom. publico decreto renuntiarunt, Demetriadem occuparunt, Lacedæmona tentantes; Nabidem tyrannum extra urbem per speciem amicitiae protractum in insidias trucidarunt. A ciuibus autem in urbem admissi tamquam libertatis restitutores, dum velut hostes ad prædam passim discurrunt, omnes cum ipso duce vagos per urbem Spartani armis arreptis partim occiderunt, partim expulerunt. Philopæmen occasione vsus, profectus Lacedæmonem, euocatis principibus, oratione moderata persuasit, effecitque ut ea Resp. libertate recuperata, societati Achæorum sese adiungeret. Vibonem eodem anno deducta colonia. Terræmotus per duodequadraginta dies continuos urbem terruit, ac sollicitam tenuit: accessit insuper incendij clades a Foro boario orti, quo diem noctemque aedificia in Tiberim versa, tabernæque omnes, cum magni pretij mercibus conflagrarunt. Omnia diffuse Liuius lib. xxxv. Plutarchus in Quintio, & Philopæmene, Zonaras, Orosius, Iustinus, & alij.

Prætores.

Sicilia munitur praesidijs.

L. Quinctius Cos. et vocatur ad habenda comitia.

* Cn. * Fuluius * Cn. f. Cn. n * Centumalus. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Ex S. C. classem nauium triginta L. Oppio duce misit ad tuendam Siciliae oram maritimam; & L. Valerio collegæ scripsit, periculum esse, ne classis regis Antiochi ex Ætolia in Siciliam trajiceret: placere itaque Senatui, ut ad eum exercitum quem haberet, tumultuorum militum XII. milia, & quadringentos equites scriberet, quibus oram prouinciæ, quæ vergeret in Græciam, tueri posset. Cum alij atque alij nuntij bellum instare adferrent, ad rem pertinere visum, Consules primo quoque tempore creari. Ex S. C. igitur Fuluius Praetor ad Consulem L. Quinctium scripsit, Senatui placere, prouincia exercituque tradito legatis, Romam venire eum, & ex itinere præmittere edictum, quo comitia Consulibus creandis ediceret. Paruit his litteris Consul, & præmissis edicto Romam ad comitia venit: Liuius lib. xxxv.

L. Scribonius * L. f. * // . n. Libo. Peregrinam iurisdictionem sortitus obtinuit: Liuius lib. xxxv.

L. Valerius. C. f. // n. Tappus. Siciliam fortitus cum vetere exercitu obtinuit. Ad quem ex auctoritate Senatus, delectu non ex ipsa tantum Sicilia sed etiam ex circumiacentibus insulis habito, tum multariorum militum ad XII. milia peditum, & quadringentos equites conscripsit; quibus oram prouinciae, oppidaque maritima omnia, quae in Graeciam erant versa, praesidiis firmavit: L. Iulius ibidem.

Q. Sallonius * C. f. C. n. * Sarra. Sardiniam fortitus cum vetere exercitu obtinuit: L. Iulius.

M. Baebius. Q. f. Cn. n. Tamphilus. Hispaniam citeriorem fortitus, ex S. C. Plebiscitoque Bruttios obtinuit cum duabus legionibus, quae urbanae priore anno fuerant, & socium xv. milibus peditum, & quingentis equitibus. Iussus imprimis ad Tarentum & Brundisium promouere legiones, atque inde cum omnibus copiis trajicere in Epirum, & circa Apolloniam copias continere: L. Iulius, Zonaras Annalium secundo, & Appianus in Syriaca.

Prator M. Baebius cum exercitu in Epyro.

A. Atilius. C. f. C. n. Serranus. Hispaniam vltiorem fortitus ex S. C. Plebiscitoque classem & oram maritimam Graeciae obtinuit cum xxx. quinquere milibus nouis, aliiisque veteribus nauibus. Addidere Consules ex S. C. duo milia socium ac Latini nominis, & mille pedites Romanos: cumque ea classe in Graeciam missus aduersus Nabidem tyrannum, socis opem ferre iussus est. At Nabide occiso, Gytheum in potestatem redegit: L. Iulius & Zonara s.

Classis subsidiaria Graeciae.

Aediles curules.

M. Tuccius. // f. // nepos. D. Iunius. M. f. L. n. Brutus.

Judicia in foeneratores multa & seuera his accusantibus facta sunt. De multa damnatorum, quadrigas inauratas & XII. clypea inaurata in Capitolio in cella Iouis & supra fastigium aedulae posuerunt. Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt: L. Iulius.

Pecuniariorum ex multa donauit in Capitolio. Porticus.

Aediles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. L. Iulius. M. f. M. n. L. Aurunculeius. // . f. // . n.
Salinator. * Cotta *

Tribuni plebis

Ex Senatus auctoritate plebem rogarunt, Hispaniarum Praetoribus in annum sequentem prorogari imperium, nouisque M. Baebio & A. Atilio successoribus sortes permutari in Bruttios & classem ne vellent? Plebs, uti rogas, iussit: L. Iulius lib. xxxv.

Plebiscitum de duabus praetoris prouincijs permutandis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Q. Fuluius. Cn. f. M. n. Flaccus. L. Baebius. // . f. // . n. Diues.
M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Q. Marcus. L. f. Q. n. Philippus.
C. Atinius. * M. f. M. n. * Labeo. M. Caecilius. * L. f. L. n. * Metellus.
[P. Pupius. P. f. Cn. nepos.] [P. Plautius. P. f. C. n. Hupsaus.]
[Sex. Pomponius. Sex. f. L. nepos.] [L. Appuleius. P. f. P. n. Saturninus.]

Quaestores vr bani

Eumenis Asiae regis fratri Attalo Romam venienti ex Senatus decreto locum, liberam aedes, lautia, & munera dedere: duos equos, bina equestria arma, & vasa argentea centum pondo, & aurea viginti pondo: L. Iulius lib. xxxv.

Honores principibus viris, ac muneribus magna tribuuntur.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Q. Petillius. C. f. Q. n. Spurius. Cuius postea Consulis nomen sic extat in Capitolinis tabulis expressum. Et ordo magistratuum indicat, vnum hunc ex duobus Q. Q. Petilliis fuisse, qui Tribunatu plebis, in quo Scipiones fratres P. Africanum & L. Asiaticum calumniis oppressere, magis famosi quam ceteris omnibus magistratibus gestis.

Petillij Scipionum fratrum calumniatores.

gestis reperiuntur. Hunc verò cum Prætorem & Consulè postea reperiamus, ex Liuiò colligimus, Quæstorem etiam vrbanum fuisse. nam lib. xli. vbi de regis Numæ Pompilij libris eodem Prætore inuentis atque combustis historiam latiùs narrat, obiter adjicit, hunc Q. Petillum Prætorem vrbanum familiarem L. Petillio, qui libros in agro suo inuenerat, fuisse, quòd scribam eum Quæstor Q. Petillius in decuriam legerat. Vrbanì autem Quæstores, qui ararium prouinciam obtinebant, non secùs ac alij magistratus maiores suam sibi legebant scribarum decuriam: quæ eo nomine, vt rationes in tabulas publicas referrent, ipsis apparebat. Quod non solum ex iam dicto Liuij loco nobis liquet, sed ex Ciceronis Pisoniana, Plutarchi Catone minore, atque ex variis antiquis inscriptionibus Romanis probare poterimus. Ad ararium namque, Quæstores item alij prouinciales magistratu defuncti, referre rationes suas cogebantur, quorum tabulas vrbanì recognitas atque receptas custodiebant.

Quæstores prouinciarum.

ll. ll. ll. f. ll. n. ll. L. Quinctij } Coss. in. Italia, & Gallia.
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. Cn. Domitij }
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. L. Tappi. Pr. in. Sicilia.
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. Q. Sarræ. Pr. in. Sardinia.
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. Ostiensis. *ll. ll. ll. f. ll. n. ll.* Calenus.

*Gracchorum
præcipua
nobilitas
denuncietur.*

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n. Gracchus. Huius pater P. Gracchus non adeò clarus fuit, cuius nullos magistratus inuenio. Patrum tamen habuit Consularem Ti. Gracchum, qui in Ædilitate curuli magister equitum fuit, & Consul in annum sequentè creatus est: quiq; post secundum Consulatum, ab hospite Lucano proditus, per insidias à Pœnis est occisus. At hic Ti. Gracchus clarissimus fuit, gener Africanus maioris, ex cuius filia Cornelia duos Oratores summos & maximi spiritus iuuenes Ti. & C. Gracchos protulit: qui ob Leges agrarias per vim contra Senatus auctoritatem latas occisi fuerunt, vt ex sequentibus patebit. Hunc ipsum patrem per gradus magistratuum ascendisse ad secundum Consulatum demonstrabo. M. Tullius in Bruto de oratore ciuem grauem & eloquentem appellat, eiusq; Græcam orationem ad Rhodios suo tempore extitisse dicit.

*A. Albini
denarij
antiqui,
denarij
pulcherrimi.*

P. Cornelius. L. f. P. n. Cethegus. A. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Horum alij magistratus sunt apud Liuium, sic vtriusque Consulatus etiam in Capitolinis Fastis extat. Huius autem A. Albini fortassis sunt denarij, quos inter argenteos mei quondam patroni Antonij Perrenoti Illustrissimi ac Reuerendissimi Granuellani Cardinalis vidi: in quibus Dianæ caput in habitu venatricis cum arcu & pharetra, cui subscriptum, ROMA. In alio horù latere tres equites armati hastis, clypeis, & galeis cum vno pedite summo nisu decurrunt: subscriptum, A. ALBINVS. Notare suspicor hoc numisma vel trium equitum Rom. (quorum fortè princeps A. Albinus quidam) insigne factum ali-

*Trossuli vnde
dicti.*

*Equestris
ordinis
primordia
& Albi-
norum in
ea
præcipua
nobilitate
nummi
argumentum
hoc indi-
care.
Celeres à
Romulo
sunt ap-
pellati
eque-
stris
ordinis
equites
omnes.*

quod militare, veluti cum oppidum Tusciæ Trossulum expeditione celerissima sine vllò peditum auxilio caperent, vnde Trossuli deinde appellati ad Gracchana vsque tempora, sicut Festus ex Verrio, & ex Iunio Gracchano, Plinius lib. xxxiii. cap. ii. scribunt. Vel ad equestris ordinis primordia, primumq; nomen respicere nummi argumentum videtur, & tribus istis armatis equitibus tres primas Romanorum equitum centurias Ramnensium, Tatientium, & Lucerum à Romulo institutas designare: nec non pernicio isto cursu primum equitum istorum nomen, quos Celeres à Romulo appellatos fuisse, consensu Auctorum omnium constat, à celeritatis nimirum præstantia magis, vt Dionysio Halicarnassensi placet, quàm ab eorum Præfecto Celere quodam, vt vult Valerius Antias. Nec minùs pedes cursor in nummo equitibus adiunctus Celerem significare potest. Nam illi trecenti primi Celeres modò equites, modò pedites regibus ac reipublicæ non in bello solum in præliis, sed etiam domi in pace ministerij prompta velocitate semper erant præstò, quemadmodum Liuius, Dionysius, & Plutarchus auctores sunt.

*Liuius
correctus
& sup-
pletus.
Nummius
Aburiorum
explicatur.*

M. Aburius. // .f. // .n. Geminus. Nominatur Tribunus plebis à Liuiò lib. xxxix. & lib. xli. Sed in multis exemplaribus Amburius malè legitur. Correxì, & suppleui cognomine huius appellationem ex nummis antiquis argenteis, qui ab ipso in Quæstura fortè cusi sunt, adscripto sic suo nomine: M. ABVRI. GEM. Habent ab vno latere Solis caput coronatum radiis, & ab altero quadrigam eius. Quo symbulo videtur alludere ad gentile suum nomen deductum ab aburèdo voce vetusta. Nam plures Philosophi solem globum

globum igneum esse, ac velut mundi cor, lucis ac caloris fontem in se habere, radiosque per omne corpus effundere, calefacere, nec non repercussu comburere dixerunt. Sequitur item eius Prætura suo loco.

A. Terentius * C. f. * // n. Varro. Hunc post Præturam ex Hispania ouationem reulisse, postea dicemus. Poterit videri filius C. Varronis Consularis.

L. Mummius. L. f. // nepos. Tribunus plebis & Prætor sequetur apud Liuium. Patrem L. Mummi Achaici opinor fuisse, quem L. f. L. n. produnt Capitolini Fasti. Hunc verò inter decem Achaiae constituendæ legatos Zonaras Annalium secundo dicit fuisse ad Corinthum, quam eius filius L. Mummius Cos. euerterat.

L. Pupius * P. f. Cn. * nepos. Qui Ædilis & Prætor sequetur.

Prouinciæ.

Q. Minucius. Q. f. L. n. Thermus. Procos. Ligures prorogato imperio cum exercitu quem habebat, obtinuit. In agro Pisano cum hostibus, signis collatis, pugnauit: nouem milia occidit, castra cepit; atque inde in Ligures profectus, castella vicofq; eorum igni atque ferro peruastauit: vbi præda Etrusca, quæ missa donum à * populato-ribus fuerat, repletus est miles Romanus: Liuius lib. xxxv.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. Propr. Hispaniam. citeriorem. prorogato imperio. obtinuit. Oppidum Litabrum munitum opulentumque vineis expugnauit, & nobilem regulum Corribilonem viuum cepit: Liuius lib. xxxv.

M. Fuluius M. f. Ser. n. Nobilior. Propr. Hispaniam. vltiorem. prorogato imperio. obtinuit. Duos hostium exercitus fudit, oppida duo Hispanorum, Volceliam Holonemque, & castella multa expugnauit, aliaque deditioe recepit. In Oretanos progressus, Noliba & Cusibi captis, ad Tagum amnem Toletum paruum urbem, sed loco munitam obsedit, & profligatis Veconibus qui Toletanis venerant subsidio, operibus Toletum cepit: Liuius, quo loco Procos. vocat. Et Plutarchus successori L. Paulo imperium Proconsulare datum fuisse etiam scribit.

L. Oppius. // f. // n. Salinator. Legatus Propr. classem nauium triginta missam ad tuendam Siciliae oram extra ordinem cum imperio obtinuit. Is idem qui priore anno Ædilis plebis fuerat: Liuius lib. xxxv.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

- // // // f. // n. // Q. Thermi. Procos. in Liguria
- // // // f. // n. // C. Flamini. Propr. in Hisp. citer.
- // // // f. // n. // M. Fuluij. Propr. in Hisp. vlt.
- // // // f. // n. // * Lucerinus *

L. Quinctius * T. f. T. n * Crispinus. L. Postumus * T. f. * // n. Tumpanus. Cn. Sicinius * C. f. C * nepos. C. Atilius * M. f. C. n * Serranus.

BELVVM ANTIOCHINVM.

Bellum quod aliquamdiu parturierat Antiochus Suriae rex, Consulibus subsequen- tibus erupit, Thoante Ætolorum principe, & Annibale Pœno instigatoribus. Intulit bellum ob Lysimachiam urbem in littore Thracio positam, eam repetens hereditario iure, vt à maioribus suis conditam. Antiochinum appellant Fasti Capitolini, vt, quod præcef- sit, Philippicum, & quod sequetur, Persicum, à regum scilicet nominibus, quorum au- spicijs gesta fuere. Alij Suriacum id de quo nunc agimus, vel Asiaticum appellant: sic alia duo Macedonica, primum videlicet Philippi regis, secundum verò Persei. De huius belli origine & successu vide plura apud Liuium lib. xxxv. Plutarchum in Philopœme- ne & T. Quinctio; Appianum in Suriaca, Iustinum, Zonaram, Florum lib. ii. cap. viii. Orosum, Eutropium, Auctorem (qui nunc Sex. Aurelius Victor) de viris illustribus cap. l. i. v. & alios.

Sol. globus igneus, ac mundi cor.

Victoria de Liguribus.

** popularibus mendosè in exemplaribus vulgatis quibusdam legitur. Corribilo regulus captus.*

M. Fuluij in Hispania res gesta. Toletum urbs olim parua.

Thois Æto- lus est Annibal facies hu- ius incendij. Lysimachia belli prætex- tus Antiocho.

ANNI P. R. C. DLXII.

Consules.

M. ACILIVS. C. F. L. N.
GLABRIOP. CORNELIVS. CN. F. L. N.
SCPIO. NASICA

LIVIVS in hunc annum ambitione denuò tres patricios in vnum locum petijisse scribit. Ex his creatus P. Cornelius Cn.f. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat, præteritis Cn. Manlio Volsone & L. Scipione; vt dilatam viro tali, non negatum honorem appareret. Additus ei de plebe collega M'. Acilius Glabrio. Sic item ferè nominant hos Orofius, Eutropius, & Cassiodorus. Zonaras, & Appianus in Suriaca, Scipionem Nasicam & M'. Acilium Glabrimonem: sed tabulæ Græcæ more suo, Glabrimonem & Nasicam. Sed aduertendum, pro M'. Acilius, apud plerosque perperam legi M. Atilius. Et fœdus mendum est in Catone Ciceronis, vbi habetur, M. Atilio, C. Labeone Coss. cum debeat legi, M'. Acilio Glabrione Consule. Sic ex vno duos Consules male formarunt librarij scribæ.

P. Scipioni Nasicæ dilatam, non negatum honor.

Vitium librariorum in nomine M'. Acilij Cos.

Sacrificatum pro salute reip. & successu belli bono. Plebiscitum de bello.

Provincia & exercitus ordinantur. P. Nasicæ in Galliam. M'. Glabrionis in Græciam.

Edictum Consulari de Senatorum absentia.

Antiochi expeditio.

Reges socij, atque Pœni auxilia Romanis offerunt.

M'. Glabrio Cos. & Philippus rex ab hoste capta omnia recipere.

Antiochus castris exiit, & ex Europa pulsus. Ætoli subacti.

Chor pacem non impetravit.

Philippo regi filius obsequio moris a Romanis.

Priusquam de provincijs agerent Consules, magistratu inuito, res diuinas facere maioribus hostijs iussi sunt, precarique quod Senatus de nouo bello in animo haberet, vt ea res Senatui populoque Romano benè atque feliciter eueniret. Lata fuerunt sacrificia, primisque hostijs perlitatum, Aruspicesque responderunt, eo bello terminos pop. Rom. propagari, victoriam ac triumphum ostendi. Ex auctoritate Patrum igitur latum est ad populum, Vellent, iuberentne cum Antiocho rege, qui que sectam eius sequuti essent, bellum iniri. Rogationem pertulit P. Cornelius Consul.

Tum Senatus decreuit, vti Coss. Italiam & Græciam provincias fortirentur. Acilio Græcia, P. Cornelio Italia euenit. Hic cum Boijs bellum iussu gerere vtro exercitu mallet ex duobus Consularibus superioris anni, alterum vt mitteret Romam, eaq; vrbane legiones essent paratæ, quò Senatus censuisset. Ille M. Bæbij Prætoris exercitum, quem is ex S. C. in Macedoniam traiecerat, item quatuor milia peditum Rom. trecentos equites, & sex milia focium Latini nominis, & quadringentos equites haberet, quos L. Quinctius Cos. anni superioris in eam provinciam ex Senatus auctoritate scripserat, imperassetve. Et extra Italiam permissum, si res postularet, vt auxilia ab socijs, ad quinq; milia acciperet. Legati in Africam ad Carthaginenses & ad Massanisam regem missi ad frumentum coemendum, quod in Græciam portaretur. Adeoque in apparatus & curam eius belli Roma intenta fuit, vt P. Cornelius Cos. ediceret, ne qui magistratus Senatorisve, quibusque in Senatu sententiam dicere liceret, longius ab vrbe digrederentur, quam vnde eodem die redire possent, ne vno tempore ab vrbe Roma quinque Senatores abessent: Liius lib. xxxv. fine, & xxxvi. principio, Zonaras, & Appianus in Suriaca.

Antiochus rex in Græciam cum traicisset per hiemem, Græcas ciuitates ipse cum Ætolis per varias legationes ad defectionem à Romanis sollicitauit. Chalcidem & Eubœam occupauit: Aminandrum regem Athamanum atque Bœotios in societatem belli pertraxit: plurimas in Theffalia Acarnaniaque ciuitates partim vi, partim deditioe cepit. Interim legati venerunt à Philippo, Ptolomæo, & Massanisæ regibus, item à Carthaginensibus, auxilia, pecuniam, & frumentum, omniaque ad bellum necessaria offerentes; quibus gratiæ sunt actæ. Ptolomæo omnia remissa; Philippo responsum, gratum fore Senatui & pop. Rom. si M'. Acilio Cos. non defuisset. A Massanisæ & Pœnis frumentum acceptum, ea conditione, vt pretium ijs redderetur, & reliqua omnia ipsis remissa. Consul Glabrio æstate veniente, Philippo regi Macedonum iunctus, Athamaniam totam, Thaumacos, Theffaliæque vrbes, quæ partim captæ, partim Antiocho deditæ erant, recepit. Regem cum exercitu suo intra Thermopularum saltum se continentem, M. Catonis Consularis legati virtute deiectis ab Callidromi iugo Ætolorum præsidijs, ex angustijs expulit, castris exiit, & in Asiam fugauit, omni fere eius exercitu deleto. Inde receptis passim ciuitatibus Græciæ quæ defecerant, expugnataque per vim Heraclea, & Naupacto propemodum capto, compulit Ætolos ad pacem petendam. Qua non impetrata, T. Quinctio interueniente, inducias ad legatos Romam petendos à Consule obtinuerunt. Pax tamen his Romæ data non est, cum liberum de se arbitrium Senatui non permitterent. Quapropter vrbe eodem die, atque Italia intra xv. dies excedere legati eorum iussi sunt. Philippo ob fideliter & egregiè in bello nauatam operam

operam Demetrius filius obses remissus est. P. Cornelius Cos. signis collatis cum Boiorum exercitu depugnauit, castris captis duodeviginti milia hominum occidit, vt Valerius Antias auctor est, tria milia quadringētos cepit, signa item cxxiiii. equos ∞ ccxxx. carpenta cclxxvii. Boij extemplō deditōnem fecerunt omnium, quibus obsides imperati, & agrorum pars dimidia adempta est: Liuius, Plutarchus in Catone, Philopōmene, & Flaminio; Appianus in Suriaca, Iustinus lib. xxxi. Probus in Annibale, Zonaras, Florus, Orofius, Eutropius, & Auctor de viris illustribus.

Magna P. Nafica Cos. victoria de Bojs Galis. Boj multati.

Prætores.

M. Iunius. M. f. L. n. Brutus. Vtramque iurisdictionem fortitus obtinuit. Ex S.C. veteres, quæ in naualibus erant, naues refecit & armauit, sociosque nauales libertinos in eam classem legit. M. Catoni legato, qui nuntius victoriæ ad Thermopulas contra Antiochum partæ a Consule Glabrione ex Græcia missus erat, Senatū dedit, atque in Rostra produxit. Ob victoriā supplicatio in triduum decreta est, & vt xl. hostijs maioribus Prætor Iunius, quibus dijs ei videretur, facrificaret. Ædem Matris deūm Magnæ in Palatio dedicauit, ludosque fecit ob dedicationem: quos primos scænicos fuisse, Valerius Antias est auctor, Megalesia appellatos. Hæc Liuius lib. xxxvi.

Supplicatio ob victoriam de Antiocho. Megalesia scænica prima, vt Val. Antias.

A. Cornelius * A. f. * // n. Mammula. Bruttios fortitus obtinuit cum duabus legionibus nouis, ac sociūm Latini nominis viginti milibus peditum, & octingentis equitibus. Quem exercitum L. Quinctius anni prioris Cos. in eam prouinciam conscripserat. Tueri omnem oram circa Tarentum & Brundisium maritimam iussus est: Liuius.

C. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Classem contra Antiochum regem fortitus obtinuit cum xxx. nauibus nouis, ac vetere A. Atilij Propr. classe xxv. nauium testarum. Is adiuncta sibi regis Eumenis socia classe, & Pœnorum auxiliariibus nauibus, Polyxenidam Antiochi regis præfectum nauali prælio vicit ad Corycum portum supra Cysuntē, tredecim nauibus hostium captis, decem demerfis: Liuius lib. xxxv. & xxxvi. Appianus in Suriaca.

Victoria naualis de Polyxenide.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Siciliam. fortitus. diuisa. prouincia. ab Agrigento. ad. Pachynum. vsque. obtinuit. Ex S. C. duas decimas frumenti exegit, deuchendasque in Græciam curauit: Liuius lib. xxxvi.

L. Oppius. // f. // n. Salinator. Sardiniam. fortitus. obtinuit. Ex S. C. binas frumenti decimas è prouincia exegit, ac Romam deuchendas curauit: Liuius.

L. Æmilius. L. f. M. n. Paullus. Hispaniam vltiorem fortitus obtinuit cum Procos. imperio, vt auctor est Plutarchus: non enim cum sex, vt ceteri Prætores, sed cum duodecim fascibus missum fuisse scribit, ita vt Consularis dignitas eius inesset imperio. Cuius tamen non meminit Liuius, qui auctum fuisse eius exercitum scribit, vt præter eum exercitum quem à M. Fulvio Procos. accepturus esset, nouorum militum tria milia duceret, & trecentos equites; quorum duæ partes sociūm Latini nominis, tertia ciuium Romanorum esset. At in anni sequentis historia Proconsulem appellat.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Sp. Postumius. L. f. An. Albinus. C. Furio Cresino veneficij ad populum diem dixit, ceu fruges alienas incantationibus in agrum suum pelliceret. Cresinus damnationem metuens, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, benè curatam ac vestitam, ferramenta facta egregiè, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit, Veneficia mea, Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque, & sudores. Reus omnium sententiis absolutus est: Plinius lib. xvii. cap. vi. ex L. Pisone. Sp. Albinum postea Prætorem & Consulem habebimus: nec commodiore anno Ædilitatem hanc disponere potui. Cum enim dicat Plinius, C. Cresinum seruitute prius liberatum fuisse, suspicor eum esse è numero ciuium, quos T. Quinctius è Græcia seruitute exemptos secum Romam adduxerat.

Veneficij quaestio. Refutat rebus non verbis accusatorum reus eximius.

Q. Fabius * Q. f. C. n. * Pictor.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
 L. Plautius * P. f. C. n * M. Sempronius. M. f. C. n.
 Hupfæus Tuditanus.

Tribuni plebis

*Colonia mili-
tiam naua-
lem detrecta-
tes oïo.* Cùm à C. Liuo Prætoꝛe focij nauales cogentur in classem, colonix quædam mari-
 tumæ, Ostia, Fregena, Castrum nouum, Purgi, Antium, Tarricina, Minturnæ & Sinuessæ
 Tribunos plebis appellarunt vacationem prætendentes. Sed ab his ad Senatum reiecti
 sunt. Senatus ita, vt ad vnum omnes confentirent, decreuit, vacationem rei naualis colo-
 niis istis non esse: Liuius lib. xxxvi.

P. Sempronius * P. f. Ti. n * Blæsus. Relationi de triumpho P. Scipionis Na-
 ficæ Cos. intercedere se velle demonstrauit, quòd è Gallia victorem exercitum in Ligu-
 res non duxisset, vna opera & ibidem debellari potuisse dicens. Victus tamen Tribunus
 tam rationibus Consulibus, quàm consensu Senatus, intercessionem remisit, vt latè Liuius
 lib. xxxvi.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //
 // // // f. // n. // // // // f. // n. //

C. Stertinius. // f. // nepos.

C. Aurelius. // f. // n. Scaurus.

[L. Albinus. L. f. L. nepos.]

[M. Allienius. A. f. M. nepos]

[C. Centenius. C. f. C. n. Penula]

T. Mænius * L. f. C * nepos.

[C. Terentius. // f. // n. Massa.]

[C. Albius. f. // n. // Carrinas]

[L. Apustius. C f. L. n. Fullo.]

Quæstores vr bani

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciar.

// // // f. // n. // M. Glabronis. Cos. in Græcia.

// // // f. // n. // P. Nasicæ. Cos. in Italia & Gallia.

// // // f. // n. // M. Lepidi. Pr. in Sicilia.

// // // f. // n. // L. Oppi. Pr. in Sardinia.

// // // f. // n. // L. Pauli. Pr. in Hisp. vltiore.

// // // f. // n. // * Lucerinus *

Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Hunc filium fuisse Q. Flacci quater Cos. qui
 Senatum Campanum, Capua capta, securi percusserat, vt antè diximus, docent Capito-
 lina marmora in eius Consulatu, Liuius Ædilem atque Prætoꝛem quoque memorat, vt
 suis locis dicemus.

*Tres Postu-
mij fratres
Consulares
indicantur.
Cui Sp. Albi-
nus Paullu-
lus agnomine
sibi dicitur.*

Sp. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Paullulus. Trium Postumiorum fratrum
 Consularium hic est vnus, quorum Consulatus in Capitolinis marmoribus extant. Præ-
 turas item ex Liuiio suis locis adducemus. Huius haud dubiè denarius argenteus est, in
 Quæstura fortè cufus, cum Iouis Victoris capite laureato, & Victoria trophæum coro-
 nante. Declarant hoc litteræ tales: SP. ALBIN. PAVLLVLVS. Nam ad alterius Sp. Albi-
 ni L. f. differentiam, qui tum temporis item per eosdem magistratum gradus ascende-
 bat, videtur agnomine propter exilitatem corporis Paullulus dictus fuisse. Huius verò
 fratres A. Postumius A. f. de quo in annali superiore quædam diximus, & L. Postumius
 A. f. ordine suo sequentur.

C. Terentius. // f. // n. Istra. L. Cæcilius. // f. // n. Denter.
 Quos simul Prætoꝛes fuisse, docebimus ex Liuiio postèa. Terentius item III. vir dedu-
 cendæ colonix Grauifcas post Præturam fuit, vt idem testatur lib. xl.

L. Duronius. // f. // n. nepos. Et hic postèa Prætoꝛ anno suo sequetur, vt ex eodem
 Liuiio constat.

C. Fannius * C. f. * // . n. Strabo. Hic nominatur postea inter Tribunos plebis à Liuo, qui Scipiones fratres calumniis ad populum reos fecerunt, vt suo loco dicemus. Pater fortè fuit C. Fannij Strabonis C. f. C. nepotis, quem Consulem anno DCCII. tabulæ Capitolinæ proferunt, vt indicat temporum ratio.

Q. Petillius * Q. f. Q. n. * Spurius. Alter è duobus Q. Q. Petillis, qui in Tribunatu plebis Scipiones fratres criminationibus perculere. Et cum eius collega C. f. Q. nepos in Capitolinis Fastis vocetur, videtur hic illius frater patruelis fuisse, & ambos vnum auum Quintum habuisse.

Q. Mummius * L. f. * // . nepos. L. Mummiij Prætorij frater, & patruus L. Achæici. Sed vide Tribunatum plebis.

Prouinciæ prorogatæ.

Cn. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarbus. Procos. Galliam cisalpinam cum veteri exercitu obtinuit, vsque in aduentum P. Cornelij Cos. Liuius lib. xxxvi.

Q. Minucius. Q. f. L. n. Thermus. Procos. prorogato. imperio. Ligures obtinuit. Ab exercitu hostili nocte in castris oppugnatus, eruptione tandem facta vicit, supra quatuor hostium milia occidit. Ex Romanis sociisque minus trecenti perierunt. Post hanc victoriam Liguribus in deditionem acceptis, confectam prouinciam esse ad Senatum scripsit. Quapropter anni sequentis initio in Boios exercitum traducere, & P. Cornelio Procos. tradere iussus est: Liuius.

L. Valerius. C. f. // . n. Tappus. Propr. prorogato in annum imperio Siciliam à Pachuno ad Tundaridem vsque cum viginti nauibus longis obtinuit: Liuius.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. Propr. Hispaniam citeriorem. prorogato. in annum. imperio. obtinuit, cum supplemento trium milium peditum, & trecentorum equitum: Liuius xxxvi.

M. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus. Propr. prorogato. imperio. Epirum, ac Græciam obtinuit. Philippo Macedonum regi iunctus, ante aduentum Consulis Larissam obsidione liberauit, & plures Antiocho fœderatas vrbes partim vi, partim deditione recepit: Liuius, Zonaras, Appianus in Suriaca.

A. Atilius. C. f. C. n. Serranus. Propr. classem. & oram. Græciæ. maritimum. obtinuit, vsque in aduentum C. Liuij Prætoris. Magnos Antiochi regis com- meatus iam fretum præteruectos ad Andrum insulam excepit, pluribus nauibus meris cum agmine aliarum captiuarum Puræum reuectus, magnam vim frumenti Atheniensibus, aliisque eiusdem regionis sociis diuisit: Liuius.

Pro Quæstorib. f. fuère.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Thermi. Procos. in Liguria.

// . // . // . f. // . n. // . L. Tappi. Propr. in Sicilia.

// . // . // . f. // . n. // . C. Flamini. Propr. in Hisp. citer.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Quinctius * T. f. T. n. * Crispinus. M. Aburius. // . f. // . n. Geminus.

L. Postumius * T. f. * // . n. Tumpanus. L. Mummius * L. f. * // . nepos.

L. Pupius * P. f. Cn. * nepos.

M. Fuluius. M. f. Sef. n. Nobilior. Ann. DLXII.

Propr. ouans ex Hispania vltiore // . // . // .

Per eosdem dies quibus ad Thermopulas victus Antiochus, M. Fuluius Nobilior, qui biennio antè Prætor in vltiorem Hispaniam profectus erat, ouans urbem est ingressus. Argenti bigati præ se tulit cxxx ∞. & extra numeratum XII. ∞. pondo argenti. Auri ^{Mannib. in ararium lata.} autem pondo cxxvi. Liuius lib. xxxvi. Eadem paullò post repetit ipse Liuius tamquam ^{Liuij locus notandus.} sui oblitus, posteaquam P. Cornelij Cos. victoriam de Boiis enarrasset, iisdem ferè verbis ita: Per eosdem dies M. Fuluius Nobilior ex vltiore Hispania ouans urbem est ingressus. Argenti transtulit XII. ∞. pondo, bigati argenti cxxx. auri cxxvii. pondo. Sunt tamen, qui hæc supposititia velint esse, & ex Liuianis exemplaribus, tâquam errore inserta, censeant amouenda. Meminit huius ouationis etiam Auctor de viris illustribus cap. LII. sed peruersissimè confunditur ibidem historia, cum hic M. Fuluius vocetur pro Prætoris Consul, & pro Vectonibus Oretanisque victis Ætoli Ambraciorum que suppositi sint. Eius

verba sic veritati ex Liuiana historia potius accommodanda esse videntur: M. Fuluius Nobilior Prætor Vectones Oretanosque superauit, vnde ouans urbem introiit. Consul Ætolos, qui bello Macedonico interfuerant, post ad Antiochum defecerant, &c. Atque hæc ita verius scribi quam in corruptissimis Auctoris exemplaribus habentur, elucebit postea melius ex Fuluij Consulatu, qui sequetur.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Nasica. Ann. DLXII.

Cos. de. Galleis. Boicis. // . // . //

P. Cornelius Cos. post præclaram ex Boiis victoriam, ad triumphum haud dubium decedens, exercitum dimisit, & adesse Romæ ad diem triumphi iussit, Senatu in æde Bellonæ habito, vnus Trib. pl. P. Sempronius Blasus intercessione triumphum eius differre frustra conatus est. Vniuersus enim Senatus, non ipse modò ad decernendum triumphum consensit: sed etiam Tribunum plebis sua auctoritate compulit ad remittendam intercessionem. Consuli itaque P. Cornelio triumphus de Boiis est decretus. Quem insignem duxit Gallicis carpentis, armis, signis militaribus, spoliisque omnis generis: vasa etiam transfuxit ænea Gallica, non infabre, more eius gentis facta: & in his argenti infesti ∞ . ∞ . CCXL. pondo, bigatorum nummorum CCXXXIV. ∞ . adhæc auri pondo CCXLV. Aureos torques item transfulit ∞ . CCCLXX. Et cum captiuis nobilibus equorum quoque gregem captorum duxit, erant ∞ . CCXX. Militibus qui currum sequuti sunt, centenos vicenos quinos asses diuisit, duplex centurioni, triplex equiti: Liuius lib. xxxvi. Hanc eius victoriam demonstrant & denarij argentei cum eius nomine cusi: P. SCIPIO. CN. F. NASICA. Repræsentant Romæ caput cum galea alata, & lauri ramum, item Victoriam cum corona in biga.

Senatus magno consensu triumphus illustrior factus. Spolia & manubia insignes.

Captiui. Militum pramia.

ANNI P. R. C. DLXIII.

Consules.

L. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO C. LAELIVS C. F. C. NEPOS. QVI. POSTEA. ASIATICVS. APPELLATVS. EST.

Hos Consules C. Lælium C. f. & L. Scipionem P. f. rectè Gellius nominat Notitium Atticarum lib. xvi. cap. iv. in formula iuramenti militaris ex Cincio de re militari. Habent eosdem Liuius, Appianus, & illi ferè omnes quos antea citavi. Item Cicero, Valerius Max. Iulius Obsequens de prodigijs, & alij quamplurimi. Cassiodorus & Marianus Africani cognomen C. Lælii attribuunt. Is autem est, qui P. Scipioni Africano bellum in Hispania & Africa gerenti indiuiduus fuit comes: vt inde cognomen hoc illi inditum videatur.

Prouinciarij ordinatio.

C. Lælio Italiam, L. Scipioni Græciam, & bellum cum Antiocho extra sortem decreuit Senatus: eam maximè ob causam, quòd P. Scipio Africanus legatum se iterum cum fratre Consule in Senatu pronuntiaffet. Cuius rei meminit pulchre Valerius Max. lib. v. cap. v. de fraterna beneuolentia. Nec minùs præclara mentio eiusdem est apud Ciceronem Philippica xi. cuius verba sunt hæc: Bello Antiochino magno & graui, cum L. Scipioni P. f. obuensset Asia, parumq; in eo putaretur esse animi, parum roboris, Senatusque ad collegam eius C. Lælium * huius Sapientis patrem negotium deferret: surrexit P. Africanus frater maior L. Scipionis, & illam ignominiam à familia deprecatus est, dixitque & in fratre summam virtutem esse, summumque consilium; neque se legatum ei id ætatis, iisque rebus gestis, defuturum. Quod cum ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis prouincia commutatum. Hæc ita Cicero. In cuius hisce verbis (C. Lælium * huius Sapientis patrem) mendum latere suspicor. Non enim verisimile est C. Lælium, qui à Lucilio poëta Sophos, & ab alijs vulgò Sapiens vocabatur, & huius Consulis C. Lælij filius erat, tunc temporis vixisse, & in Senatu fuisse, cum hæc Cicero diceret, quem admodum ex adductis verbis apparet. Verius igitur & rectius pro voce (huius) ipsum nomen filij posset in exemplaribus restitui, ac ita locus corrigi: C. Lælium Lælij Sapientis patrem, &c. Iam vt ad priora redeam, addita sunt L. Cornelio Cos. in supplementum exercitus M'. Acilij, cui succedebat, tria milia peditum Romanorum, equites centum, & socium Latini nominis quinque milia, equites cc. Data potestas cum omnibus copijs etiam trajiciendi in Asiam, si e rep. videretur esse. Alteri Cos. exercitus nouus, duæ legiones Romanæ, & socium xv. milia peditum, equites dc. decreti sunt. Duas Hispanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium, cum iisdem exercitibus.

Ciceronis locus corrigendus.

Exercitus Consularis supplementum. C. Lælij Cos. nouus exercitus.

Fruen-

Frumenti binæ decimæ imperatæ per Siciliam & Sardiniam, Siculum frumentum omnem, & ex Sardinia dimidium in Ætoliæ ad exercitum deferri iussum, reliquum ad urbem conuectum: Liuius xxxvii. principio. Legati à Ptolomæo & Cleopatra regibus Ægypti gratulantes, quod M. Acilius Antiochum regem Græciæ expulisset, venerunt: adhortantesque ut in Asiam exercitum trajiceret, & opem offerentes. Gratiæ regibus actæ, legatis munera data sunt. L. Cornelius Cos. paludatus ab urbe profectus accepta à M. Acilio prouincia, ex consilio fratris Africani, & ob Atheniensium intercessionem sex mensium inducias Ætoliis dedit, ut Romam legatos mittere rursus possent. Ipse cum exercitu per Macedoniam & Thraciam terrestri itinere in Asiam, deducente Philippo rege, profectus est. Transgresso Æniorum Maronitarumque fines, nuntiatur victam regiam classem ad Myonesum esse, relictamque à præsidio Lyfimachiam. Quam urbem paulo post refertam omnium rerum comæatibus Cos. Scipio occupauit, & deinde cum omnibus copiis Hellepontum traiecit. Qua re percussus rex Antiochus, pacem per legatos tentauit: eam licet non obrinisset, filium tamen P. Africani captiuum honorificentissimè aliquamdiu apud se habitum, vltro patri remisit. Tandem in prælium descendere coactus, à Consule victus est. Victo pacis conditiones præscriptæ, tributum impostum, & obfides imperati sunt, omnisque Asia cis Taurum montem adempta. Eumeni regi in gratiam auxiliij præstiti regnum ampliatum est. C. Lælius Cos. in Gallia rei gerundæ materia defuit, coloniis tantum deducendis occupatus fuit. Vide omnia diffusius apud Liuium lib. xxxvii. Iustinum lib. xxxi. Appianum in Suriaca, Zonaram & alios supra citatos.

Annona prouiso decretis exercitibus.

Ætoliis inducia data, bellumque ab his remotum; ut citius in Asiã trajici exercitus, & cum solo Antiocho bellari possent. Lyfimachia capta.

P. Africano filius captus remissus ab hoste licet repulsam passo. Victo Antiocho pax data. C. Lælius Cos. colonias in Gallia duxit.

Prætores.

L. Aurunculeius // . f. // . n * Cotta * Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Ex S. C. quinqueremes triginta, & viginti triremes nouas fecit post L. Æmilij Regilli collegæ profectionem: quia fama erat, Antiochum post prælium nauale maiorem aliquantò classem reparare. Legatis Placentinorum & Cremonensium de colonorum inopia conquerentibus Senatui dedit. C. Lælius Cos. conscribere in eas colonias sex milia familiarum à Senatu iussum est, & L. Aurunculeius Prætor III. viros creare ad eos colonos deducendos: Liuius lib. xxxvii.

Classis noua.

Familiarum sex milia adducta in Galliam.

Cn. Fuluius * Cn. f. M. n Flaccus * peregrinam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit: Liuius ibidem.

D. Iunius. M. f. L. n. Brutus. Etruriam. sortitus. obtinuit. cum noua legione Romana, & socium Latini nominis decem milibus, equitibusque quadringentis: Liuius.

M. Tuccius // . f. // . nepos. Apuliam. & Bruttios. sortitus. obtinuit, cum duabus legionibus vrbanis, quæ priore anno conscriptæ erant, & socium ac Latini nominis peditum xv. milibus, equitibusque sexcentis: Liuius.

L. Atinius. * M. f. C. n * Labeo. Siciliam. sortitus. obtinuit. iis finibus, eoque cum exercitu, quo M. Æmilij Prætor anno priore eam habuerat. In supplementum scribere ei permissum ex ipsa prouincia, si vellet, peditum duo milia, & centum equites. Frumenti duas decimas ex S. C. prouinciæ imperauit, & in Ætoliæ ad exercitum misit: Liuius ibidem.

L. Æmilij. M. f. // . n. Regillus. Classem. contra. Antiochum. regem. sortitus. obtinuit, quam C. Liuius Prætor habuerat. Additæ viginti naues longæ, quas anno priore M. Iunij Prætor ex S. C. cum sociis naualibus instruxerat. Et insuper in supplementum nauales socios ad duo milia conscribere L. Regillo permissum. Qui in prouinciam veniens, adiuncto sibi Rhodiorum auxilio, ad Myonesum nauali prælio Polyxenidam classem præfectam profligauit, & possessione maris expulit, quadraginta duabus hostium nauibus vel captis, vel demersis. Phocæum post oppugnationem cepit, atque ibidem hibernauit: Liuius, Appianus in Suriaca.

Maritima L. Regillus victoria insignis. Phocæum captum.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 P. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. L. Manlius. L. f. L. n. Acidinus.
 Fuluianus.

Ædi-

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 M. Claudius. M. f. M. n. Q. Marcius L. f. Q. n. Philippus.
 Marcellus.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 L. Aurelius * L. f. L. n. Cotta * M. Furius. // . f. // . n. Crassipes.
 T. Sempronius. // . f. // . n. Rutilus. M. Furius // . f. // . n. Lufcus.
 C. Calpurnius. C. f. C. n. Pifo. [M. Albinus. L. f. L. nepos.]
 [M. Ogulnius. M. f. An. Gallus] [P. Petillius. L. f. L. n. Geminus]
 [Ti. Sempronius // . f. // . n. Rutilus.] [M. Confidius. Q. f. Q. nepos]

Quæstores vr bani

Legatis regum Ptolomæi & Cleopatrz munera ex Senatus decreto dedere, in singulos quaternum milium æris: Liius lib. xxxvii.
 Legatis regu
 data munera
 ra.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

C. Furius. * P. f. P. n * Aculeo. L. Scipionis Cos. in Græcia & Asia meminit Liius libro xxxviii. in anni DLXVI. historia, scribens ipsum cum L. Scipione Cos. suo reum factum à Petilliis Tribunis plebis, ac damnatum, quod auri pondo centum triginta, & argenti ducenta pondo accepisset, quo commodior pax Antiocho regi daretur.

//. // . f. // . n. // . C. Lælij. Cos. in Italia. & Gallia.
 // . // . f. // . n. // . C. Atinij. Pr. in Sicilia
 // . // . f. // . n. // . M. Tucci. Pr. in Apulia. & Bruttieis.
 // . // . f. // . n. // . Oſtiens. // . // . f. // . n. // . Calenus.

Ti. Minucius * C. f. C. n. Augurinus * Molliculus. Eius Præturam Liius adfert lib. xl. Et rectè Sigonius exemplaria vulgata, in quibus T. Minutius Melliculus mendosè legitur, correxit ex veteri Germanico codice. Ex prænomine colligimus, ipsum esse ex plebeia gente Minucia Augurinatorum. Alterum cognomen Molliculus, à Liiuo expressum, illi ex proprietate quæpiam inditum videtur: vt & A. Albino, anno DLXXIII. Cos. quo Molliculus Prætor fuit, cognomen Lufcus, quod in Capitolinis tabulis non habetur. Sed hæc agnomina potiùs, quàm cognomina dicenda sunt.

Sumptuosi &
 eruenti ludi
 funebres duorum
 fratrum
 in honorem
 mortui patris.

M. Valerius. M. f. P. n. Læuinus. P. Valerius. M. f. P. n. Læuinus. Quos duos maiores M. Læuini bis Cos. filios nominat Liius libro xxxi. & patris mortui in honorem ludos funebres per quatrimum Romæ in foro Martis anno DLIII. & munus insuper gladiatorium, in quo paria quinque & viginti pugnarunt, dedisse memorat. Ex his Marcus postea Prætor sequetur, & Publius item: sed vitiatum in Liiuj xli. prænomen eius est, & malè C. Valerius Læuinus legitur.

L. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæsar. P. Cornelius. // . f. // . n. Sifenna. Ambo Prætores fuere postea, vt ex Liiuo tum dicemus.

A. Manlius Cn. f. L. n. Vulfo. Fratrem Cn. Manlij Vulsonis fuisse, qui Cos. Gallos Asiaticos subegit, demonstrant in eius Consulatu Fasti Capitolini. Nam Consul etiam hic fuit, sed eius Præturam non reperimus in Liiuo. Quare vel ipsum alicui Prætori mortuo suffectum fuisse, cuius non meminerit Liius; vel Præturam omnino præterisse, cogimur suspicari.

P. Cornelius * P. f. P. n * Cethegus. Duos P. P. Cethegos Liius adfert successiuè Prætores: alterum anno DLXIX. qui item Consul extat in Capitolinis tabulis; alterum anno sequenti DLXIX. qui hoc ferè tempore Quæstor fuisse videtur, & post Præturam x. vir agris dandis nominatur à Liiuo lib. xlii.

Prouin-

Prouinciæ prorogata.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Nafica. Procos. Galliam. obtinuit. cum exercitu, quem Q. Minucius Procos. ex Liguribus ad eum iussu Senatus traduxerat: Liius libro xxxvii.

M'. Acilius C. f. L. n. Glabrio. Procos. Græciam. prorogato. imperio. in aduentum L. Cornelij Cos. vsque obtinuit. Lamia expugnata, cum Amphissam obfideret, successori in prouinciam venienti L. Cornelio exercitum tradidit, ac Romam ad triumphum reuersus est: Liius.

Q. Minucius Q. f. L. n. Thermus. Procos. Ligures obtinuit. Qui huius anni confectam prouinciam scripserat, & Ligurum omne nomen in deditionem venisse. Quapropter ex S. C. legiones ex Liguribus in Galliam ad P. Cornelium Procos. traduxit, & deinde Romam reuersus de rebus à se gestis cum in Senatu differuisset, triumphum postulat; qui negatus eidem fuit, vt auctor est lib. xxxvii. Liius. Et tunc orationes de falsis pugnis, de decem hominibus à M. Porcio Catone in Q. Thermum dictæ videntur: quarum meminit Gellius lib. x. cap. 111. & lib. xiiii. cap. xxiii. & ex his verba quædam citat; quæ satis demonstrant, M. Catonem Q. Thermi triumpho non solum obstitisse, sed ipsum etiam reum maiestatis ad populum egisse; non solum propter falsas pugnas & victorias recensitas, sed imprimis quod decem viros homines nobiles ac liberos ob parum sibi bene curata cibaria virgis cæfos, indicta causa, atque indemnatos occidisset. Sed huius rei nulla apud Liium est mentio.

Q. Thermus triumphum postulat frustra. A M. Catone accusatus.

L. Æmilius L. f. M. n. Paullus. Procos. Hispaniam. vltiorem. prorogato. in annum. imperio. obtinuit. Infeliciter in Vascetanis ad oppidum Luconem cum Lusitanis pugnavit, sex milia de exercitu perdidit, & ceteris in vallum compulsis ægre castra defendit. Quibus postea desertis, milites admodum pauentes ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reduxit. Sic Liius lib. xxxvii. At Paulus Orosius lib. iv. cap. xx. & ex eodem Eutropius non rectè L. Æmilium Procos. in Hispania vltiore à Lusitanis cum vniuerso exercitu cæsum interiisse scribunt. Nescio, ex quibus hoc Annalibus prodiderint.

In Lusitania male pugnavit.

A. Cornelius * A. f. * // n. Mammula. Propr. pro Brutiis Ætoliam prorogato imperio obtinuit cum exercitu quem anno superiore in Brutiis habuerat: Liius.

C. Liius M. f. M. n. Salinator Propr. classem. contra. regem. Antiochum. obtinuit in aduentum successoris L. Æmilij Regilli Prætoris. Cum Eumene socio rege classem & exercitum ad Hellespontum traduxit, vt Consuli cum exercitu aduenienti transitum in Asiam pararet. Vbi Seston oppugnatam in deditionem accepit. Sed paulò post Abydi obsidionem inceptam soluit, audiens Antiochi Præfectum cum classe regia non procul abesse, & Rhodiam classem insidiis circumuentam, occiso Pausistrato duce, ad Samum oppressisse. Vide Liium libro xxxvii.

Classis Romana ad Hellespontum. Sestus captus. Classis Antiochi Rhodiam opprimis.

L. Valerius. C. f. // n. Tappus. Propr. Siciliam à Pachyno Tyndaridem vsque cum xx. nauibus longis obtinuit: Liius lib. xxxvi.

L. Oppius. // f. // n. Salinator. Propr. Sardiniam. prorogato. in. annum. imperio. cum priore exercitu obtinuit. Ex S. C. frumenti duas decimas à prouincialibus exegit, quarum altera in Ætoliam ad exercitum, altera Romam est missa: Liius lib. xxxvii.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. Propr. Hispaniam citeriorem prorogato imperio obtinuit cum exercitu, quem anno priore habuerat: Liius.

Pro Quæstorib. f. f.

// // // f. // n. // L. Paulli. Procos. in Hisp. vltet.

// // // f. // n. // L. Tappi. Propr. in Sicilia.

// // // f. // n. // L. Oppi. Propr. in Sardinia.

// // // f. // n. // C. Flamini. Propr. in Hisp. citer.

Q. Petillius. * Q. f. Q. n * Spurius. M. Aburius // f. // n. Geminus.

C. Fannius * C. f. * // n. Strabo. L. Postumius * T. f. * // n. Tumpanus.

M. Acilius. C. f. L. n. Glabrio Procos. ann. DLXIII.
de. rege Antiocho. & Ætoleis. // . // . //

M. Acilio Procos. Romã redeunti, Liius inquit, magno consensu decretus est triumphus; isque triumphans de rege Antiocho & Ætolis urbem est inuectus. Prælatæ sunt signa militaria CCXXX. & argenti infecti tria milia pondo; signati, tetradragmum Atticum CXIII. ∞. cistophorum CCXLVIII. vasa argentea calata multa, magnique ponderis. Transtulit & suppellectilem regiam argenteam, & vestem magnificam; coronas item aureas, dona sociarum ciuitatum XLV. spoliaque omnis generis. Traduxit captiuos nobiles Ætoles, & regios duces sex & triginta. Pauldò antè tamen Liius sex & quadraginta captiuos principes Ætoles Romam deductos, & in Latomias coniectos fuisse scribit. Hinc conijcio, in numeri notis locorum altero latere vitium. Ex captiuis autem ducibus vnus Damocritus Ætolis carcere effraçto paucos ante dies elapsus, in ripa Tiberis, ne triumpho superesset, gladio se transfixit, cum persequentium manus effugere se non posse videret. Milites tantum, qui sequerentur curram, defuerunt: alioquin magnificus & spectaculo & fama rerum gestarum triumphus fuit. Hæc ferè Liius lib. xxxvii. Istius etiam triumphii memoriam expressam videmus in Glabriorum denarijs argenteis antiquis, cum triumphantis nomine tali: **M. ACILIVS. GLABRIO.** Habent in vno latere Romæ deæ caput cum galea alata, & in altero Procos. Glabriorum ipsum in quadriga triumphali, cum aquila legionis signo in altera manu, & Victoria supra volate, quæ illi coronam imponit. Ob hanc verò victoriam M. Glabrio voti reus ædem Pietatis Romæ in Foro olitorio exstruxit, quam postea filius eius M. Acilius Glabrio 11. vir dedicauit, & in eadem, antea nec Romæ nec in vlla parte Italiæ visam, inauratam statuam patris equestrem primus posuit, vt Valerius Maximus lib. 11. cap. v. notauit ex Liiij XL. libro, inter exempla frugalitatis eius sæculi.

*Præda pompæ
diuis.*

*Coronæ.
Captiu.*

*Damocritus
captiuus sui
sanguinis
prodigijs.*

*Denarij Gla-
brionis triū-
phales.*

*Ædes Pietatis
ex voto
Glabriorum
Procos.*

*Statua eque-
stris inaura-
ta Romæ pri-
ma.*

ANNI P. R. C. DLXIV.

Consules.

CN. MANLIVS. CN. F. L. N. VVLSO. M. FVLVIVS. M. N. SER. NOBILIOR.

*Bononia co-
lonia.*

*Plures colo-
nia in agro
Boiorum de-
ductæ.*

*Ordinatio
prouinciarũ
& exercitiũ.*

CONSULES iidem nominantur à Liiuo: Cassiodorus & Marianus Coss. adferunt sine cognominibus. In tabulis Græcis extant Vulso & Nobilior; in Velleio Paterculo Cn. Manlius Vulso & Fuluius Nobilior. quibus Consulibus, Liiuo item suffragante, scribit Bononiam primùm in agro à Boijs capto Latinam fuisse coloniam deductam. Afferunt item Eusebius & Marianus, multas eo anno colonias deductas fuisse. Meminit Liius, ex auctoritate C. Lælij Cos. superioris anni S. C. factum esse, vt in agro Boiorum nouæ colonix duæ deducerentur.

Cn. Manlio Cos. Asia cum exercitu L. Scipionis Procos. euenit. In supplementum quatuor milia peditum Rom. ducenti equites, & socium ac Latini nominis octo milia peditum, & quadringenti equites decreti. His copiis bellum cum Antiocho rege gere iussus est, cum de victoria & pace flagitata nihil adhuc Romæ cognitum esset. M. Fuluius Cos. Ætolia euenit cum exercitu qui ibidè erat sub A. Cornelio Mammula Propr. In supplementum vt scriberet ciuium & sociorum eundem numerum qui collega decretus erat, permillum est. Naues priore anno à L. Aurunculeio Pr. paratas ornaret, secumque duceret, & in Cephalemiam quoque trajceret mandatum: vtq; si per commodum reip. facere posset, ad comitia habenda Romam rediret, si minus posset, id Senatui tempestiuè certiore faceret. C. Lælio Procos. D. Iunio & M. Tuccio Proprætoribus prorogata sunt imperia cum exercitibus, qui in prouincijs erant. Hæc Liius lib. xxxvii. de ordine reipublicæ eius anni.

*Pax Antio-
cho regi data.*

Pax cum Antiocho rege Suria, quibus legibus Cos. L. Scipio dederat, Romæ firmata est; & ex S. C. populique iussu in Capitolio cum principe legationis regis Antipatro, fratris Antiochi filio, foedus ictum est, quod tale fuit:

*Fœderis le-
ges.*

Europa abstineret, Asiaque omni, quæ cis Taurum montem est, decederet. Pro impensis in bellum factis xv. milia talentorum Euboicorum penderet, quingenta præsentia, duo milia quingenta pace Romæ comprobata; mille deinde talentum per duodecim annos singulos. Eumeni regi cccc. talenta redderet, ac frumentum patri eius debitum. Obfides viginti arbitrato Consulis daret. Annibalem insuper Pœnum, Thoantem Ætolum, aliosque

aliosque belli concitatores dederet. Latius atque disertè satis Liuius fœderis huius conditiones explicat libro xxxviii.

Decem idcirco legati ex Senatu in Asiam decreti sunt ad eius fœderis res disceptandas constituendasque. Eumeni deinde regi Asiæ, Rhodiorumque sociorum legatis, qui Romam gratulatum de victoria venerant, Senatus est datus. Eumeni in gratiam auxilij præstiti Lycaonia omnis, Phrygia vtraque, & Mysia restituta est, omnesque cis Taurum montem ciuitates, quæ Attali regis stipendiariæ prius fuissent, eæ liberæ atque immunes relicta. Rhodiis Lycia & Caria vsque ad Meandrum amnem sunt data. Interim M. Fuluius Cos. Ambracia longa oppugnatione domita, ad deditionem positis armis facientem Ætolos compulit. quibus ob Atheniensium Rhodiorumque sociorum intercessionem pacis leges à Romanis datæ sunt hæ:

Decem legati in Asiam constituendum rerum causam missi. Liberalitas Romana in fidos socios belli. M. Fuluius Cos. Ætolos ad deditionem compulit. Pacis leges Ætolis data.

Imperium maiestatemque populi Romani conseruato sine dolo malo. Ne quem exercitum, qui aduersus socios amicosque eorum ducetur per fines tuos transire sinito. Hostes eosdem habeto quos populus Romanus, armaque in eos fert, bellumque pariter gerito. Perfugas, fugitiuos, captiuosque reddito Romanis sociisque. Obsides xl. arbitrato Consulis dato. Mille talentum argenti populo Romano pendito. Cephalenia extra pacis leges esto.

Cn. Manlius Cos. acceptis à L. Scipione copiis Gallogræcos, quod Antiochum auxiliis iuuissent, bello adortus, ducibus Attalo Athenæoque Eumenis regis fratribus, per singula oppida circumtulit arma, pacem petentibus stipendium imperauit, rebelles subegit, atque binis hostium castris expugnatis, ex Olympo & Magana montibus pulsos pacem petere postremo coëgit. Autumni deinde exitu Ephesum cum victore exercitu ad hiberna reuersus est. M. Fuluius Cos. eadem ætate perdomitis Ætolis, in Cephaleniam insulam transmissis exercitu, eius ciuitates omnes sine prælio in deditionem accepit, exceptis Samiis, qui obsidionem aliquamdiu tolerarunt. Per vim deinde capti, direpta vrbe, sub corona omnes veniere. Vide Liuium lib. xxxvii. & xxxviii. Zonaram, L. Florum, Orosium, Eutropium, Auctorem de viris illustribus, & alios.

Cn. Manlij Cos. expeditio in Gallogræcos. Cephalenia capta. Samij sub corona veniere.

CENS. T. QVINCTIVS. T. F. L. N. FLAMINIIVS. M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. L. F. XXXXVIII.

Censores in hunc annum creati sunt, P. Scipione Nasica, L. Flacco, M. Catone & M. Glabrione repulsis, T. Quinctius Flamininus & M. Claudius Marcellus. Qui Senatum cum perlegerent, principem dixere III. P. Scipionem Africanum. Quatuor è Senatu tantummodo præterierunt, neminem tamen curuli honore functum. Sic in Equitatu recensendo mitis admodum censura fuit. Substructionem in Capitolio super Æquilibrium, & viam silice sternendam à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Lustrum anno sequenti forte victor M. Claudius Marcellus Cens. condidit, quo censa sunt ciuium capita cclviii. ∞. cccxxviii. vt est rectius in epitome Liuiana. In ipsius autem Liuii multis exemplaribus, xx. præteritis, cccviii. tantum producentur, librariorum, ni fallor, iniuria. Campani cum ex S. C. Romæ ab his Censoribus censi essent, petierunt, vt sibi ciues Romanas ducere vxores liceret. Et si prius duxissent, habere eas: natiq; ante eum diem, quiq; nascerentur, vt iusti sibi liberi heredesque essent. Vtraque res impetrata est. Formiani, Fundani, atque Arpinates, cum anno sequenti ius suffragij Plebiscito obtinuissent, hoc Lustrum primum in Æmilia Formiani & Fundani, in Cornelia Arpinates ab his Censoribus censi sunt, cum antea ciues sine suffragij latione fuissent. Plutarchus autem in T. Quinctij vita scribit, vniuersos hoc Lustrum censos liberis parentibus editos, ciuium Romanorum in numerum Plebiscito relatos fuisse. Vide de hac Censura latius Liuium libris xxxvii. & xxxviii.

Repulsa, P. Africanus princeps Senatus III. Mitis censura. Locationes. Lustrum. Liuius in numerorum notis corruptus.

Prætores.

Sp. Postumius. L. f. A. n. Albinus. Vtramque iurisdictionem sortitus obtinuit: peregrina tamen Q. Fabio Pictori collegæ ex S. C. cessit, vt postea dicitur. Eumenem Asiæ regem, Rhodiorum & Antiochi regis legatos in Senatum duxit. Ad D. Iunium Propr. litteras ex S. C. misit, vt in vltiore prouincia Hispania L. Bæbio Prætori à Liguribus in itinere occiso succederet: Liuius lib. xxxvii.

M. Sempronius. M. f. C. n. Tuditanus. Siciliam sortitus obtinuit, cum vna legione & classe, quæ in ea prouincia erat: & vt duas frumenti decimas imperaret Siculis, earum alteram in Asiam, alteram in Ætoliam mitteret, iussus est: Liuius ibidem.

Prætor sacerdos Romæ propter sacra retentus.

Q. Fabius * Q. f. Q. n. * Pictor. Flamen. Quirinalis. Sardiniam. sortitus. à P. Lici-

P. Licinio Crasso Pontifice Maximo prohibitus est à sacris discedere, & in prouinciâ ire, vt olim patrum memoria A. Postumius Albinus Cos. à Metello Pont. Max. retentus fuerat. Certatum magnis contentionibus inter Prætorem & Pontificem, imperiaque inhibita, & vtrò citroq; pignora capta, & multæ dictæ. Tribunis denique appellatis, prouocatum ad populum est. Religio demum vicit, vt dicto audiens esset Flamen Pontifici, & multæ ex iussu populi remissæ. Ira prouinciæ ereptæ Prætorem magistratu se abdicare conantem Patres auctoritate sua deterruerunt, & vt ius inter peregrinos diceret, decreuerunt; Liuius ibidem. De hoc eodem Q. Fabio Pictore Flamine Quirinali mentionem rursus facit Liuius libri xlv. fine, mortuum scilicet anno vrbs dxxxvi. ipsum esse; vbi prænomen eius mendosè M. legitur pro Q. in corruptis exemplaribus. Nec satisfaciunt qui prænomen istud M. in N. ex denariorum antiquorum coniectura mutare volunt, historiæ, quam Liuius hic adfert, immemores.

Liuij locus non bene correctus.

L. Plautius * P. f. C n * Hupsæus. Hispaniam citeriorem sortitus obtinuit cum vna legione C. Flaminij Propr. & supplemento mille Romanorum peditum, & duorum milium ducentorumque equitum ex focis Latini nominis: Liuius.

L. Bæbius. // f. // n. Diues. Hispaniam. vltiorem. sortitus. in magistratu. occisus. est. In. eius. locum. factus. est. D. Iunius. M. f. L. n. Brutus. Propr.

L. Bæbius per insidias in sinere casus.

L. Bæbio supplementum erat datum mille Rom. pedites, equites quinquaginta, & sex milia peditum Latini nominis, & ducenti equites: ita vt singulas legiones duæ Hispaniæ haberent. In prouinciam cum proficisceretur, ab Liguribus circumuentus, magna parte comitum cæsa, vulneratus ipse sine licitoribus Massiliam profugit, & intra triduum expirauit. Senatus ea re audita, decreuit, vt D. Iunius Brutus Proprietari mortuo succederet, vt postea dicitur ex Liuius.

Captiuorum Romanorum vindex Labeo.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Labeo. classem. atque. oram. maritumam. Græciæ. contra. Antiochum. sortitus. obtinuit, L. Æmilio succedens: sed deuicto iam Antiocho, marique pacato, cum nulla esset belli materia, ne otiosam prouinciam habuisse videri posset, in Cretam traiecit, & ab eius insulæ ciuitatibus Romanos captiuos omnes exegit. Inde in Thraciæ oram reuersus, ab Æno & Maronia Antiochi præsidia deduci iussit, vt in libertate eæ ciuitates essent. Ex Cos. Manlij mandato Pataram profectus, regis Antiochi naues tectas quinquaginta, quas Antiochus ex fœdere inuito retinere non poterat, concidit cremavitque. Telmessio deinde recepta, cum tota classe rediit in Italiam: Liuius xxxv i i. fine, & xxxv i i i. principio, Val. Max. lib. vi i. cap. iii.

Ædiles curules

Ap. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. P. Sulpicius * P. f. Ser. n * Galba. Frumentarios ob annonam compressam damnarunt, & ex pecunia multatitia duodecim * arata clypea in Capitolio posuerunt. Ludos Romanos ter instaurarunt: Liuius lib. xxxviii.

*Frumentarij damnati. * arata forte melius.*

Ædiles plebis

Q. Fuluius. Cn. f. M. n. Flaccus. M. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Ludos plebeios quinquies totos instaurarunt. Flaccus, vno reo damnato, signa aurata duo in Capitolio posuit: Liuius lib. xxxviii.

Tribuni plebis

Appellati à Q. Fabio Pictore Prætore Sardinæ, populi concilium coegerunt. Cuius iussu multæ remissæ, & Prætorem, cum Flamen esset Quirinalis, Pontifici Max. obedire, & Romæ apud sacra manere coactus est: Liuius lib. xxxvi.

P. Sempronius * P. f. Ti. n * Gracchus. C. Sempronius. // f. // n. Rutilus. M. Acilius Glabrio post triumphum (magnis competitoribus T. Quintio, M. Marcello, M. Catone, P. Nasica,) nimis citò Censuram ambienti diem dixerunt: quod pecuniæ regiæ, captæque aliquantum prædæ in Antiochi castris, neque in triumpho, neque in ararium detulisset. Varia testimonia legatorum Tribunorumque militum fuere, & M. Cato ante alios conspicuus, & reo aduersus: cuius summam auctoritatem toga candida tunc eleuabat admodum. Is testis, quæ vasa aurea & argentea captis castris inter aliam prædam vidisset, ea se in triumpho negabat vidisse. Postremò, in huius inuidiam desistere se petitione Glabrio dixit; quando quod taciti indignarentur nobiles

M. Acilius Glabrio Consulæ pecuniæ accusatus.

M. Cato per iurium habetur.

nobiles homines, id æquè nouus competitor inæstimabili periurio incesseret. Cætum milium reo multa irrogata erat, bis de ea re certatum est, tertio cum de petitione destitisset, nec populus de multa suffragium ferre voluit, & Tribuni eo negotio destiterunt. Creati ex candidatis Censores Consularium primi T. Quinctius & M. Marcellus: Liuius lib. xxxvii. fine.

Q. Terentius * Q. f. * // . n. Culeo. Legem de ciuitate Romana tulit, vt omnes liberis parentibus editi, eo Lustrò censi à Censoribus, ciuium Romanorum in numerum reciperentur: Plutarchus in Quinctio.

Terentia lex de ciuitate.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

C. Atilius * M. f. C. n * Serranus. C. Decimius // . f. // . n. Flauus.
 [C. Petillius. C. f. Q. n. Spurius] C. Mænius * C. f. L * nepos.
 [Q. Fictorius * Q. f. * // . nepos] [C. Næuius. // . f. // . n. Crispus]
 Q. Platorius. Q. f. Q. nepos]

Quæstores. vr bani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Manli. Cos. in Asia.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Fului. Cos. in Ætolia.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Tuditani. Pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Plautij Pr. in Hisp. citer.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Bæbij Pr. in Hisp. vltèr.
 // . // . // . f. // . n. // .

Q. Fabius * N. f. N. n * Buteo. Prætorem Gallia nominat hunc postea Liuius, & v. virum agris dirimendis anno dxxcv. vt suo loco probabimus.

P. Cornelius * A. f. * // . n. Mammula. Qui mendosè Liuij libro xl. cognomine Mamercus, vbi eum inter Prætore anno dlxxii. nominat. Nam pater eius fuisse videtur A. Cornelius Mammula, qui Prætor Sardinia anno dxxxvi. fuit. Nec obstat quin & fratrem eius fuisse putemus A. Mammulam, qui Prætor anno dlxii. reperitur.

Liuij locum.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Tres fratres Postumius Consulares produnt nobis Capitolini Fasti, insinuantque filios fuisse A. Postumij, qui Flamen Martialis & Cos. anno dxi. & octauo post anno Censor fuit. Aulum & Spurium antea nominauimus. Lucius hic tertius fuit: cuius, vt aliorum item, magistratus omnes ordine suo sequentur.

Q. Mucius. Q. f. P. n. Scæuula. Patre Prætorio natus, qui Sardiniam bello Punico secundo per quadriennium rexerat, nec diu post Romam reuersus anno dxliii. x. vir sacrorum mortuus est, vt ex Liuiò constat. Duos reliquit filios, hunc Quinctum, & alterum Publium: quos Liuius simul Prætore fuisse tradit, ac deinde Coss. reperiuntur in Fastis Capitolinis.

P. Ælius. P. f. P. n. Ligus. Qui sic Cos. nominatur in Capitolinis marmoribus. Ligurem cognomine vocat Liuius, & post Consulatum inter quinque legatos Illurici recenseret libro xlv.

T. Æbutius * T. f. T. n * Carus. Qui Prætor postea sequetur, & iii. vir colonia deducendæ ante Præturam fuit, teste Liuiò lib. xxxix. Sed libro xlii. vitiosè Parrus cognomine, pro Carus legitur in exemplaribus vulgaris.

M. Titinius * L. f. L. n. Curuus *. Cuius pater fuisse videtur, qui inter decem legatos Macedonia nominatur à Liuiò lib. xxxi. Hic ad Præturam anno dlxxv. peruenit, quo duo M. M. Titinij Prætore reperiuntur apud Liuium, prænominibus patriis aique distinguendi. Quorum alter cognomine Curuus appellatur in quibusdam Liuianis exemplaribus, in fine lib. xl.

M. Pinarius. // f. // n. Posca. Patriæ gentis antiquissimæ ab Euandri & He- culis temporibus Pinarij celebres summis magistratibus fuere ab initio Rom. repu- blicæ: sed post Consulatum plebi communicatum defecisse & plebeios factos, nec supra Præturam eos ascendisse, colligimus ex Annalibus. Hic Posca Prætor Sardiniam biennio obtinuit, vt ex Liuij XL. libro demonstrabimus.

Prouinciæ prorogatæ.

C. Lælius. C. f. C. nepos. Procos. Galliam. Cisalpinam. prorogato. in. an- num. imperio. cum. suo. exercitu. obtinuit: Liuius lib. xxxvii.

Victoria de Lusitanis.

L. Æmilius. L. f. M. n. Paullus. Hispaniam. vltiorem. Procos. in aduentum successoris vsque obtinuit. Tumultuario exercitu collecto, cum Lusitanis feliciter pugnavit, fusi fugatique sunt hostes, cæsa decem & octo milia armatorum, tria milia treceti capti, & castra expugnata. Huius victoriæ fama tranquilliores in Hispania res fecit, eiusq; ob causam Romæ fuit supplicatum: Liuius lib. xxxvii. sine. Plutarchus in L. Paulli vi- ta victoriam adauget, binis præliis circiter triginta hostium milia occisa, & oppidis ccl. in deditionem acceptis pacatam prouinciam reliquisse scribit. Et Velleius ex hac victo- ria Paullum triumphasse vult: quod Liuius ac Capitolini Facti triumphales, in quos com- mentamur nunc, non agnoscunt. Velleio tamen consentiunt antiqui nummi & marmo- ra, de quibus agam postea suo loco.

Mutat ex S.C. prouin- ciam D. Bru- tui.

D. Iunius. M. f. L. n. Brutus. Propr. Etruriam. prorogato. in. annum. im- perio, cum eo exercitu qui in prouincia erat, obtinuit. Postea tamen L. Bebij cæde au- dita Senatus decreuit, vt prouincia exercituq; traditis vni, cui videretur, ex legatis, ipse in vltiorem Hispaniam proficisceretur, eaq; ei prouincia esset. Itaque S. C. cum litteris vrbanus Prætoris accepto, profectus est in Hispaniam C. Iunius Proprætor: Liuius.

M. Tuccius. // f. // n. nepos. Propr. Bruttios & Apuliam prorogato in annum im- perio cum exercitu qui in ea Prouincia erat, obtinuit: Liuius.

L. Oppius. // f. // n. Salinator. Propr. Sardiniam prorogato imperio obtinuit, eius successore Q. Fabio Romæ, ne à sacris abesset, à P. Licinio Pont. Max. retento. Frumenti duas decimas à Sardis exigere, & in Asiam Ætoliamq; ad exercitus mittere iussus est: Liuius xxxvii.

Pro. Quæstorib. f. f.

//. // . // . f. // . n. // . C. Læli. Procos. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . L. Paulli. Procos. in. Hisp. vlt.

//. // . // . f. // . n. // . L. Oppi. Propr. in. Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Tucci. Propr. in. Apulia * Lucerinus. *

//. // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

P. Valerius. M. f. P. n. Læuinus. Q. Petillius * Q. f. Q. n. * Spurinus.

C. Fannius * C. f. * // . n. Strabo. A. Manlius. Cn. f. L. n. Vulfo.

P. Cornelius * P. f. P. n. * Cethegus. P. Cornelius. // . f. // . n. Sifenna.

L. Æmilius. M. f. // . n. Regillus. Propr. Ann. DLXIV.

naualem egit de rege Antiocho Kal. Febr.

L. Æmilius Regillus, qui Prætor superiore anno maritumam prouinciam contra An- tiochum obtinuerat, & nauali prælio regis Præfectum Polyxenidem ad Myonesum deu- icerat, iisdem diebus, per quos comitia Censoria sunt habita, Romam rediit. Extra vr- bem in æde Apollinis Senatus illi datus est, & auditis eius rebus gestis, cum quantis ho- stium classibus dimicasset, quot inde naues demersisset, aut cepisset: magno consensu Pa- trum triumphus naualis ei est decretus. Triumphauit Kal. Februariis, transtulitq; in triumpho vndequinquaginta coronas aureas; pecuniam nequaquam tantam pro specie regij triumphij, tetradragma Attica xxxiv. ∞ . dcc. cistophoros cxxxii. ∞ . ccc. Hæc Liuius lib. xxxvii. sine, de triumpho Regilli. Cuius item extat memoria in denariis anti- quis argenteis cum eius titulo: L. ÆMILI. M. F. REGILLVS. PR. P. Habent Iunonis Sospitæ Lanuinæ imaginem, & currum Regilli triumphalem.

Corona au- rea. Pecunia ma- nubialis. Denarij triū- phales.

L. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Asiaticus. Ann. DLXIV.

Procos. ex Asia de rege Antiocho pridie K. Mart.

L. Cornelius Scipio belli Antiochini victor, quam laudem frater Publius, Africa oppres- sa, cogno-

L. Scipio, A- siaticus ex victoria di- cta.

sa, cognomine ipso præ se ferebat, eandem sibi ex Asia nomine assumpsit, & Asiaticus appellari voluit, ut auctores habemus Ciceronem & Liuium. Colligimus ex nummis eius antiquis argenteis, Asiaticum etiam cognomine prius dictum fuisse, in quibus victoriæ atque triumphum memoriam expressam videmus, Iouem scilicet in quadriga triumphali, qui fulmen vibrat, & sceptrum tenet, quasi Iouis vnus auxilio victoriam ac triumphum obtinuerit. Adscriptus titulus talis: L. SCIP. ASIAC. Romam verò L. Scipio venit haud ita multò post Regilli triumphum, & in Senatu, & in concione de rebus ab se gestis disseruit. Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei fuisse interpretarentur, gloriam eius victoriæ defloratam ad Thermopylas esse. Ceterum verè æstimantibus Ætolicum potius, quàm regium bellum ad Thermopylas visum: vbi exigua parte suarum virium dimicauit Antiochus. In Asia omnes regis vires stetit, contractis totius Orientis auxiliis: Maximi igitur honores sunt habiti diis immortalibus, quòd ingentem victoriam facilem quoque fecissent: & L. Scipioni triumphus est decretus. Triumphauit mensè intercalario pridie Kal. Martias, anno ferè posteaquam Consulatu abiisset. Et eius triumphus spectaculo oculorum maior, quàm Africani fratris fuit: sed recordatione rerum gestarum, periculorum, & certaminis æstimatione non magis comparandus, quàm si imperatorem imperatori, aut Antiochum Annibali conferres. Tulit in triumpho signa militan-
Asiacus antiquæ. Denarij triumphales illius.
Iudicia Senatorum de bello Asiatico.
Manubia optima translata. Aurum & argentum. Vasa.
Prima illecebra luxus in vrbe Roma. Duces captiui. Conciuarium militibus datum. Plinius à Liuiio diuersus.

na ccxxxiv. oppidorum simulachra cxxxiv. eburneos dentes ∞. ccxxx. aureas coronas ccxxxiv. argenti pondo cxlvii. ∞. cdx. tetradrachmum Atticorum ccxxiv. ∞. vasorum argenteorum (omnia cælata erant) mille pondo & ccccxxiv. aureorum, mille pondo viginti quatuor. Atque huius idè victoriam mores vrbe Romanæ ad cælatum argentum, vestes Attalicas, triclinia ærata, aliòsque luxus Asiaticos inclinasse scribit Plinius lib. xxxvii. cap. primo. Duces autem, regij Præfecti, & purpurati triginta duo ante currum ducebantur. Militibus quini viceni denarij dati, duplex centurioni, triplex equiti: & stipendium militare, & frumentum duplex post triumphum datum: prælio in Asia factò duplex item dederat. Hæc ferè Liuius in fine libri xxxvii. Ceterum Plinius lib. xxxvii. cap. xi. in auri & argenti cælati, quod transtulit Scipio, quantitate non parum discrepat. Eius verba hæc sunt: Asia primùm deuicta luxuriam misit in Italiam: siquidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo milia quadringenta quinquaginta: & vasorum aureorum pondo centum milia, anno conditæ vrbe DLXV. Sed videndum vbinam error in altero ex his lateat: qui facilè librariis obrepit in numerorum notis. Triumphus huius meminerunt insuper Cicero, Pædianus, Valerius Max. Eutropius, & alij plures:

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Labeo. Pr. Ann. DLXIV.

naualem egit ex Creta. // // //

Q. Fabium Labeonem Prætorem, cui post Regillum naualis prouincia obuenerat, deuictam Antiocho, ad classem venisse refert Liuius ex Valerio Antiate. In Cretam cum exercitu traiecit, cum nullam sibi in Asia triumphum materiam relictam cerneret. Magnus in ea insula captiuorum Rom. & Italici generis numerus in seruitute esse dicebatur, indeque quatuor milia reducta, causam Fabio fuisse (cum nullam aliam rem gessisset) naualis triumphum impetrandi à Senatu. Sed eius neminem præter Antiatem habet auctorem Liuius xxxvii. Et postea lib. sequenti Cn. Manlius Procos. in oratione pro triumpho suo, Senatam Tribunos plebis huic Labeonis triumpho intercedentes, ab incepto sua auctoritate deterruisse affirmat. Verba eius sunt hæc: Nullius equidem inuideo honorem, P. C. Vos Tribunos plebei nuper viros fortes ac strenuos, impediens Q. Fabij Labeonis triumphum, auctoritate vestra deterruistis. Triumphauit, quem non bellum iustum gessisse, sed ne hostem quidem vidisse inimici iactabant. Reperimus huius quoque triumphum memoriam in nummis argenteis antiquis expressam; in quibus videtur Romæ caput galea alata tectum, & Iupiter cum fulmine & sceptro in quadriga, sub cuius equis rostrata nauis, quæ nota est naualis triumphum parti, tamquam ex insula, in qua Iouem educatum fabulantur poetæ. Adscriptum: Q. FABI. LABEO. ROMA. Pictura nummi in Goltzianis extat.

Denarij triumphales Labeonis. Iupiter in Creta educatus.

ANNI P. R. C. DLXV.

Consules.

C. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. M. VALERIVS. M. F. ^{N.} N. MESSALLA.

EOSDEM Consules habent Liuius & Cassiodorus. Sic Iulius Obsequens M. Messallam & C. Liuium nominat, prodigia eius anni enarrans. In tabulis Græcis Salinatorem & Messallam legimus: in Mariano M. Messallam, C. Liuium Salinatorem. hunc Cato maior suum æqualem vocat apud Cicéronem in dialogo de senectute.

*Provincia vt
decreta.*

Cn. Manlio & M. Fulvio prorogatum imperium: nam de Ætolia & Asia nihil mutatum eo anno. Consulibus, alteri Pisæ cum Liguribus, alteri Gallia decreta est: vt que nouos exercitus binas legiones scriberent, sociisque Latini nominis quindena milia peditum, mille ducentos equites imperarent. Messallæ Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Inde legiones quæ sub C. Lælio fuerant, ad M. Tuccium Propr. (cui prorogatum imperium) in Bruttios traductæ, quique ibi erat exercitus, dimissus. M. Sempronio mandatum, vt classem è Sicilia Romam traderet. Pro Hispaniis legiones singulæ, quæ in prouinciis tum erant, decreta; & vt ambo noui Prætores terna milia peditum, ducentos equites in supplementum sociis imperarent, secumque transportarent. Hæc Liuius.

Campani ex S. C. quod priore anno fuerat factum, Romæ censu primùm fuerunt. Consules procuratis prodigiis in prouincias profecti, nihil memoratu dignum gessere. Iulius Obsequens, antiquus auctor, huius anni recensens prodigia, scribit Gallos, qui per Alpes transferant in Italiam, sine prælio eiectos; atque in Hispania prosperè militatum fuisse. Nihil tamen de Consulibus rebus in eius anni historia Liuius, Asiaticis describendis occupator.

Prætores.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Vrbanam iurisdictionem fortitus obtinuit.

*Ob legatos
eorum viola-
tos Pænis de-
diti duo ci-
ues.*

Huius iussu L. Minucius Murtulus & L. Manlius, quod legatos Carthaginenses pulsasse dicebantur, per Feciales traditi sunt legatis, & Carthaginem aucti, quemadmodum Liuius obiter in huius anni postremis actis annotauit lib. xxxviii. Memorat hoc factum inter exempla fidei publicæ Valerius Max. lib. vi. cap. vi. sed anno sequenti M. Emilio Lepido, C. Flaminio Coss. Minucium & Manlium deditos à Claudio Pr. scribit fuisse ex Senatus decreto. Et quia Liuij satis indicat historia, post Consules Prætoresque nouos creatos hoc accidisse, colligimus & opinamur, istius causæ cognitionem ad vrbs Prætorem hunc M. Claudium extremis ferè magistratus diebus à Senatu fuisse delatam, & ipsum postea, cum iam Lepidus & Flaminius noui iniissent Coss. iudicio legitime peracto, damnasse reos, atque ex Senatus decreto per Feciales legatis dedidisse. Quod quidem non animaduertent librarij correctores, qui ex Valerij exemplaribus Prætoris Claudij nomen, quia Consulibus annoue non respondebat, expunxere; quod tamen in multis manuscriptis codicibus reperiebatur. Et me quidem id ipsum, vt ingenuè fatear, non minùs fefellit; cum ante plures annos diligentissimi doctissimi que typographi Christophori Plantini rogatu, Valerium ex vetustis exemplaribus corrigerem. Vt enim iam dictis Consulibus congruus in Valerio haberetur Prætor, opinabar pro Claudio rectius Culeonem reponi debere, qui Lepido & Flaminio Coss. Prætor peregrinus fuit, vt Annalis sequens docebit. Sed errorem meum iam adducta ratio declarat.

P. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. Iurisdictionem, inter. ciues. & peregrinos. obtinuit: Liuius libro xxxviii.

Q. Marcus L. f. Q. n. Philippus. Siciliam. fortitus. cum. vetere. exercitu. sed. sine. classe, obtinuit: Liuius.

C. Stertinus // f. // nepos. Sardiniam. fortitus. obtinuit: Liuius.

L. Manlius L. f. L. n. Acidinus. Fuluianus. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit. cum. vetere. legione, & supplemento ex sociis trium milium peditum, ducentorum equitum: Liuius.

C. Arinius. * M. f. M. n. * Labeo. Hispaniam. vltiorem. cum. legione. quæ. illic. erat, & supplemento trium milium peditum, ducentorum equitum ex sociis obtinuit: Liuius.

Ædiles

Ædiles curules

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 P. Cornelius * P. f. P. n * Sulla. L. Quinctius * T. f. T. n. * Crispinus.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 M. Licinius. // . f. // . n. Lucullus. T. Mænius *. L. f. C * nepos.

Tribuni plebis.

C. Valerius C. f. // . nepos. Legem de Formianis, Fundanis, Arpinatibusque
 municipibus promulgavit, vt iis suffragij latio, sine qua habuerant antè ciuitatem, efferet. *Valerij lex de*
 Huic rogationi quatuor Tribuni plebis, quia non ex auctoritate Senatus ferretur, cum *(suffragij la-*
 intercederent; edocti, non Senatus, sed populi ius esse suffragium, quibus velit impar- *tionem Funda-*
 tiri, destiterunt incepto. Rogatio perlata est, vt in Æmilia tribu Formiani & Fundani, *norum, For-*
 in Cornelia Arpinates ferrent. Atque in his tribubus tunc primùm ex Valerio plebiscito *mianorum;*
 censi sunt: *ac Arpina-*
 Liuius lib. xxxviii. *tium.*

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ius impar-
tienti suffra-
giy ciuius pe-
nes populums.

M. Claudius // . f. // . n. Marcellinus. [P. Minucius * P. f. P. n * Rufus]
 Q. Næuius. // . f. // . n. Matho. P. Sempronius. * P. f. C. n * Longus.
 Cn. Sicinius * C. f. C. n * nepos. L. Postumius * T. f. * // . n. Tumpanus.
 [M. Racilius. L. f. M. nepos] [Sex. Roscius L. f. L. nepos]
 [M. Decimius. M. f. // . n. Flauus]

Quæstores vrbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

// . // . // . f. // . n. // . C. Liuij. Cos. in. Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Messalla. Cos. in. Liguria.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Philippi. Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Stertini. Pr. in. Sardinia.

Q. Fabius * Q. f. Q. n. Maximus * L. Manli. Pr. in. Hisp. citeriore.
 Declarat hoc Liuius in ouatione Manliana libro xxxix. sicut suo loco postea docebi-
 mus. Hic Q. Maximi Labeonis frater videtur fuisse, & Q. Verrucossi nepos ex maiore
 filio Q. Fabio Maximo, qui Cos. anno dxi. fuerat. Notandum quidem, in Fabia gentis *Singulare*
 Maximorum domo familiare fuisse, fratres non prænominibus, sed agnominibus distin- *quid in Fa-*
 guere: atque omnes ferè Quintos prænominibus nuncupatos fuisse, vel à primo Rulliano, *bia gentis*
 vsque ad Paullum Fabium Maximum, qui sub Augusto Cos. fuit, & cognomen in præ- *Maximorum*
 nomen mutauit. *domo.*

// . // . // . f. // . n. // . C. Atini. Pr. in. Hisp. vltiore.
 C. Licinius. C. f. P. n. Crassus. P. Licinius. C. f. P. n. Crassus.

Tres eo tempore Crassi fratres in republica potentes fuisse videntur: è quibus hi duo *Tres Crassi*
 Consules sequuntur etiam in Fastis Capitolinis. Tertius Crassus fuit, cuius apud Liuium *Liciniy fra-*
 mentio est libro xl. vt in Annali dlxxiv. dicemus. *tres.*

C. Claudius * C. f. Ti. n * Nero. Qui Prætor anno dlxxii. sequetur. Filium
 fuisse C. Neronis qui Cos. cum M. Salinatore vicit & occidit Asdrubalem in prælio ad
 Metaurum, opinari ex annorum intervallo possumus.

P. Mucius. Q. f. P. n. Scæuula. Frater Q. Scæuulæ, quem Quæstorem anno su-
 periore adduximus. Ambo Consules sequuntur, & eorum extant nomina in Fastis Capi-
 tolinis.

M. Titinius * Q. f. Q. * nepos. Prætor Hispaniam citeriorem rexit per triennium, auctore Liuo. Verisimile est igitur & minores ipsum hoc ferè tempore magistratus ob-
iisse.

T. Fonteius * T. f. * // . n. Capito. Cuius item Prætura sequetur. Filius potuit esse T. Fonteij, qui legatus P. Scipionis Africani in Hispania anno DLXI. fuit, vt Liuius auctor est lib. xxv. & xxvi.

M. Æmilius * M. f. M'. n * Lepidus. Hunc nominat inter III. viros qui Mutinam Parmamque colonias anno DLXX deduxere: Liuius libri xxx. fine. Filius fortè fuit M. Lepidi, qui Prætor anno DXXXV. fuit, & repulsam Consulatus anno sequenti passus est.

Prouinciæ. prorogatæ.

M. Fuluius. M. f. Ser. n. Nobilior. Procos. prorogato. in. annum. imperio. Ætoliæ. obtinuit: Liuius.

Ariarathes Cappadox militatus, & in amicitiam receptus. Gallogræcis pacis leges datur. A Thracibus oppugnati Romani.

Cn. Manlius. Cn. f. L. n. Vulfo. Procos. Asiam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Fœdus cum Antiocho rege ex decem legatorum sententia conscripsit, conditionesque etiam aggrauauit. Ariarathi Cappadocum regi, quod auxiliis Antiochum iuisset, ducenta talenta argenti imperauit. Eius tamen dimidia pars postea Eumenis regis in gratiam, cui filiam desponderat, illi remissa est, ipseque in amicitiam à Procos. acceptus. Inde Gallogræcorum regulis leges, quibus pacem cum Eumene rege, vicinisque Romanorum sociis seruarent, dixit. Rebusque in Asia ex S. C. constitutis, remuneratiq. passim sociis, Procos. Manlius, & decem legati cum omni exercitu & magna præda in Europam traiecere: & per Thraciam profecti, in itinere prædæ partem amiserunt, à Thracibus non semel oppugnati, magnoque labore per Macedoniam Thessaliamque in Epirum peruenerunt, vbi Procos. Apolloniæ cum exercitu hibernauit: Liuius lib. xxxv. III. Zonaras, Appianus in Suriaca, & alij.

M. Tuccius // . f. // . nepos. Propr. Bruttios. & Apuliam. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit, iussus mutare exercitum, & C. Lælij Procos. legiones è Gallia traductas accipere, suas dimittere: Liuius.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

// . // . // . f. // . n. // . M. Fului. Procos. in. Ætoliæ.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Manli. Procos. in. Asia.

// . // . // . f. // . n. // . M. Tucci. Propr. in. Apulia. Lucerinus.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Q. Mucius. Q. f. P. n. Scauula. L. Postumius. A. f. n. Albinus.

P. Cornelius. // . f. // . n. Sifenna. A. Manlius. Cn. f. L. n. Vulfo.

P. Cornelius. P. f. P. n. Cethegus.

ANNI P. R. C. DLXVI.

Consules.

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. C. FLAMINIVS. C. F. C. NEPOS.

M Aimilium Lepidum, C. Flaminium, habent Liuius, Zonaras, & Cassiodorus: Valerius Maximus autem lib. vi. cap. vi. M. Æmilium Lepidum, L. Flaminium, sed mendose. Sic tabulæ Græcæ perperam Lepidum & Flaminium produunt. Strabo lib. v. rectè M. Lepidum, C. Flaminium eodem in Consulatu collegas fuisse, victores autem Ligurum, vias statuisse scribit.

Prouinciarii constituto. Bellus in Asia confectus, exercitus dimissi.

Consulibus ambobus Ligures prouincia decreta: nam Asia deuicto Antiocho in potestatem redacta, deuictis Gallogræcis Ætolico bello confecto, Manlium Fuluiumque Procos. decedere de prouinciis, exercitus inde deducere, ac Romam redire placuit. Qui tardius tamen ob causas priuatas ad urbem reuersi sunt. In Italia veteres omnes milites dimissi: Consulibus autem novos exercitus scribere permissum. Hæc Liuius obiter tantum

tantum de reipub. constitutione lib. xxxviii. Hispaniarum verò Prætoribus anni prioris imperium prorogatum fuisse patet ex eius lib. xxxix.

Grauis pestilentia vastauit urbem agrisque: quapropter supplicatio per triduum pro valetudine populi facta est, ex x. virum decreto.

C. Flaminius Cos. Apuanos, Friniatesque Ligures pluribus præliis secundis in agro eorum factis subegit, armisque ademptis in deditioem accepit. M. Æmilius montanos Ligures, qui Balistam Suifmontiumque tenebant, incendiis & propulationibus vicorum coactos in aciem descendere, iusto prælio deuicit, in quo & ædem Dianæ vouit. Subactis cis Apenninum omnibus, tunc Transapenninos, & in his item Frinates, quos Flaminius non adierat, adortus, agris vicisque eorum exustis depopulatisque, domuit, armaque his ademit, & de montibus in campos deduxit. Quietam deinde nacti ambo Consules prouinciam, vias Æmiliam & Flaminiam militum operâ strauerunt; Flaminius à Bononia Aretium; Æmilius à Placentia, vt Flaminia committeret, Ariminum perduxit: Liuius lib. xxxix. & Strabo lib. v. qui iisdem Consulibus, Antiocho mortuo, filium Seleucum successisse tradit.

Censulum in Liguribus res gesta.

Via per Flaminiam militum operâ strata. Flaminia est Æmilia.

Prætores.

Ser. Sulpicius * Ser. f. Ser. n. * Galba. urbanam. sortitus. iurisdictionem. obtinuit. Cn. Manlio Procos. è prouincia Romam redeunti ad ædem Bellonæ Senatū dedit. Ex Petillio plebiscito ad Senatū retulit, quem Prætorem de pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho, quiq̃ue sub eius imperio fuerunt, quærere velint. Q. Terentium Culeonem Patres iusserunt: Liuius lib. xxxviii. Idem de triumpho M. Fuluij Nobilioris Procos. ad Senatū retulit: lib xxxix. Liuius.

Q. Terentius * Q. f * // . n. Culeo. Iurisdictionem. inter. ciues. & peregrinos. sortitus. obtinuit. Ex rogatione Petillia & S. C. de pecunia ab Antiocho rege capta in Scipiones quæsiuit: reorumque L. Scipionis imperatoris duorumque legatorum eius A. & L. Hostiliorum Catonum, & C. Furij Quæstoris, duorumque scribarum, & accensu nomina recepit. Absolutis ceteris, L. Scipionem, A. Hostilium, C. Furium damnauit: Scipionem sex millia pondo auri, quadragies & octuaginta argenti pondo plus accepisse, quo commodior pax Antiocho daretur, quàm in ærarium retulisse. A. Hostilium Lxxx. pondo auri, & argenti ccciiii. C. Furium Quæstorem auri cxxx. pondo, argenti cc. Hostilium & Furium damnati, prædes eodem die Quæstoribus urbanis dederunt. Scipio cum contenderet omnem quam accepisset pecuniam in ærario esse, nec se quidquam publici habere: tantum auri argentiq̃ue indicatum esse in domum L. Scipionis illatum, quantum venditis omnibus bonis redigi non posset, in vincula duci est cœptus. Nam aduersus ea Terentius Prætor rogationem Petilliam, & S. C. & indicium de L. Scipione factum recitauit, Se nisi referatur pecunia in publicum, quæ indicata sit, nihil habere quod faciat, nisi vt prehendi damnatum, & in vincula duci iubeat. Appellati à reo & P. Scipione Nasica Tribuni plebis: & solus ex eo collegio Ti. Gracchus edicto Prætoris sic intercessit: Quod indicatum, è bonis L. Scipionis redigere Prætorem posse; L. Scipionem in carcerem duci, & inter hostes populi Rom. in vinculis esse non se passurum, miti- que eum se iubere. Intercessione hac facta, in bona deinde L. Scipionis possessum publicè Quæstres Prætor misit: detectaque est calumnia, quòd neque in ijs non modò vestigium vllum comparuit. regie pecuniæ; sed nequaquam tantum redactum est, quantæ summæ damnatus fuerat. Collata pecunia à cognatis, amicisque & clientibus L. Scipioni, vt si acciperet eam, locupletior aliquantò esset, quàm ante calamitatem fuerat. Nihil accepit: quæ necessaria ad cultum erant, redempta ei à proximis cognatis sunt, versaq̃; est à Scipionibus inuidia in Prætorem, & consilium eius, atque accusatores. Alij hunc Prætorem aded à amicis Cornelie familie tradunt, vt P. Africani mortui exequias, sicut antea triumphum eius, pileatus celebrarit, & mulsū funus prosequutis dederit, quòd ab eo inter alios captiuos ex Africa receptus fuisset. Alij aded inimicum eundem voluisse, vt propter insignem simultatem ab aduersariis Scipionum delectus sit potissimum ad eam quæstionem exercendam. Ab hoc tam æquo vel iniquo Prætore Scipiones damnati.

Quæstio in P. & L. Scipiones fratres.

Iniustitia estimatio.

Iusta L. Scipionis querela.

Ti. Gracchus Tribuni plebis aq̃uissima intercessio.

Detecta calumnia.

Vincit veritas tandem.

Legatis sociorum Latini nominis, qui toto vndique ex Latio frequentes Romam conuenerant, in Senatu querentibus, magnam multitudinem ciuium suorum Romam commigrasse, atque ibi censam esse: Senatus Q. Terentio Prætori negotium dedit, vt eos conquireret, & redire ed cogeret, vbi à C. Claudio & M. Liuii Censoribus, & sequentibus ipsos, parentes eorum censos esse, socij probassent. Hac conquisitione xii. milia Latino- rum

Roma peregrinis euacuatur.

rum domos redierunt, iam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. Omnia latiffimè Liius libri xxxviii. fine, & xxxix. principio. Plutarchus in Catone, & Apphtheg. Appianus in Suriaca, Gellius lib. iiii. cap. xviii. & lib. vii. cap. xix. Auctor de viris illuftribus cap. xlix. lxxx. & lvii. Seneca de confolatione ad Polybium cap. xxx. & alij. Ex his cognofces, Lector, quàm diuerfimodè turpis illius iudicij hiftoria referatur ab antiquioribus, ob familiarum fortaffis adulationem, omnibus inexpiabilis infamiæ inuidiam à fe declinantibus.

Opprimit hiftoria veritatem adulatione.

Prætor ty-ranno imperium ademptum, & Cenomanni iniquè lafi refiftuti.

M. Furius. // . f. // . n. Craffipes. Galliam cisalpinam fortitus obtinuit. In pace belli speciem quærens, Cenomannis in fontibus bellum intulit, armaque ademit. Id Cenomanni conquefti Romæ sunt apud Senatū. Quorum cauffa cognitio M. Emilio Confuli, vt propinquiore, mandata eft. Magno certamine cum Prætor habito, Cenomanni tenuerunt cauffam, quibus arma reddita, Prætor decedere prouincia iuffus eft: Liius lib. xxxix.

Ap. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. Tarentum. fortitus. obtinuit: Liius xxxix.

L. Terentius. // . f. // . n. Maffa. Siciliam. fortitus. obtinuit: Liius ibidem.

Q. Fuluius. Cn. f. M. n. Flaccus. Sardiniam. fortitus. obtinuit: Liius ibidem.

Ædiles curules

P. Cornelius L. f. P. n. Cethegus. A. Postumius. A. f. A. A. n. Albinus. Ludos Romanos fecerunt, quibus malus in circo inftabilis in fignum Pollentiæ procidit, atque id deiecit. Eà religione moti Patres, & diem vnum adijciendum ludorum celebratati cenferunt, & figna duo pro vno reponenda, & nouum auratum faciendum. Sic Liius lib. xxxix. In cuius poftremis his verbis mendum fufpicor: in quibus fortaffis rectius pro voce (nouum) legeretur (malum) vel fi verba fpectant ad Pollentiæ figna reponenda, fcribere ea oportet multitudinis numero (noua aurata faciunda.)

Ædiles plebis

C. Sempronius * Cn. f. C. n * Blæfus. M. Furius. // . f. n. Lufcus. Ludos plebeios diem vnum inftaurarunt: Liius lib. xxxix.

Tribuni plebis

Q. Petillius * Q. f. Q. n * Spurius. Q. Petillius. C. f. Q. n. Spurius.

Principes ciuitatis optimè de reip. meriti Scipiones fratres, M. Antonis ac aliquot Tribunorum plebis calumnijs opprimuntur. Culpam nefciunt, merita fua recenfunt. Obiecta ad concitandam inuidiam.

P. Scipioni Africano die ad populum dicta, fufpicionibus magis quàm argumentis certis pecuniæ ab Antiocho captæ, quo commodior illi pax daretur, reum fecerunt, M. Catone, vt plures opinantur, auctore, Scipionibus mirum in modum aduerfo & inimico. Nec alius antea quisquam, nec Scipio ipfe Conful Cenforve maiore omnis generis hominum frequentia, quàm reus illo die in forum eft deductus. Iuffus dicere cauffam, fine vlla criminum mentione orationem adeò magnificam de rebus ab fe geftis habuit, vt fatis conftaret, neminè vmquam neque melius, neque verius laudatum effe. Tribuni obiecere veterem in Sicilia luxuriam, & erga milites indulgentiam: denique filium captum fine pretio redditum, omnibusque alijs rebus Scipionem ab Antiocho cultum, velut in vnus eius manu pax Romana bellumque effet. Dictatorem eum Confuli fratri, non legatum in Afia fuiſſe, nec ad aliam rem eò profectum, quàm vt id quod Hispaniæ, Galliæ, Siciliæ, Africae iam pridem perſuaferat, hoc Græciæ, Afia, aliisque ad Occidentem Gentibus appareret, vnum hominem caput columenque imperij Rom. effe. Sub vmbra Scipionis dominam orbis terrarum urbem latere, nutus eius pro decretis Patrum, pro populi iuffis effe. Itaque infamia intactum, inuidia, qua potuerunt, vrgebant. Orationibus in noctem perductis, producta dies eft. Ea vbi venit, Tribuni in Roſtris prima luce confederunt: citatus reus magno agmine amicorum clientiumque ad Roſtra ſubiit, populumque allocutus: Hoc, inquit, die, Quirites, Annibalem Pœnum in Africa felici prælio vici, Carthaginem magna ſperantem leges noſtras accipere coëgi. Itaque cum hodie litibus & iurgiis ſuperfederi æquum fit, ego hinc exemplò ſupplicatum ibo in Capitolium: diis que gratias agam quòd mihi & hoc ipſo die, & ſæpè alias reip. benè gerendæ mentem facultatemque dederunt. Veſtrum quoque, quibus commodum eſt, ite mecum Quirites, & orate deos, vt mei ſimiles principes habeatis. Specioſiſſimam deinde eius orationem clarior

Hercules Ogmion tunc Scipio.

rior euentus sequutus est: omnem enim mox concionem secum in Capitolium traxit, aded vt postremò scribæ viatoresq̃ue Tribunos relinquerent, restaretq̃ue nihil, quàm vt Tribuni sine populo apud populum agerent. Celebratio hic vltimus dies P. Scipioni illuxit. Non cedentibus enim propter hæc Tribunus plebis, diè longiore producta, in Litera-
Voluntarium eius exilium.
 natura præditus, quàm vt reus esse sciret. Absentem nihilominus vexare volentibus inimicis, Ti. Gracchus silentium imposuit. Scipio vitam Literni sine vrbs desiderio ad mortem vsq̃ue egit, moriensq̃ue eodem loco monumentum sibi poni voluit, ne funus in ingrata patria fieret. Pulso, & mortuo demum Africano, creuere inimicorum animi, procellaq̃ue omnis in L. Scipionem fratrem est versa, & M. Catone eodem auctore Petillij denuò rogationem promulgarunt, pertuleruntq̃ue, Vti Senatus vnum è Prætoribus iuberet quærere, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eiusve sociis, in ærarium relata non esset. Qua rogatione damnatus L. Scipio cum legato vno atque Quæstore suo, exercente ex S. C. iudicium Q. Terentio Culeone Prætoris, vt suprâ narratum est. Larè hæc Liuius, Plutarchus, Gellius, Valerius Max. & alij, principes accusationis duos Q. Q. Petillios fuisse plures memorant. Et quia eiusdem fuere prænominis patrueles, vt dixi, suspicor, & parentum prænominibus distinguendos esse. Ceterùm Liuij exemplaria sic habent, P. Scipioni Africano (vt Valerius Antias auctor est) duo Q. Q. Petillij diem dixerunt. Astipulatur his Plutarchus in Catone, & eiusdem Africani rei apophthegmatibus: sed admodum vitata sunt Tribunorum plebis apud hunc nomina.

INGRATA PATRIA. NON HABEBIS OSSA MEA. Petillij rogatio in L. Scipionem, de pecculatu.

M. Næuius. // . f. // . n * Crispus * Hunc tertium P. Scipionis Africani accusatorem nominant Valerius Max. lib. III. cap. VII. & A. Gellius lib. IV. cap. XVII. & ipsum ab reo Africano in Rostris relictum fuisse volunt. Gellius, atque etiam T. Liuius orationem Africani contra M. Næuium habitam ipsorum tempore volunt extitisse: quam nonnulli tamen arbitrabantur fictitiam fuisse. Auctor autem de viris illustribus, P. Scipionem accusatum simul à Petillij & à Næuio, tradit in Africani vita.

C. Minucius * Ti. f. Ti. n * Augurinus. L. Scipioni hunc irrogasse multam, & prædes non dantem, in carcerem ducere voluisse, sed à Ti. Graccho collega repressum, ex quibusdam auctoribus Gellius lib. VII. cap. XIX. scribit, citatq̃ue Tribunicium de L. Scipione collegij decretum, & Ti. Gracchi intercessionem multò aliter quàm Liuius.

L. Muminius * L. f. * // . nepos. Q. Muminius. * L. f. * // . nepos. Et hi fratres videntur fuisse, ex vulgari illa nominandi fratres simul formula, qua & in his vitur Liuius. Rogationi Petillij de iubendo peculatus quæsitore intercedebant, Senatum ex more de pecunia in publicum non relata quærere censentes. Petillij è
L. & Q. Mumini Petillij rogationi intercedunt. M. Catonis oratio de pecunia Antiochi.
 contrâ nobilitatem & regnum in Senatu Scipionum accusabant. Dissuasit Petilliam pro fratre dicens L. Scipio nondum reus: suasisit M. Cato oratione, quam scripsit de pecunia regis Antiochi, & Muminius auctoritate deterruit, ne aduersarentur rogationi. Remittentibus ergo his intercessionum, Petilliam omnes tribus, VII. ROGAS. iusserunt: Liuius.

C. Fannius * C. f. * // . n. Strabo. Appellante L. Scipione Tribunos, ne prehensus in carcerem duceretur, ex sua aliorumq̃ue collegarum, præter Ti. Gracchum, sententia pronuntiauit, Prætori non intercedere Tribunos, quò minus sua potestate vtatur. Solus Gracchus intercessit: Liuius libri XXXVIII. fine, & Gellius.

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n. Gracchus. Piter Gracchorum, cui notabiles erant cum Scipionibus inimicitia. Cùm accusatores Petillij P. Africanum absentem citarent, extrahendumq̃ue è villa ad causam dicendam censerent: appellante Tribunos L. Scipione, & morbum esse fratri, cur non adesset, excusante: collegis diem producentibus, & Ti. Gracchi Tribunatus.
Immortalitate dignus & Ti. Gracchi Tribunatus.
 adesse iubentibus, Ti. Gracchus secessit à collegis; & cùm iurasset verbis conceptis, se non cum Scipionibus redisse in gratiam, ita decreuit: Cùm L. Scipio excuset morbum esse causam fratri, satis id sibi videri: se P. Scipionem, priusquam Romam redisset, accusari non passurum; tum quoque si se appellet, auxilio futurum, ne causam dicat. Ad id fastidium rebus gestis, honoribusq̃ue populi Rom. deorum hominumq̃ue consensu P. Scipionem peruenisse, vt sub Rostris stare, & præbere aures adolefcentium conuitiis, populo Rom. magis quàm ipsi deforme sit. Mouit decretum, & adiecta decreto condigna oratio, non ceteros modò, sed ipsos etiam accusatores, qui deliberaturos se, quid sui iuris & officij esset, dixerunt. Graccho postea in Senatu ab vniuerso ordine ingentes gratiæ sunt actæ, quòd Remp. priuatis simulatibus priorem habuisset. Petillij vexati sunt probris, quòd splendere ex aliena inuidia, spolia ex Africani triumpho petere voluissent. Pro
Summa moderationis & æquitatis decretum.
Vincit proteruissimam rationis maiestas.
 L. Sci-

*Alterum
Ti. Gracchi
decretum pro
L. Scipione.*

L. Scipione in carcerem ducendo contra collegarum sententiam ita decreuit: Quò minus ex bonis L. Scipionis quod iudicatum sit, redigatur, se non intercedere Prætori, L. Scipionem verò, quòd rege opulentissimo deuictò, propagatis in vltimas terras imperij finibus, plurimos hostium duces in triumpho ductos carceri incluserit, non passurum inter hostes populi Rom. in carcere, in vinculis esse, cum hoc indignum & alienum à maiestate populi Rom. censeret, ideoque se mitti eum iubere. Tanto assensu auditum est decretum, adeoque lati homines viderunt dimissum Scipionem, vt vix in eadem ciuitate videretur factum iudicium: Liuius, Gellius, Valerius Max. Cicero de prouinciis Consularibus, & alij plures huius rei mentionem faciunt.

*Aduersus
triumphum
M. Fuluij
Procos. inter
cedit.
Remittit in
tercessionem
M. Aburij.*

M. Aburius. .f. .n. Geminus. M. Fulvio Procos. triumphum petenti se opposuit, & si quid ea de re ante M. Æmilij. Cos. aduentum decerneretur, intercessurum se ostendit. Eum velle contradicere, proficiscentemque in prouinciam ita sibi mandasse, vt ea disputatio integra in aduentum suum seruetur. Vndique omnes alij deprecari Tribunum, a liij castigare, ne publicam suam potestatem pro similitate aliena priuata interponeret: sed maxime Ti. Gracchi collegæ deterritus oratione & auctoritate, cessit. Referente Ser. Sulpicio Prætoris urbano, triumphus M. Fulvio decretus est: Liuius libro xxxix.

.. .. .f. .. n. ..

L. Pupius * P. f. Cn * nepos.

Quæstores vr bani

*Detestandi
cy ac testium
falsitas.*

Ab A. Postumio & C. Furio reis, & cum L. Scipione damnatis, iussi prædes acceperunt. Tum in bona L. Scipionis Asiaticæ possessum publicè sunt à Prætoris missi: è quibus non tantum redigere potuerunt, quantæ summæ reus Scipio damnatus fuerat. Ex pecunia in Cn. Manlij Procos. triumpho translata stipendium olim collatum à populo in publicum, quod eius solutum antea non fuerat, ex S. C. cum fide curaque vicenos quinos & semisses in milia æris soluerunt: Liuius lib. xxxviii. & xxxix.

.. .. .f. .. n.f. .. n. ..

Quæstores prouinciæ.

.. .. .f. .. n. .. M. Lepidi. Cos. } in Liguria.
f. .. n. .. Q. Flamini. Cos. }
f. .. n. .. L. Terenti. Pr. in. Sicilia.
f. .. n. .. Q. Fului. Pr. in. Sardinia.
f. .. n. .. M. Furij. Pr. in. Gallia.
f. .. n. .. Ap. Claudij. Pr. ad Tarentum * Lucerinus *

C. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. Sequitur Prætor in Liuij xl. libro, eiusdemque Consulatus sic extat expressus in Capitolinis tabulis, quæ demonstrant ex tribus Consularibus Claudijs fratribus hunc tertium fuisse.

*Error quorundam de
P. Africani
filio detegitur.*

Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Scipio. Qui Prætor Galliam decennio post cum Læuino sortitus obtinuit, teste Liuij lib. xli. Hunc verò Cn. Scipionem nonnulli arbitrantur P. Africani filium illum degenerè fuisse: quorum opinioni nõ assentior. Non enim is prænomine Cnæus, sed Lucius vocabatur: nec Galliam prouinciam, sed in vrbe iurisdictionem peregrinam obtinuit, vt ex Valerio Max. & Liuij postea dicam, & demonstrabo Præturam eius illi anno non conuenire. At cuius ergo filium hunc Cn. Scipionem autumas? rogabit quispiam. Mihi quidem obscurum hoc esse respondeo, coniectura tamen ducor ad suspicandum ex temporum ordine, huius auum Cn. Scipionem Caluum fuisse, qui in Hispania cum fratre à Pœnis occisus, periit: & patruum habuisse P. Scipionem Nasicam, qui vir optimus dictus, & Cos. anno dlxiii. fuit. Patris mentionem apud auctores non inuenio.

C. Numisius. .. .f. .. nepos. Prætoris Siciliae nominat Liuius lib. xli. & inter x. viros agris dandis anno dxxc. libro sequenti.

L. Aquilius * P. f. L. n * Gallus. Hic item Prætor sequetur auctore Liuij. Poterit videri filius P. Aquilij, quem Liuius scribit lib. xxvii. legatum ad fruges emendas anno dlxiii. fuisse.

M. Po-

M. Popillius. P. f. P. n. Lænas. An huius sit denarius argenteus pulcherrimus cum Hercule sagittario & tali nomine, M. POPILLI. LÆNÆOS. videant antiquorum nummorum studiosi. Duos nobis produnt Papillios fratres Fasti Capitolini, P. Lænatissis filios, qui anno DLXIII. legatus ad Suphacem regem missus fuerat, ut Liius lib. XXVII. memorat: quorum hic Marcus Prætor, Consul, & Censor fuit, ut ex sequentibus constabit. Hunc doctum ac poetam sui temporis non vulgarem fuisse, & P. Terentio Comico familiarem, prodit Donatus in Terentij vita ex Suetonio & Santra.

M. Licinius * C. f. P. n. * Crassus. Frater, ut puto, duorum Crassorum Consularium eius temporis, cuius fauor & potentia tanta fuit in Senatu, uti M. Lepido & M. Fulvio Censoribus impedimento fuerit, quod minus aquæ ductum publicè locatum ducere per agrum suum potuerint, ut Liius libro XL. narrat.

M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Frater Q. Fuluij Flacci, Consularis atque Censorij, ut Liius lib. XL. testatur, scribens hunc M. Fuluium cum fratre suo Pratore in Hispania fuisse, atque cum duabus turmis sociorum equitum, ad speculanda Celtiberorum hostium castra missum. Pater vtriusque fuit Q. Fuluius M. f. qui Capuam cepit. Meminit M. Flacci istius non semel postea Liius: missum scilicet à Senatu fuisse ad Cassium Cos. ex Illurico reuocandum anno DXXCII. & rursus anno sequenti in Macedoniam ad res inspiciendas, libro XLII. & XLIII. vix itaque dubito, quin magistratus ante legationes dictas gesserit. Huius videntur esse denarij argentei, Romam in vna facie, Castorem & Pollucem fratres equites in altera representantes, ut ex titulo colligi potest: M. FVLVI. Q. F. FLACCVS. profitentur fratrum concordiam.

P. Valerius * P. f. C. n. * Læuini. Huius pater fortè fuit P. Valerius, qui legatus M. Læuini Propr. anno DXXXIX. Tarentum seruaui, cum ad Annibalem deficere vellet ea ciuitas, proditorum auxilio. Hunc ad Præturam peruenisse docebo.

Prouinciæ prorogatæ.

L. Manlius. Ti. f. L. n. Acidinus. Fuluianus. Propr. Hispaniam citeriorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit: Liius.

C. Atinius * M. f. M. n. * Labeo. Propr. Hisp. vltiorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Litteris ipse & collega Atinius Senatum certiore fecerunt, Celtiberos Lusitanosque in armis esse, & sociorum agros populari. De ea re consultationem integram Senatus ad nouos magistratus reiecit: Liius lib. XXXIX.

Pro Quæstorib. f. fuere.

Q. Fabius * Q. f. Q. n. Maximus * L. Manli Propr. in Hispania citeriore. sicut ex Liiuo postea constabit.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Atini. Propr. in Hisp. vltiore.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiens. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus.

C. Licinius. C. f. P. n. Crassus. A. Manlius. Cn. f. L. n. Vulso.

P. Valerius. M. f. P. n. Læuinus.

M. Fuluius. M. f. Ser. n. Nobilior. ///. an. DLXVI.

Procos. de Ætoleis, & Cephalenia. x. Kal. Ian.

M. Fuluius Nobilior Procos. exitu anni Romam reuersus, cum ad Apollinis ædem in Senatu de rebus ab se gestis in Ætolia Cephaleniaque disseruisset, petiit, ut diis immortalibus gratiæ haberentur, sibi que triumphus decerneretur: quem post multas cum Tribuno plebis M. Aburio, in aduentum inimici Consulis M. Æmilij decretum differre volente, altercationes obtinuit. Triumphauit autem ad x. Kal. Ianuarias de Ætolis & Cephalenia. Aureæ coronæ CXII. pondo ante currum latæ sunt: argenti pondo ∞ LXXXII. auri pondo CCXLIII. tetradragma Attica CXVIII. ∞. Philippii nummi XII. ∞. CDXXII. signa ænea duxit: (Ambraciam enim Pyrrhi quondam regiam variis artium Græcarum operibus famosam omnibus ornamentis spoliauerunt) ducenta octuaginta quinque, signa marmorea ducenta triginta. Arma, tela, & cetera spolia hostium magnus numerus fuit: adhæc catapultæ, balistæ, tormenta omnis generis. Duces autem Ætoli, & Cephalenij, aut regij, ab Antiocho ibi relictî, ad septem & viginti ante currum ducti sunt. Multos eo die, priusquam urbem inueheretur, in circo Flaminio Tribunos, Præfectos, equites, & centuriones Romanos socioisque donis militaribus donauit. Quas eius largi-

Aurum argenti que
traxerunt.
Signa ænea,
marmorea.
Arma.
Captiui duces.
Dona militaria.

tiones postea M. Cato redarguere non dubitabit, in oratione quam habuit in hunc M. Fulvium Nobiliorem: cum inter alia huic objiceret, quod milites leuissimis de caussis coronis donasset, quia vallum curauerant, aut quia puteum strenue foderant, vt apud Gellium legimus, lib. v. cap. vi.

Ludi magni ex voto.

Sex. Aurelius Victor de viris illustribus corrigendum ex huius triumpho historia.

Q. Ennius poeta Aetolicam Fulvii victricem celebravit versibus.

Comes M. Fulvii in hoc bello.

Nouem Muses Romam translatae.

Hercules Musarum custos.

Denarii triumphales.

Aurum & argentum tralatium. Arma spoliataque in carpentis. Duces captiui. Militum pramia. Iocularia carmina militum. Fontes Italicae luxuria triumpho istius seculi. Triumpho cupiditas belli caussa. Denarii triumphales. Triumphus deus, qui Graeci θριαμπος.

Militibus autem ex praeda vicenos quinos denarios diuisit, duplex centurioni, triplex equiti. Ludos magnos, cum Ambraciam caperet Ioui opt. Max. votos, ex Pontificum decreto & S. C. ei facere concessum est; quos anno sequenti quam magnificentissimos edidit, cum in eam rem sibi centum pondo auri ad ciuitatibus collatum seruasset. Haec ferè Liuius lib. xxxix. Eutropius M. Fulvium Procos. anno sequenti, Albino & Philippo Coss. triumphasse scribit. Auctor de viris illustribus, M. Fulvium Consulem Aetolos (non Achæos, vt perperam in eius libello habetur: nam hoc omnibus Auctoribus repugnat.) qui bello Macedonico Romanos iuerant, & post ad Antiochum defecerant, praeliis frequentibus victos, & in Ambraciam coactos in deditionem accepisse, urbem signis tabulisque pictis ornatissimam spoliasse, deque iis triumphasse tradit. Atque eam victoriam per se magnificam ab Ennio poeta eius amico insigni laude celebratam dicit. Et verò comitem Fulvii in ea expeditione fuisse Q. Ennium poetam, Cicero testatur in oratione pro Archia, vbi ait: Fulvius qui cum Aetolis Ennio comite bellauit, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Idem in Tusculanis memorat, M. Catonem, vt probum obiecisse Fulvii Nobiliori, quod is in prouinciam poetas duxisset. Duxerat autem Consul Q. Ennium poetam secum in Aetoliam. Porro Zeuxidis opera figulina sola M. Fulvium Nobiliorem Ambraciae reliquisse, cum inde Romam nouem Muses transferret, apud Plinium legimus lib. xxxv. cap. x. Extat inter Panegyricos veteres Eumenij rhetoris oratio pro scholis Cluuentibus apud Galliae Praesidem habita, in qua dicit Fulvium Nobiliorem primum nouem Musarum signa, hoc est omnium Camanarum, ex Ambracensi oppido translata sub Herculis tutela consecrasset. Nam aedem Herculis custodis Musarum, in qua signa haec eadem dedicauit, in circo Flaminio fecit. Istius denique victoriae atque triumpho memoriam nummis argenteis item cognoscimus expressam esse. In quibus videtur Iouis triumphatoris laurea coronati facies, & Victoria stans ad trophaeum nauale, quae suspensa inscripsit cluqueo. Adest titulus: M. FVLVI. M. F. NOBILIOR. EX S. C.

Cn. Manlius. Cn. f. L. n. Vulso. Pro. ann. DLXVI.
de Galleis. Asiaticis. III. Non. Mart.

Maior pars (vt diffuse refert Liuius lib. xxxviii.) decem legatorum, qui a Senatu in Asiam ad res inspiciendas disponendaque missi fuerant, Cn. Manlio Procos. triumphum petenti aduersa fuit. Primum, quod disciplinam militarem in exercitu seuerè conseruatam antea ab imperatoribus, omni genere licentiae corrupisset: deinde, quod iniussu Senatus & pop. Rom. vltro bellum Gallis sola triumpho cupidine percitus, intulisset. Sed tamen post longam disceptationem, pulcherrimis hinc inde orationibus, vt extant apud Liuium, re satis discussa, Cn. Manlius, amicorum potentum opera & fauore potius quam caussa superior, triumphum obtinuit. Triumphauit autem extremo anni, ad III. Non. Martias: tulit in triumpho coronas aureas CCXII. pondo, argenti pondo CCXX. ∞. auri pondo ∞ ∞. CIII. tetradrachmum Atticorum CXXVII. ∞. XX. cistophorum CCL ∞. Philippeorum aureorum XVI. ∞. CCCX. arma spoliataque multa Gallica carpentis transuecta. Duces hostium duo & quinquaginta ducti ante currum. Militibus quadragenos binos denarios diuisit, duplex centurioni: & stipendium duplex in pedes dedit, triplex in equites. Multi omnium ordinum donati militaribus donis currum sequuti sunt; carminaque a militibus ea in imperatorem iactata, quae facile indulgentem & ambitiosum monstrarent, triumphumque esse militari magis fauore quam populari celebrem. Luxuriae autem Asiaticae originem ab exercitu eius in Italia cepisse, ex Liuius non solum, sed etiam ex Plinio colligimus: nam huius victoriam, vt & L. Scipionis ad caelum loco paullo ante in triumpho Scipionis adducto. Sed hoc amplius idem auctor lib. xxxiv. cap. III. ex L. Pisone refert, Cn. Manlium, Asia deuicta, primum triclinia arata, abacofque & monopodia suo inuexisse triumpho, quem duxit anno vrb. DLXVII. Omnes solus auctor est. Notant istum triumphum denarii argentei cum Triumpho dei laurea coronati facie, & Victoria volante, quae Procos. in quadriga triumphanti coronam imponit. Et circumscriptum eius nomen sic legitur: CN. MANLI. VVLSO. P. R. COS. EX. S. C.

ANNI P. R. C. DLXVII.

Consules.

SP. POSTUMIUS. L. F. A. N. ALBINUS. Q. MARCIUS. L. F. Q. N. PHILIPPUS.

SP. Postumius Albinus, Q. Marcius Philippus Coss. referuntur à Liuiio, Cassiodoro, Eutropio, & Val. Maximo: quos tabulæ Græcæ Albinum & Philippum appellant. Plinius libro xxxiii. cap. x. Populus Romanus, ait, stipem spargere cœpit Sp. Postumio, Q. Marcio Coss. tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. De ludis, quos bello Antiochi in Asia vouerat, hoc intelligendum, quorum meminit Liuius ex Valerio Antiate. Item Marianus; Sp. Postumio, inquit, Q. Marcio Coss. athletarum primùm à Fulvio certamina edita sunt. Quod idem de ludis magnis votiuus M. Fuluij Nobilioris Liuius refert, hoc anno per decem dies apparatus factis.

Ludi ex stipis collatura facti à L. Scipione Asiatico post damnationem. Ludi magni ex voto M. Fuluij Nobilioris, in quibus athletarum certarunt primùm. Clandestina coniurationes in vrbe deteguntur & vindicantur. Per luxum varij sceleris morbi nascuntur in ciuitate Roma. Edictum Consulare contra clancularias coitiones ex S. C. Iustitia vigor optimus aduersus interstinos ciuitatis morbos remedium. Proincia, & exercitus Consulares. Hispaniarum supplementa. Q. Marcij Cos clades. Controuersia inter Philippum regem Macedonum & Græcos componit Romanus.

Rebus passim vtcumque pacatis, à bellorum cura Senatus ad intestinæ coniurationis vindictam auertitur, Consulibusque ambobus quæstio de clandestinis coniurationibus extra ordinem decreta est. Coitiones enim fœdæ, & incestus turpissimi vtriusque sexus hominum, venena, occultæque cædes & latrocinia; quæ crebra ac nefaria in secretis nocturnisque Bacchanalium sacris fiebant, primùm Romæ, deinde passim per Italiam, casu detecta fuerant. Ex S. C. igitur Consules non Romæ modò, sed per omnia fora & conciliabula sacerdotes eorum sacrorum, seu viri, seu feminae essent, conquiri ac comprehendi iusserunt: & edicta in vrbe Roma, ac per totam Italiam promulgarunt, Ne quis, qui Bacchis initiatus esset, coisse aut conuenisse causa sacrorum velit; nève quid talis rei diuinæ fecisse, ante omnia, vt quæstionis habendæ causa cõprehendantur, qui coierint coniurauerintve, quò stuprum flagitiũve inferretur. Itaq; latè diffusum hoc malum, inquisitione Consulũ & seueritate supplicij sublatum est. Historiam latè enarrat Liuius, attingit etiam Valerius Maximus lib. vi. cap. 111. Quæstione perfecta Consules exercitus acceperunt, quos priore anno M. Lepidus & C. Flaminius habuerant. In supplementum vnique decreta peditum Romanorum tria milia, centum quinquaginta equites. Ambobus Ligures prouincia data. Nouas præterea duas legiones scribere, & in supplementum Hispanienis exercitus tria milia peditum Romanorum, trecentosque equites, item viginti milia peditum, equites mille trecentos fociis ac Latino nomini imperare iussi sunt. Hæc Liuius de ordine reip. eius anni libro xxxix.

Q. Marcius Cos. ab Apuanis Liguribus in saltu loco iniquo circumuentus cladem accepit, quatuor milia sociorum amisit. Legati ad Philippum regem, & in Græciam missi, qui de querelis sociorum contra Regem cognoscerent, & controuersias componerent: Liuius lib. xxxix. Orosius lib. iv. cap. xx. Zonaras libro 11

Prætores.

T. Manius * L. f. C. * nepos. urbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Delectui habendo eum Consules præfecerunt, dum ipsi quæstionibus impediabantur: Ex S. C. 111. viros creauit, qui colonos Sipontum Buxentumque deducendos conscriberent: Liuius libro xxxix.

M. Licinius. // f. // n. Lucullus. inter. ciues. & peregrinos. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Quæstione de Bacchanalibus publicata, cum tanta noxiorum fuga ex vrbe facta esset, vt multis actiones & res perirent, ipse, Prætorque urbanus, per Senatum coacti res in diem trigessimum differre, donec quæstiones à Consulibus perlicerentur: Liuius ibidem.

P. Cornelius. *. P. f. P. n * Sulla. Siciliam. fortitus. obtinuit: Liuius.

C. Aurelius. // f. // n. Scaurus. Sardiniam. fortitus. obtinuit: Liuius.

L. Quinctius *. T. f * // n. Crispinus. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit. Cum supplemento à Senatu decreto in prouinciam serò veniens, nihil rei bello gessit, sed exercitum mox in hiberna duxit: Liuius lib. xxxix.

C. Calpurnius. C. f. C. n. Piso. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit: C. Atinio Propr. à Lusitanis occiso, cum supplemento à Senatu decreto, succedens, ætatis exitu in prouinciam veniens, & nihil bello gerens, exercitum in hiberna duxit: Liuius ibidem.

Ædiles curules

Consulum iussu sacerdotes Bacchanalium omnes per urbem conquisitos comprehensosque in libero conclau ad quæstionem conseruarunt: Liuius lib. xxxix.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
P. Cornelius. ///. f. ///. n. Sifenna. Sp. Postumius A. f. A. n. Albinus Paullulus.

Ædiles plebis

Consulum edicto videre iussi sunt, ne quæ sacra in operto fierent: Liuius libro xxxix.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
Q. Næuius. ///. f. ///. n. Matho. C. Decimius. ///. f. ///. n. Flauus.

Tribuni plebis

Indices Bacchanalium Senatus decreto, populi que iussu, pecunia priuilegiisq; remunerantur. Ex S. C. de Bacchanalium indicibus remunerandis ad plebem tulerunt, Plebesque sciuit, uti P. Æbutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, neve Censores ei equum publicum assignarent: utique Fescennię Hispallæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, quasi vir ei testamento dedisset, utique ei ingenuo nubere liceret; neu quid ei, qui eam duxisset, ob id fraudi ignominiaue esset: utique Consules Prætoresque qui nunc essent, quiq; post futuri essent, curarent, ne quid P. Æbutio Fescenniaue, ceterisve indicibus iniuriæ fieret: Liuius lib xxxix.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.

Q. Fuluius. Q. f. n. Flaccus. A. Terentius * C. f. *. ///. n. Varro.
M. Ogulnius * Q. f. Q. n. * Gallus. L. Cæcilius. ///. f. ///. n. Denter.
C. Terentius. ///. f. ///. n. Istra. L. Duronius. ///. f. ///. nepos.

L. Acilius * M. f. M. n. Glabrio. Qui Præfectus equitum Q. Fuluij Flacci Prætoris in Hispania fuit anno DLXXII. postea factus Pontifex, ut Liuius lib. xl. meminit.

Q. Opimius. Q. f. ///. nepos. Pater Q. Opimij Consulis anno DXCIX. qui sequetur in Capitolinis tabulis expressus.

[Q. Opimius. L. f. L. n. Panfa] [M. Trebonius. L. f. L. n. Flauus]

Quæstores urbani

Premia satis larga duobus indicibus ex publico data. P. Æbutio & Fescennia Hispania, quod eorum operâ Bacchanalium fœdæ coitiones essent indicatæ, ex S. C. singulis centena milia æris ex ærario dederunt: Liuius ibidem.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.

Quæstores prouinciæ.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Sp. Postumi. }
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Q. Marcij. } Coss. in Liguria.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Sullæ. Pr. in Sicilia.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Scauri. Pr. in Sardinia.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. L. Crispini. Pr. in Hisp. citer.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Calpurni. Pr. in Hisp. vlt.

A. Hostilius. L. f. A. n. Mancinus. Cuius patrem L. Mancinum ab Annibale cum

cum quadringentis equitibus occisum diximus. Huius alij magistratus sequentur, & eius Consulatus in Fastis Capitolinis sic annotatus est. Reperiuntur etiam eius denarij cum Castoris & Pollucis geminorum fratrum symbolis pulcherrimis.

L. Villius * L. r. Ti. n. * Tappulus. Qui postea in Tribunatu plebis suo, propter legem latam, Annalis appellari coepit, vt suo loco dicam latius.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Tertius Postumiorum Consularium fratrum, quorum antea mentionem fecimus. Hic post Praetura[m] de Lusitanis triumphauit, & Consul anno DXXC. in tabulis Capitolinis extat. Post Consulatum vero legatus ad Massaniam e[st] Senatu missus fuit, & post repulsam Censurae, legatus L. Aemilij Pauli Cos. bello Macedonico reperitur apud Liulum lib. XLIII. & XLV.

C. Popillius. P. f. P. n. Laenas. Frater M. Popillij Laenatis, cuius in superiore Annali fit mentio. Fuit Praetor & bis Cos. vt ex sequentibus constabit. Hic primus Cos. ex plebe plebeium collegam habuit.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Hispallus. Sic Consul legitur in Capitolinis tabulis: Praetorem quoque Liuius hunc memorat. Auum videtur habuisse L. Scipionem, qui Cos. anno CDXCIV. Sardos & Corsos deuicit, & in tabulis Capitolinis L. Scipio L. f. Cn. n. appellatur.

C. Valerius. M. f. P. n. Laeinus. Trium fratrum vnus, quorum Quaesturas adduximus antea. Hunc Consulem habemus in Capitolinis Fastis & Liuius. Sed alij duo fratres Praetura[m] non excessere. Filij fuere M. Laeini bis Cos. qui cum Philippo rege bellum inceperat.

C. Lucretius * L. f. // n. Trio * Huius forte pater fuit, qui Quaestor exordio belli Punici secundi anno DXXXV. reperitur. Duovirum naualem adfert anno DLXXII. Liuius libro XL. sed cognomen in exemplaribus ibi periisse videtur.

C. Cluius. // f. // n. Saxula. Bis Praetorem fuisse scribit Liuius, vt ex sequentibus apparebit.

Prouinciæ.

L. Manlius. L. f. L. n. Acidinus. Fuluius. Propr. Hispaniam citeriorem. prorogato. in. aduentum. successoris. vsque. imperio. obtinuit. Celtiberos duobus ^{Victoria de Celtiberis.} praeliis superauit: priore fuit incerta victoria, posteriore ad Calagurium oppidum duodecim milia hostium occisa, plus duo capta, & castris Romanus potitus est. Et nisi successor L. Quinctius suo aduentu inhibuisset impetum victoris, subacti eo anno Celtiberi fuissent: Liuius lib. XXXIX.

C. Atinius. * M. f. M. n * Labeo. Propr. Hispaniam vltiorem. prorogato. in. aduentum. successoris. vsque. imperio. obtinuit. In agro Astensi signis ^{Victoria de Lusitanis.} collatis confligens, Lusitanorum sex milia occidit, ceteros suos fugatosq; castris exiit. ^{Asta capta.} Astam oppugnando mox cepit: sed dum incautiùs ipse subit muros, ictus, ex vulnere paucos post dies moritur: Liuius ibidem.

Pro Quaestorib. f. fuere.

Q. Fabius * Q. f. Q. n. Maximus * L. Manli. Propr. in Hisp. citeriore. sicut in Manliana ouatione postea Liuius testatur.

//. //. // f. // n. // C. Atini. Propr. in. Hisp. vltiore.

//. //. // f. // n. // Gallicus. // // f. // n. // * Lucerinus *

//. //. // f. // n. // Ostiensis. // // f. // n. // Calenus.

C. Licinius. C. f. P. n. Crassus. P. Valerius * P. f. C. n. * Laeinus

M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. A. Manlius. Cn. f. L. n. Vulso

P. Valerius. M. f. P. Laeinus.

ANNI P. R. C. DLXIIIX.

Consules.

AP. CLAVDIVS. AP. F. P. N. M. SEMPRONIVS. M. F. C. N. TVDITANVS
PVLCHER.

HABET ita ferè Consules Liuius. In Cassiodoro & Mariano omittuntur cogno-
mina, quæ sic in tabulis Græcis, Pulcher & Tuditanus.

*Quo anno
P. Africanus
mortuus, va-
riant aucto-
res.*

P. Africanum maiorem hoc anno mortuum vult Cicero in Dialogo de senectute,
apud quem Cato de delenda Carthagine ad Africanum minorem loquitur: Quam pal-
mam dii immortales vtinam tibi referuent, vti aui reliquias persequare, cuius à morte
tertius hic & trigessimus est annus. Anno ante me Censorem mortuus est, nouem annis
post meum Consulatum, cum Consul iterum me Consule creatus esset. Quæ Catonis
verba Fastis Capitolinis probè congruunt, si legas: Quartus hic & trigessimus est annus.
Error librariorum culpa natus in numeri notis esse videtur. Nam hæc vrbs anno DCIII.
dixisse Cato fingitur, T. Flaminio, M. Glabrione Coss. quo de delenda Carthagine in
Senatu disceptari cœptum fuit.

*Sempronij
Coss. expedi-
tio.*

De prouinciis & exercitibus tam Prætorum quàm Consulum, nihil hoc anno Liuius
lib. xxxix. nisi quòd Ligures prouinciam nominet Consulum, diuq; retentos eos dele-
ctibus ad urbem fuisse dicat. In Apuanos Sempronium profectum, agros viscosque va-
stasse, castella cepisse, & saltum aperuisse ad fluuium Macram, & Ingaunos vicisse, sex
oppida eorum expugnasse, multisque milibus hostium captis, belli auctores tres & qua-
draginta securi percussisse memorat.

Prætores.

..	f.	..	n.	..	Urbanam. iurisd.	} prouinciæ fortiti.
..	f.	..	n.	..	Peregrinam iurisd.	
..	f.	..	n.	..	Siciliam.	} obtinere.
..	f.	..	n.	..	Sardiniam.	
..	f.	..	n.	..	Galliam.	

P. Cornelius. L. f. P. n. Cethegus. A. Postumius. A. f. A. n. Albinus
C. Africanus. .. f. .. n. Stello. C. Atilius * M. f. C. n. * Serranus
M. Claudius. .. f. .. n. Marcellinus.

*Defectus in
Liuiio.*

Hos omnes quidem cum eius anni Consulibus Prætores creatos scribit Liuius li-
bro xxxix. sed prouinciarum omnium sortes præter morem suum omittit. En tædium
quod aliquando in laboribus obrepit auctori. Prætorum nihilominus prouincias fuisse
opinor Romæ duas, urbanam & peregrinam scilicet, in Italia item duas, Galliam & Ta-
rentum: deinde Siciliam & Sardiniam, quæ quotannis tunc mutabant Prætores. At
Hispaniæ, longinquoiores nimirum, alternis dumtaxat annis, sicut ex Annalium ductu
colligere est. Sed quibus nam Prætoribus hæc prouinciæ obtigerint, difficile est determi-
nare, cum hoc Liuius prætereat, & apud alios non reperiatur.

L. Postumius. * T. f. * .. n. Tympanus. Tarentum. sortitus. obtinuit. De
seruili pastorum coniuratione, qui vias pascuæque publica latrocinii infesta habuerant,
quæstionem seuerè exercuit, ad septem hominum milia condemnauit: multi inde fuge-
runt, de multis sumptum est supplicium: Liuius lib. xxxix.

Ædiles curules.

..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
L.	Iulius	*	Sex.	f.	Sex.	n.	*	M.	Valerius.	M.	f.	P. n. Læuinus.

Caesar.

*Qui magi-
stratus Roma
tunc à priuato
in ius vo-
cari poterant.*

An de hoc Ædile curuli M. Læuino intelligenda sint, videat quæso studiosus Lector,
quæ Gellius ex M. Varronis humanarum rerum libro xxi. adducit, docens, quinam ma-
gistratus à priuato in ius trahi apud Prætorem poterant. Qui potestatem, inquit Varro, neque
vocationis populi viritim habent, neque prehensionis, eos magistratus à priuato in

in ius quoque vocari est potestas. M. Læuinus Ædilis curulis à priuato ad Prætozem in ius est eductus. Nunc stipari seruis publicis non modò prehendi non possunt, sed etiam vtrò summouent populum. Hæc ex Varrone recitat Gellius lib. XIII. cap. XIII.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 Cn. Sicinius * C. f. Cn. * nepos. L. Pupius * P. f. Cn. * nepos.

Liuius xxxix. libro, vbi anno sequenti Præturam C. Decimij morte vacantem hos duos summa contentione petiisse, & repulsiã passos scribit, Ædiles priore anno fuisse refert: curules tamen, an plebeij fuerint, non dicit. Plebis tamen Ædiles ad Præturam mō ascendere sapius quàm curules solere, ex superioribus est manifestum.

Tribuni plebis.

M. Næuius. .. f. .. n * Crispus. .. * In quibusdam Annalibus memoriæ proditum constat, P. Scipionem Africanum maiorem hoc anno mortuum esse, sicut etiam ex M. Ciceronis Catone maiore suprâ retulimus. In qua quidē opinione T. Liuius etiam fuit, cōtra Polybij, Rutilij, & Valerij Antiatis sententiam: qui & hoc anno diem Scipioni à M. Næuio Tribuno plebis dictam esse putat, quod his ferè rationibus probare conatur: Polybio & Rutilio non assentior, inquit, quòd Censoribus M. Porcio, L. Valerio principem Senatus ipsum L. Valerium Censorem lectum inuenio; cū superioribus duobus Lustris Africanus fuisset. Quo viuo, nisi vt ille Senatu moueretur (quam notam nemo memoriæ prodidit) alius princeps in locum eius lectus non esset. Antiatem refellit Tribunus plebis M. Næuius, aduersus quem oratio inscripta P. Africani est. Hic Næuius in magistratuum libris est Tribunus plebis, P. Claudio, L. Porcio Coss. Sed iniit Tribunatum Ap. Claudio, M. Sempronio Coss. a. d. iv. Idus Decembris. Inde tres menses ad Idus Martias sunt, quibus P. Claudius, L. Porcius Consulatum inierunt. Ita & vixisse in Tribunatu Næuij videtur, dielque ei dici ab eo potuisse, decessisse autem ante L. Valerij & M. Porcij Censuram. Hæc Liuius lib. xxxix. Sed hanc anthistoriam siue narrationis ἀντιστορία quis conciliabit? nisi qui volet opinari, M. Næuium hoc anno Tribunum plebis iterum actionem resumpsisse, Scipioni absenti rursus diem dixisse; ipsum reum morbo excusatum, oratione in Næuium scripta semet defendisse.

Temporum in narratione quauis varietas difficile nodos necesse in historia.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..

Q. Fuluius. M. f. * M. n * Flaccus. Treuir Epulo deinde factus, vt memorat Liuius libro xl.

- [A. Trebius. A. f. M. n. Gallus] [M. Trebius. A. f. M. n. Gallus]
- [C. Trebenius. A. f. An. Asper] [Sp. Antius. C. f. C. n. Restio]
- [L. Mæcidius. L. f. L. n. Tullus] [P. Stantinius. P. f. .. n * Capitolinus*]
- Ti. Minucius. * C. f. C. n. Augurin * Molliculus.
- [Q. Catius. Q. f. .. nepos.]

Quæstōres vr bani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstōres prouinciæ.

- f. .. n. .. Ap. Claudi. } Coss. in Liguria.
- f. .. n. .. M. Semproni. }
- f. .. n. .. Pr. in Sicilia.
- f. .. n. .. Pr. in Sardinia.
- f. .. n. .. Ostiens. f. .. n. .. Calenus
- Ti. Claudius *. Ti. f. P. n * Nero. Qui Prætor postea sequetur, & post Præturam Procos. extra ordinem Pisas ac Etruriam obtinuit. Videtur filius fuisse Ti. Neronis, anno DLI. Cos.

A. Licinius. // f. // n. Nerua. Tribunus plebis & Prætor sequetur: legationes item plures ipsum obiisse, Liuius testatur lib. XLII. & XLIV.

C. Quinctius. * K. f. T. n. * Flamininus. Prætozem hunc nominat Liuius libro XLII. videtur filius fuisse Kæsonis Quinctij, qui II. vir ædem Concordiæ in arce fecerat anno DXXXVII. vt idem Liuius auctor est lib. XXII.

C. Aburius // f. // n. Geminus. Frater M. Aburij Gemini, vt verisimile est; de quo supra in Annali DLXI. plura diximus. Hunc Liuius legatum è Senatu ad Massaniam regem Numidiæ missum scribit libro XLII. cum L. Postumio Albino Consulari, & Q. Terentio Culeone Prætorio. Huius est denarius argenteus in Quæstura fortè cufus, cum Romæ capite, & Martis quadriga. Nam adscriptum est eius nomen: C. ABVRI. GEM. ROM. Alluditur Martis ista quadriga ad gentilitium ipsius nomen. Nam Martis signum ardens atque ignitum esse Astronomi consentiunt: vt & Appuleius in oratione ad Seuerum Procos. affirmat. Aburios autem ab aburendo dictos esse, superius docui.

Martia signū
ardens atque
ignitum.

T. Annius * T. f. * // n. Lufcus. Sicut ex annorum interstitio colligere est, hic filius fuit T. Annij viri Prætorij, qui III. vir coloniæ Placentiam Cremonamque deducendæ, cum collegis Mutinæ obsessus & captus à Gallis Boiis fuit, exoriente bello Punico secundo, cum Annibal Alpes transcenderet, vt suo loco diximus. Nec obstat quin putemus hunc patrem fuisse T. Annij Lufci, qui Cos. anno DC. fuit, & T. Annius Ti. f. in fragmentis appellatur Capitolinis. Legatum verò cum duobus aliis Prætorijs è Senatu in Macedoniam missum anno DXXXI. constat ex Liuij XLII. Et postea nominatur etiam ab eodem inter X. legatos constituendæ Macedoniæ, libro XLV. vbi tamen in exemplaribus præter eius cognomen nihil extat, prænomen atque gentilitium nomen librariorum negligentia perière.

Liuij locus
suppletus.

C. Memmius * L. f. L. n. Gallus * Bis postea Prætor, vt ex sequentibus constat. Legationibus item functum dicit Liuius ad Ætolos anno DLXXXIX. & in Galliam anno DXXXIII. vbi perperam, nisi fallor, T. Memmius appellatur in Liuianis exemplaribus infueto Memmij prænomine, libro XLIII. Galli cognomen addidimus ex antiquis denariis.

[C. Arennius. C. f. C. nepos] [T. Metilius. T. f. M. n. Croto]

Prouinciæ prorogata.

L. Quinctius * T. f. * // n. Crispinus. Propr. Hisp. citeriorem.

C. Calpurnius. C. f. C. n. Piso. Propr. Hisp. vltiorem. prorogato. in annum. imperio. obtinuerunt. Primo vere ex hibernis copias eductas, communi animo consilioque rem gesturi, iunxerunt in Beturia: & in Carpetaniam, vbi hostium castra erant, progressi, haud procul Hippone & Toletis inter pabulatores vtrunque pugna exorta, tumultuario prælij genere fusi sunt, & in castra compulsi, quinque milibus militum amissis. Prætores Romani metu ne postridie castra ab hostibus oppugnarentur, ijs silentio noctis proximæ relictis, tacito signo militem abduxerunt. Deinde reparato exercitu, contractisque auxiliis, pugnae studio ad hostem reuersi, ad Tagum flumen Hispanos atroci prælio vicerunt, vt ex XXXV. milibus hostium vix quatuor milia euaserint. Ex ijs tria milia cum castris capta sunt, & signa militaria CXXXIII. Mille semiarmes maximè per agros palati, effugerunt. Quo prælio debellatum in Hispania fuit. Postridie in hostium castris pro concione laudati, atque donati phaleris equites, item catellis ac fibulis: nec minus centuriones ac milites, quorum virtute castra capta fuerant. Liuius libro XXXIX. diffusius omnia narrat.

Tumultua-
rio prælio fusi
Prætores.

Tacitè castra
nocturna fu-
ga relinquunt.
Reparato ex-
ercitu ad Ta-
gum Hispanos
atroci prælio
vicerunt.
Debellatum,
sed non diu.

Pro Quæstoribus. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . L. Crispini. Propr. in. Hisp. citeriore.

//. // . // . f. // . n. // . C. Pisonis. Propr. in. Hisp. vltiore.

//. // . // . f. // . n. // . L. Tumpani. Pr. ad. Tarentum.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Gallia.

C. Lucretius * L. f. // . n. Trio * C. Cluuius // . f. // . n. Saxula.

M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. P. Valerius * P. f. Q. n. * Læuius.

L. Manlius. L. f. L. n. Acidinus. Fulvian. an. DLXIX.

Propr. ouans. ex. Hispania citer. // . // . //

Res benè gestæ in Hispania à L. Manlio Propr. triumpho quidem dignæ videbantur Senatui; sed exemplum obstat, quòd triumphare solitus non erat, qui exercitum non deportasset, aut prouinciam pacatam successori non tradidisset. Medius tamen honos Manlio Romam reuerso, & petenti concessus est; vt ouans urbem iniret. Tulit coronas aureas quinquaginta duas, auri pondo cxxxii. argenti xvi. ∞. ccc. Et pronuntiauit in Senatu, decem milia pondo argenti & octuaginta auri Q. Fabium Quæstorem aduehere, id quoque se in ærarium delaturum: Liuius lib. xxxix. Repræsentare videntur ouationem istam bigati denarij cum Romæ capite, & Victoria bigam agitante. cui subscriptum: L. MANLI. ACIDIN.

*Aurum ac
argentum
translatum.*

ANNI P. R. C. DLXIX.

Consules.

P. CLAUDIUS. AP. F. P. N. PVLCHER. L. PORCIUS. L. F. M. N. LICINVS.

COMITIORVM tempus cum appeteret, prior Ap. Claudius quam collega M. Sempronius, cuius fors erat habendi comitia, Romam venit, quia P. Claudius frater eius Consulatum petebat magnis competitoribus, & veteribus candidatis, ab repulsa debetum quasi honorem repetentibus L. Emilio Paulo, Q. Fabio Labeone, Ser. Sulpicio Galba, qui omnes in vnum locum patricij concurrebant. Plebeij quoque gratiosi homines petebant, L. Porcius Licinus, Q. Terentius Culeo, Cn. Bæbius Tamphilus. Et hi repulsi, in spem impetrandi aliquando honoris dilati fuerant. P. Claudius vnus ex omnibus nouus candidatus erat. Opinione hominum destinabantur Q. Fabius & L. Porcius; sed Claudius Cos. sine lictoribus cum fratre toto foro volitando clamantibus licet aduersariis, & maiore parte Senatus, meminisse eum debere, prius se Consulem pop. Rom. quam fratrem P. Claudij esse; effuso & ardenti studio perucit, vt deiecto Fabio fratrem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher præter spem suam & ceterorum. Locum suum tenuit L. Porcius Licinus: quia moderatis studiis inter plebeios certatum est. Iam vides ambitionum exordia, crescente luxu cum imperij potentia. Sed graphicè Liuius comitorum hæc certamina describit. Cassiodorus omisiss cognominibus, P. Claudium, L. Porcium Consules adducit. Sic M. Cicero in Bruto Plautum poetam Catone Censore, P. Claudio, L. Porcio Consulibus mortuum scribit, ex M. Varronis sententia, quatuor annis post Næuij poetæ mortem. Tabulæ Græcæ Siculæ per sola cognomina Coss. hos expriment, Pulchrum & Licinum. Sed in Liuianis exemplaribus, aliisque diuersis auctoribus ferè semper mendosè Licinius Porcij cognomen hoc legitur. Ceterum extant argentei denarij veteres affabre facti, in hoc Licini Consulatu cusi, atque eius nomen emendatè referentes, non secus ac in Capitolinis Fastis, in quibus expressum Iunonis Sospitæ caput velutim pelle caprina, sicut Lanuuij religiosè colebatur, non solùm ab incolis, sed etiam quotannis à Coss. Romanis vetusto ritu, quemadmodum M. Tullius in fine orationis pro L. Murena testatur. A dorso nummi visuntur eiusdem Iunonis sacra symbola: capra ad altare, sub quo iacet inuolutus serpens. Nam & Lanuuij draco deæ Vestæ facer colebatur, cuius Plutarchus ex Pythoclis rerum Italicarum tertio meminit in Parallelis cap. xxix. Capra quidem peculiaris Iunoni victima fuit olim, quam (vt Græci fabulantur) Hercules Iunoni Opiferæ primus immolauit, pugnae victor aduersus Hippocoon. & eius liberos. De quo vide Paulaniam in Laconicis. Retrò capram visuntur sacrificantium instrumenta, secespita ad victimam secandam, & patella vel simpulum (si sic vocare lubet) ad libandum. Scriptum est ita Consul is huius nomen circum hæc sacra symbola: L. PORCIUS. L. F. LICINVS. Sollicitamur hoc nummo, vt inquiramus, an quid Consul hic Licinus singulare in Lanuuiinis illis sacrificiis Consularibus instituerit aut instaurauerit, quod apud auctores nunc non reperimus: anve Iunonis Sospitæ templum vel delubrum Romæ in Palatino monte (quod ædi Matris Magnæ conterminum fuisse P. Victor testatur) extruxerit vel dedicarit hoc anno Kal. Februariis. Quod antiquum, & suo tempore vetustate penitus consumptum fuisse, canit Ouidius Factorum libro secundo:

*Principio mensis Phrygiæ contermina Matri
Sospita delubris dicitur aucta nouis.*

Nunc

*Ambitum per-
niciosum stu-
dium gliscit
in urbe.*

** Corrige Li-
uij exempla-
ria, in quibus
legitur nobi-
lis candida-
tus.
Sanguini
preferenda
respublica.*

*Plautus poë-
ta moritur.*

*Denarij ve-
teres L. Porcij
Licini Coss.
Iuno Sospita
Lanuuiina.*

*Iuno àryopkè-
nos.*

*Secespita, pa-
tella.*

*Iunonis Sospita
in Palati-
no.*

*Nunc ubi sunt illis quæ sunt sacra Kalendis
Templa deæ? longa procubere die.*

*Prouinciariū
exercitiūmque
constituitio.
De Hispani-
sibus legioni-
bus S. C.*

Consulibus Ligures prouincia, quia bellum erat nusquam aliud, decreta, & binæ legiones, quas Ap. Claudius & M. Sempronius habuerant. De exercitibus Hispaniensibus post magnas contentiones in Senatu habitas, an essent legiones illæ deportandæ ac dimittendæ; tandem factum est S. C. vt noui Prætores, quorum Hispaniæ essent prouinciæ, quatuor milia peditum Rom. & quadringentos equites; ex focis autem Latini nominis quinque milia peditum & quingentos equites scriberent in supplementum Hispaniensium legionum quatuor; curarentque ne dictæ legiones singulæ plus quàm quinque milia peditum & trecentos equites haberent, & dimitterent eos primùm, quibus emerita stipendia; deinde, vt cuiusque fortissima opera in nouissimo prælio sub C. Pisone & L. Quinctio Propr. fuisset.

*Legati in Ma-
cedoniam &
Graciã missi
ad res uisen-
das.*

Legati à Senatu Romano missi in Græciam & Macedoniam, qui Philippum regem Macedoniæ præfidia ab urbibus Thraciæ maritumis, & Æno, Maroneaque deducere iuberent, & Lacedæmoniis libertatem ab Achæis oppressam restituerent. Quæ legationes Philippum & Achæos à Romanis admodum alienarunt. Meminit Zonaras, & multis omnia Liuius prosequitur libro xxxix.

Consules eius anni nec domi nec militiæ quidquam egerunt memorabile. Pollentiam in Picenum, & Pisaurum in agro Gallico deducti coloni: sena iugera in singulos data. Colonias deduxere treuir Q. Fabius Labeo, Q. & M. Fuluij Flaccus & Nobilior; vt auctor ibidem Liuius. Meminit item Velleius Paterculus de colonijs scribens, & pro Pollentia (quod idem signat) Potentiam collocat.

CENS. L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS. M. PORCIVS. M. F. CATO.
LVSTR. F. XXXXVIIIIL.

*M. Cato non
blandè pren-
sando, sed se-
uerè castigando
Censuram
obinet.*

*Princeps Se-
natus.*

*L. Quinctius
Senatu motus
ob immane
scelus.*

*Causse nota-
rum adscri-
bebantur à
Censoribus
obiter singu-
lis.
M. Catonis
oratio in
L. Quinctium
grauissima.
L'opuli fanore
publico resti-
tuitur ordini
suo L. Quin-
ctius.*

Celebris, & simultatum plena fuit hæc Censura. Etenim aduersa nobilitate Censor creatus est cum L. Valerio Flacco, quem sibi collegam optabat M. Porcius Cato, cuius nota seueritas omnibus erat formidabilis. Quin ipse Cato inter complures competitores candidatus cum peteret hunc magistratum, non veritus est palam dicere; populum Rom. non leuiter ægrotare, atque acri medicina & feuro medico indigere. Nec refugit bonorum consensus austeras illius correctiones: sed reiectis septem nobilissimarum familiarum competitoribus, ipsum Censorem cum Consulatus sui collega L. Flacco (quocum vno castigare se noua flagitia, & priscos mores reuocare posse iactabat) creauit. Hi Censores Senatum cum legerent, M. Cato principem L. Valerium collegam & sibi amicissimum dixit. Septem è Senatu moti, inter quos vnus insignis nobilitate & honoribus, L. Quinctius Flamininus Consularis, frater T. Quinctij Flaminini, qui Philippum Macedonum regem deuicerat. Causa notæ præcipua inter multas fuit, quod in gratiam & spectaculum pueri amasij cuiusdam sui apud se accumbentis in Gallia, quam prouinciam Consul obtinuerat, hominem inter epulas adductum securi percussisset: vel vt nonnulli scripsere, sua manu occidisset ipse, & hominis Galli fidem eius implorantis sanguine in conuiuio lussisset. Meminerunt eius notæ Cicero in Catone, & Val. Max. libro 11. cap. ix. Seneca declamationum libro ix. Plutarchus in T. Quinctio & Catone maiore. Sed non parum variant Auctores facti narrationem à Liuiio discrepantes, qui M. Catonis orationem, quam longè grauissimam tunc Censor in L. Quinctium habuit, sequutus, scribit Quinctium Philippi Pœni pueri amasij sui in gratiam, nobilem Boium Gallum cum liberis ad Romanos transfugam, ad colloquium introductum sua manu occidisse. Alij ferè Valerium Antiatem sequuti, meretriculam, non puerum fuisse tradunt, cuius ad arbitrium & spectaculum tempus & locum supplicij elegisset, pœnamque approperasset hominis alioquin damnati, eoque modo culpam attenuant. Atqui Valerius Max. notam istam, vt iustissimam, laudat; omnibus rem indignam ducentibus, amplissimi honoris maiestatem tam tetro facinore inquinatam fuisse. Hinc etiam pulchrè Liuius: Patrum, inquit, memoria institutum fertur, vt Censores motis è Senatu adscriberent notas. Cato- nis, & aliæ quidem acerbe orationes extant in eos quos aut Senatorio loco mouit, aut qui- bus equos ademit: at longe grauissima in L. Quinctium oratio est; qua si accusator ante notam, non Censor post notam vsus esset, retinere Quinctium in Senatu ne frater qui- dem T. Quinctius, si tum Censor esset, potuisset. Hæc Liuius, qui M. Catonis Censorias illas orationes exticisse suo tempore declarat. Restitutus tamen ordini suo postmodum L. Quinctius, vt auctores sunt iidem Plutarchus & Valerius Maximus libro quarto cap. v. cum ludis denique solemnibus procul inter plebem, non Senatorio loco confedit. Id populum in tanto splendore familiæ passum ægrè, magnoque plausu atque consensu

sensu in locum dignitati suæ debitum redire iussisse, scribunt Manlium siue (vt quædam
 volunt exemplaria) Manilium insuper quemdam virum illustrem Consulatu (vt putaba-
 tur) propinquum, refert ibidem Plutarchus à Catone Senatu motum multò leuiorem ob
 causam: quòd nimirum interdiu, præsentem filia, minùs verecundè dissuauit esset vxor
 rem. Adiecit Catonem, cum increparet notatum; sibi numquam datum à muliere sua-
 uium, nisi cum vehementer tonaret, seque ioco solitum dicere, Ioue tonante, se felicem
 esse. Vnde ioco vulgari dicerium emanasse constat, IOVE. TONANTE. CATO. BEATVS.
 Nec propriæ gentilitati pepercit Censoris istius seueritas. Notatus enim ob leue cauillum
 L. Porcius Læca, qui mendosè (nisi fallor) in exemplaribus Nasica vocatur apud Cice-
 ronem de oratore libro secundo: Corneliorum enim cognomen est Nasica, non Porcio-
 rum, vt notum est. Is iussus à Catone Censore solemnè maiorum more ad rogata respon-
 dere, ac inter alia de vxore, liberis, & familia post iusiurandum, Et tu ex animi tui senten-
 tia vxorem habes? rogante Catone: respondit, Non ex tui animi sententia. Visus est igitur
 nimis liberè L. Porcius ante Censorem cauillari, atque importunè iocari: eamque
 ob causam inter ærarios relatus est. In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiatico
 Consulari & triumphali equum ademit, causam non adiecit Liuius, vel Auctor de viris
 illustribus, qui Sex. Victor. At Plutarchus, odio potiùs inimicæ familiæ priuato, quàm ali-
 quam ob culpam illud ignominie vereri Scipionis calamitati adiecit Catonem asserit.
 Ademit item equum L. Veturio cuidam, elogioque testatus est causam in oratione quam
 tunc aduersus eumdem dixit: ex qua citantur quædam eius verba à Sex. Pompeio Festo
 in Stata sacrificia: Cato, inquit, in ea quam scribit de L. Veturio, de sacrilegio commissio,
 cum ei equum ademit: Quòd tu, quod in te fuit, sacra stata, solemnè, capite sancta dese-
 rui. Et alio loco ex eadem oratione citantur à dicto Pompeio in Prohibere comitia, hæc
 Catonis verba, ex quibus obseruantiam religionis verè Catonianam animaduertimus:
 Domi, inquit, cum auspicamus, honorem me deum immortalium velim habuisse. Serui,
 ancillæ, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non senti, nullum mihi vitium fa-
 cit. Si cui ibidem seruo aut ancillæ dormienti euenit, quod comitia prohibere solet, ne is
 quidem mihi vitium facit. Tristis insuper & aspera in censibus æstimandis & colligendis
 Censura hæc fuit. Vt enim in omnium superfluas diuitias, & luxum animaduerteret Ca-
 to, supellestilem pretiosam omnem, ornamenta, & vestem muliebrem, vehicula, quæ
 pluris quàm xv. milium æris essent: item mancipia minora annis xx. quæ post proximum
 Lustrum decem milibus æris, aut pluris eò venissent, in censum referre viatores iussit: eadẽ
 omnia decuplo pluris, quàm quanti essent, æstimata, & in tabulas relata sunt. Vouerunt
 enim Censores maiore tributo grauare talium rerum dominos, atque eo modo ab em-
 ptione vsuque earum detererere, cum pro singulis æstimatarum rerum milibus ternos æris
 pendere cuique necesse esset. Aquam publicam omnem in ædes, hortos, agros, aut villas
 priuatorum subductam ademerunt: & omnia priuata ædificia publicis operibus inserta,
 vel immolata intra triginta dies passim demoliri iusserunt. Latrauit vehementer etiam
 Cato contra statuarum turbas, eamque superbam ambitionem ægerimè tulit,
 quod ex Plutarcho discimus, & apud Plinium legimus libro xxxiv. cap. vi. Extant
 inquit, Catonis in Censura vociferationes, mulieribus Romanis in prouinciis statuas po-
 ni: nec tamen inhibere potuit, quo minùs Romæ etiam ponerentur. Quæ verba demon-
 strant clarè, Plinij tempore Catonis orationem de statuis inter alias extitisse; sicut illa de
 signis & tabulis, cuius meminit Pompeius Festus in Redemptitauere. Opera demum pu-
 blica faciunda ex pecunia in eam rem decreta locauerunt; lacus videlicet sternendos la-
 pide, tegendasque qua opus esset cloacas in Auentino, & in aliis partibus, qua nondum
 erant, faciendas. Et separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas iecit, vt iter populo ef-
 fet; & viam per Formianum montem strauit. Cato atria duo, Mænum & Titium in La-
 tumiis, & quatuor tabernas in publicum emit, & basilicam ibi fecit, quæ Porcia appellata
 est. Meminit item Censoriorum operum atque basilicæ Asconius Pædianus, in Cice-
 ronis diuinationem commentator, de columna Mænia scribens: Mænius, inquit, cum do-
 mum suam venderet Catoni & Flacco Censoribus, vt ibi basilica ædificaretur, exceperat
 ius sibi vnus columnæ, super quam tectum proiceret ex prouolantibus tabulatis; vnde
 & ipse, & posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro
 dabatur. Ex illo igitur columna Mænia vocitata est. Cum verò mancipibus opera publi-
 ca, nec non vltro tributa vili atque pretiis infimis, vectigalia publica tamen summis lo-
 cassent: aucta sunt nobilitatis in Catonem odia, magnæque diffensiones exortæ inter or-
 dines. Eas itaque locationes cum Senatus Publicanorum precibus atque querelis victus
 induci, & de integro locari iussisset; Censores edicto summotis ab hasta, qui priorem lu-
 dificati locationem fuerant, omnia denuò, paullum imminutis pretiis, locauerunt, vt
 Liuius

*Impudens la-
sciuia notata.*

*Cato quando
beatus.*

*Ludicri ca-
uilli haud le-
uis nota.
L. Scipio A-
stiatius ini-
que notatus.*

*Religionis
neglecta no-
ta.
* sacrificio
alias.*

*Luxus super-
leuitium vt
in censum re-
ductus.*

*Aqua & ædi-
ficia publica
priuatis
adempta.
Cato icono-
machus.*

*Operum pu-
blicorum
elocatio.
* detergendas
alias in vul-
gatis Luui-
nis.
Basilica Por-
cia.*

*Vectigalium
elocatio.
Locationes
vectigalium
operum publi-
corum irri-
tata.*

Liuius auctor est. Addit Plutarchus, T. Quinctium Flaminium cum suis in Senatu locutiones sacrorum imprimis ac publicorum operum tãquam inutiles ac damnosas rescidisse, & Tribunos plebis quosdam instigasse, vt Catonem Plebiscito duobus talentis multarent. Multa etiam ad basilicam Porciam impediendam, quam Cato infra Curiam ad forum Romanum ædificabat, conatum fuisse, multaquæ & graua contra eundem iudicia constituisse. Verùm hæc latius, quæ ad nobilem istam Catonis Censuram attinent, inquire Lector apud Liuium libro xxxix. Plutarchum in Catone maiore & T. Quinctio, Sex. Victorem, qui Auctor de viris illustribus, Ciceronem, Pedianum, Valerium Maximum, & alios. De Lustris, & ciuium censorum numero, quod miror, nihil apud Liuium, vel Plutarchum, aut alios inuenio, quod tamen XLIX. fuisse conditum, docent Fasti Capitolini.

Prætores.

C. Decimius. // . f. // . n. Flauus. vrbanam. iurisdic. fortitus. obtinuit. Antequam. iniret. mortuus. est. In eius locum propter Q. Fuluij Flacci Ædilis curulis designati contra leges petitionem, & praua partium studia, ex S. C. nemo subrogatus est: Liuius libro xxxix. latè.

P. Cornelius * P. f. P. n * Cethegus. Hic alius procul dubio à P. Cethego anni superioris Prætoris, & fortasse patruelis frater. Peregrinam iurisdictionem fortitus ex S. C. vrbanam simul obtinuit, ac ludos Apollinares fecit. Bacchanalium conscios Tarento Romam ad Senatum à L. Postumio Propr. missos in carcerem coniecit: Liuius ibidem.

C. Sempronius * Cn. f. C. n * Blæsus. Siciliam. fortitus. obtinuit: Liuius xxxix.

Q. Næuius. // . f. // . n. Matho. Sardiniam. fortitus. obtinuit. Addita est eidem quæstio de veneficiis, quæ quatuor non minùs menses, priusquam in prouinciam iret, eum tenuit. Exercuit autem quæstiones circa municipia & conciliabula: & si Valerio Antiati credere lubet, ad duo hominum milia damnauit. Sic Liuius ibidem.

A. Terentius * C. f. * // . n. Varro. Hispaniam. citeriorem. cum. duabus. legionibus. obtinuit. Corbionem, in Suefetanis oppidum, vineis & operibus expugnauit, captiuos vendidit, quieta deinde hiberna * in citeriore prouincia habuit: Liuius libro xxxix.

P. Sempronius * P. f. C. n * Longus. Hispaniam. vltiorem. cum. duabus. legionibus. obtinuit. Fractis proximo bello Lusitanis, pacatam prouinciam habuit, vt Liuius ibidem.

Ædiles curules.

Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Designatus, cum Ædilitatem necdum inisset, Præturam C. Decimij Prætoris designati morte vacantem sine toga candida maxima contentione contra Cn. Sicinium & L. Pupium, qui Ædiles anno priore fuerant, & C. Valerium Flaccum Flaminem Dialem petiit. Et inuitis omnibus bonis obtinisset, nisi Senatus ambitione praua nec tolerabili offensus, comitia decreto suo sustulisset, & S. C. de non surrogando in locum mortui Decimij Prætoris nouo promulgasset, quod tale fuit: Quoniam. Prætoris. subrogandi. comitia. ne. legibus. fierent. pertinacia. Q. Flacci. & praua. studia. hominum. impedirent. Senatus. censet. satis. Prætorum. esse: Liuius diffusè & pulchrè hæc libro xxxix.

// . // . // . f. // . n. // .

M. Ogulnius * Q. f. Q. n * Gallus.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

L. Mummius. // . f. // . nepos. L. Cæcilius. // . f. // . n. Denter.

Tribuni plebis.

Horum pars negare rationem Q. Flacci Ædilis curulis designati Præturam petentis habendam esse, quòd duos simul magistratus, præsertim curules, vnus neque capere posset, nec gerere: pars legibus solui Flaccum æquum censere, vt populo, quem veller, Prætorum creandi potestas fieret: Liuius ibidem.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Titinius * L. f. L. * Curuus. Q. Mucius. Q. f. P. n. Scauula.
 L. Minucius * Q. f. * // . n. Thermus [M. Scaptius C. f. C. nepos.]
 [P. Villius P. f. Ti. n. Tappulus] [M. Pompilius. M. f. Sex. nepos]
 M. Fannius * C. f. * // . n. Strabo [Q. Titius. Q. f. C. nepos]
 [C. Fundanius. C. f. Q. n. Fundulus] [Q. Apronius. C. f. C. nepos.]

Quæstores urbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . P. Claudi. }
 // . // . // . f. // . n. // . L. Porci. } Coss. in Liguribus.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Blæsi. Pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Næui. Pr. in Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . A. Terentij. Pr. in Hisp. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . P. Semproni. Pr. in Hisp. vltiore.

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Cuius nomen sic legitur in Capitolinis marmoribus. Patre Consulari natus, & ipse postmodum Consul, vt ex sequentibus patebit.

Ap. Claudius. C. f. C. n. Centho. Pater huius Ap. Claudij fuit C. Claudius, Ap. Claudij Cæci filius, qui Consul, Censor & Dictator fuerat, vt priores Annales nostrî demonstrarunt. Appius autem hic, de quo nunc agimus, post Præturam de Celtiberis ouationem obtinuit, vt suo loco dicetur. Et eundem plures obiisse postea legationes, constat nobis ex Liuij XLII. & XLIII.

C. Papirius * C. f. Q. n * Turdus. Tribunus plebis fuit, vt postea dicemus.

Ser. Cornelius * P. f. P. n * Sulla. Primi quidem P. Cornelij Sullæ filius alter fuisse videtur. Hunc Liuius inter Prætorios nominat libro XLV. qui decem legati ad Macedoniam constituendam è Senatu missi sunt. Prætozem verò Sardinia fuisse, ex Liuij XLI. mutilo loco colligimus: vbi eius prænomen atque cognomen periere.

C. Cassius. C. f. C. n. Longinus. Consul ac Censor post sequetur, & eius nomen extat in tabulis Fastorum Capitolinis.

M. Atilius * C. f. C. n. Serranus * Prætozem inuenimus hunc M. Atilium patre Prætorio, vt apparet, natum. C. Serranus enim Prætor fuerat anno DXXXV. vt suo loco diximus.

C. Valerius * P. f. C. n * Leuinus. M. Mattienius. // . f. // . n. nepos. Ambo Prætores fuere, quod ex Liuij probabitur.

Prouinciæ prorogatae.

L. Postumius * T. f. * // . n. Tumpanus. Propr. Tarentum. prorogato imperio. obtinuit. Magnas pastorum coniurationes vindicauit, & reliquias coniurationis Bacchanalium cum omni cura executus est. Multos, qui aut citati non adfuerant, aut vades deseruerant, in ea regione Italiae latentes, partim noxios iudicauit, partim comprehensos Romam misit: qui omnes in carcerem à P. Cornelio Prætoze urbano coniecti sunt: Liuius XXXIX.

Pastorum cõ-
 iuratio in
 Apulia, &
 Bacchanaliũ
 reliquia viũ
 dicata.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. Galliam. prorogato imperio. obtinuit.

M. Claudius. // . f. // . n. Marcellinus.

Et Galliam prouinciã Prætori prioris anni prorogata opinor fuisse: sed cuiusnam ea fors fuerit, ex Liuij non constare dixi in superiore Annali.

Pro Quæstorib. f. fuêre.

//. // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Gallia.

//. // . f. // . n. // . // . L. Tumpani. Propr. Lucern. in. Apulia. & ad. Tarentum.

//. // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . f. // . n. // Calenus. P. Valerius * P. f. C. n * Læuinus. M. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. [C. Arennius. C. f. C. nepos] [T. Metilius. T. f. M. n. Croto]

C. Calpurnius. C. f. C. n. Pifo. Propr. ann. DLXIX.

de. Lusitanis. & Celtibereis. // . // . //

L. Quinctius * T. f * // . n. Crispinus. Propr. a. DLXIX.

de. Lusitanis. & Celtibereis. // . // . //

C. Calpurnio Pisoni & L. Quinctio Proprætoribus ex prouincia Hispania Roman redeuntibus, magno Patrum consensu triumphus est decretus, ob res benè gestas, hostesq; domitos. Prior Calpurnius triumphauit de Lusitanis & Celtiberis, coronas aureas tulit LXXXIII. & duodecim milia pondo argenti. Paucos post dies L. Quinctius de iisdem hostibus triumphauit, auri atque argenti tantumdem in suo triumpho transtulit. Hæc Liuius libro xxxix. Expressus est item C. Pisonis hic triumphus in argenteis denariis, in quibus videtur imago Triumphæ dei cum laurea corona & sceptro. Sic in altero latere stat ipse Pifo tenens legionis aquilam dextra, vehiturque quadriga triumphali. Et eius nomen ita adscriptum legitur: C. PISO. C. F. C. N. Picturam videre poteris in Goltzianis Fastis nummariis, simul & bigatum L. Quinctij Crispini cum Roma galeata, & Victoria.

Aurea corona & argenti pondo manubiale. Nummi triūphales.

ANNI P. R. C. DLXX.

Consules.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. LABEO. M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS

Q. Fabium Labeonem, M. Claudium Marcellum Consules proferunt in hunc annum Liuius, Cassiodorus, Orosius, & Æmilius Probus, ex Pomponij Attici Annalibus hisce Consulibus mortuum Annibalem esse scribens. Labeonem & Marcellum legimus in tabulis Græcis; in Iulio Obsequente M. Claudium, Q. Fabium Labeonem; qui inter alia eius anni prodigia sic addit: In Sicilia insula noua maritima. Obscurè hæc quidem, si non deprauatus hic locus, vt passim est Obsequens cicatricibus & næuis plena. Elucere autem clariùs verba, si ita legerentur: In Sicilia insula noua è mari nata, pro, maritima. Suffragatur Paullus Orosius libro iv. cap. xx. inter huius anni gesta sic adiciens: Tunc in Sicilia Vulcani insula, quæ antè non fuerat, repente in mari edita cum miraculo omnium vsque ad nunc manet. Sic nostro etiam æuo vnam ex insulis Siciliæ proximis illis flammiumis, Vulcaniam appellant Itali. Q. Fabius Labeo post duas repulsa hunc tandem Consulatum obtinuit; vt ex Liuiio colligimus.

Insula noua in mari Siculo nata.

Consulibus Ligures prouincia cum prioris anni exercitibus, quos P. Claudius, L. Porcius Coss. habuerant, decreta est. Hispaniæ duæ extra sortem prioris anni Prætoribus A. Terentio & P. Sempronio cum suis exercitibus seruatæ prorogatæque. Prætores noui reliquis ordinarias, Siciliam, Sardiniam, Galliam, Apuliam, & duas in vrbe iurisdictiones ita sortiti iussi sunt, Vt Flamen Dialis Prætor, quò apud sacra maneret, vnam priùs ex duabus in vrbe iurisdicundi prouinciam, alias ipsi quinque inter se sortirentur. De prouinciis hæc tantum Liuius lib. xxxix.

Prouinciarū sortitio quædam singularis ex S. C.

Transmarina legationes varia.

Demetrius Philippi regis filius.

Priusquam Consules in prouincias proficiscerentur, legationes transmarinas de Philippo Macedonum rege querelas adferentium introducere. Nec vquam antè tanta Romæ legatorum eius regionis multitudo, inter quos & Eumenis regis cum fratre Athenæo. Aderat etiam legatio Philippi regis, cuius princeps Demetrius eius filius. Hic purgare, de quibus pater à sociis accusabatur, cum deberet, nec iuueni verecundo facile hoc esset, iussus, commentarium à patre sibi datum in Senatu prælegit. Patris igitur excusationes ob filij gratiam, quam obses Romæ sibi conciliarat, vtcumque receptæ sunt. Qui Senatus fauor extemplò inuidiam Demetrio inter suos, mox etiam creauit perniciem,

ciem, vt ex fequentibus intelligetur. Insignis hic annus notatur à plerisque rerum scriptoribus obitu trium clarissimorum suæ cuiusque gentis imperatorum : Annibalis Pœni videlicet, & P. Scipionis Africani: quorum hic in exilio voluntario Linterni mortuus est, ille seipsum veneno extinxit apud Libyssam Bithuniæ in Prusiæ regno, ne in potestatem Romanorum veniret. Tertius additur his Philopœmen Achæorum imperator, non impar virtutibus & magnitudine rerum gestarum: qui eodem hoc anno cum paucis equitibus fortuito casu circumuentus & captus à Messeniis hostibus, postridie in carcere veneno sublatus est. Vitam eius pulchrè nobis describit Plutarchus, exitum verò disertè Liuius enarrat, quemadmodum & Annibalis, libro xxxix. Varias tamen veterum opiniones esse, quo anno mortui Scipio & Annibal, ex Liuius, Cicerone, Probo, Iustino, & aliis est colligere. Nihil memorabile in Liguribus à Q. Fabio Consule gestum est. eius collega M. Marcellus Gallos transalpinos in Italiam transgressos, & oppidum in agro Carnorum ad Timauum ædificantes, armis ademptis, excedere Italiâ coëgit. Istris ex Senatus auctoritate bellum inferre cœpit: sed anni exitu reuocatus, exercitu dimisso, comitiorum causa Romam rediit. Eodem anno Aquileiam deduxere coloniam Latinam Romani, in agro; quem Galli ad oppidum condendum occupauerant. Eodemque tempore Mutina, Parma, & Saturnia, ciuium Romanorum coloniæ, deductæ sunt. De his Liuius & Velleius Paternulus, de Gallis expulsis etiam Io. Zonaras Annalium lib. 11.

Trium clarissimorum imperatorum excessus.

Annibal & Scipio quo anno mortui fuerint, sub iudice in est: Gallos transalpinos ex Italia pellit Marcellus Cos. Colonia tres deductæ.

Prætores.

P. Cornelius. // . f. // . n. Sifenna. vrbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit:

Liuius xxxix.

C. Valerius P. f. L. n. Flaccus. Flamen Dialis. Post anni superioris re-
pulsam Prætor in hunc annum designatus, ne à sacris abesset, Senatus iussu ex duabus Romæ iuris dicundi prouinciis peregrinam fortitus obtinuit. Gallorum transalpinorum legatis propter arma adempta Romam missis Senatus dedit: Quibus Italiâ excedentibus, omnia sua Consulem Marcellum reddere Senatus iussit: Liuius xxxix. fine.

Flamen Dialis ex S. C. Roma Prætoris erere cogitur.

L. Pupius. * P. f. Cn * nepos. Apuliam. fortitus. obtinuit. Reliquias Bacchanalium persequutus est: Liuius libro xxxix. & xl.

L. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæsar. Galliam. cisalpinam. fortitus. obtinuit. Proficisci maturè in prouinciã iussus est, quia Galli transalpini per saltus ignotæ prius viæ in Italiam transgressi, oppidum in agro, qui postea Aquileiensis factus est, ædificabant. Id eos vt prohiberet, quoad eius sine bello posset, Prætori mandatum est. Si armis prohibendi essent, Consules certiores faceret: ex his placere alterum aduersus Gallos legiones ducere. Hæc Liuius libri xxxix. fine.

Sp. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Paullulus. Siciliam. fortitus. obtinuit: Liuius ibidem.

Cn. Sicinius * C. f. Cn * nepos. Sardiniam. fortitus. obtinuit: Liuius:

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
A. Manlius. Cn. f. L. n. Vulso. Q. Fabius * Q. f. Q. n * Maximus:

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Dironius // . f. // . nepos. M. Pinarius // . f. // . n. Posca:

Tribuni plebis.

Horum ferocissimos quosdam T. Quinctius Flaminius; ob fratris sui L. Quinctij è Senatu eiectionem ignominiam acceptam, auctoritate sua induxit & instigauit, vt M. Cato-
nem Censorem ob locationes vectigalium atque operum publicorum malè factas reum facerent ad populum, duorumque talentorum multam dicerent, vt apud Plutarchum in Catone maiore & T. Quinctio legimus.

M. Cato Censor reus factus.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
 // . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
 P. Mucius. Q. f. P. n. Scauula. P. Ælius. P. f. P. n. Ligus.
 T. Fonteius * T. f. * // . n. Capito. C. Licinius. C. f. P. n. Crassus.
 C. Furius * C. f. C. n. Aculeo * L. Atius. // . f. // . nepos.
 Q. Antonius. // . f. // . n * Balbus * [C. Sextius. C. f. L. n. Caluinus]
 [M. Genucius. M. f. M. n. Cippus] [A. Virginius. C. f. A. nepos]

Quæstores vr bani.

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f . // . n . // . Q. Fabi. Cos. } in Liguribus
 // . // . // . f . // . n . // . M. Marcelli Cos. }
 // . // . // . f . // . n . // . L. Iuli. Pr. in. Gallia.
 // . // . // . f . // . n . // . L. Pupi. Pr. in. Apulia * Lucerinus *
 // . // . // . f . // . n . // . Sp. Albin. Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f . // . n . // . Cn. Sicini. Pr. in. Sardinia.

Q. Ælius
Pætus Carus
Tubero.

Q. Ælius P. f. Q. n. Pætus. Cuius nomen sic in Capitolinis Fastis exprimitur. Cognomine Carum atque Tuberonem quoque vocant Plinius libro xxxiiii. cap. xi. & Valerius Max. lib. iiii. cap. iiii. & iv. qui hunc generum L. Æmilij Pauli fuisse demonstrant, Macedonia subacta, Persequè rege capto clarissimi viri. Patrem habuit P. Ælium Consularem & Censuriam, cuius magistratus antea recensuimus.

L. Papirius * C. f. L. n * Maso. M. Cornelius. // . f. // . n. Scipio. Maluginensis

Ambo Prætores sequentur. L. Maso videtur filius fuisse C. Masonis x. viri sacrorum anno dxl. mortui, vt Liuius auctor est. M. verò Scipionis Maluginensis istius mentio, ni fallor, est apud Ciceronem de Oratore lib. ii. vbi refertur, vt L. Manlius Acidinum comitiis Consulâribus ex centuria sua, præcone rogante, Consulem renuntiarit.

L. Claudius * Ti. f. C. n. Afellus * Ti. Afelli fortasse filius, quem Tribunum militum ac Ædilem nobis adduxit Liuius libro xxvii. Hunc Prætozem fuisse reperimus postea.

C. Cicereius. T. f. T. nepos. Scribam & clientem fuisse P. Africani maioris, Valerius Max. libris iiii. & iv. cap. v. prodit. Obscuro quidem genere fuit, sed Prætura & triumpho nobilior factus est, vt patebit. Patris autem auique prænomina ex antiquis eius denariis suppleuimus.

L. Cornelius * Cn. f. P. n * Dolabella. C. Mattienus * P. f * // . nepos. [Cn. Cornelius. P. f. P. n. Dolabella]

Prouinciæ. prorogatæ.

L. Porcius. L. f. M. n. Licinus. Procos. Ligures. prorogato. in. aduentum. Gallis Transalpini se Marcello Consulâri dedunt. Consulum. imperio. obtinuit. Ad ipsum Marcellus Cos. nuntium præmisit, vt ante suum aduentum legiones ad nouum Gallorum oppidum aduoueret. Quo factò, aduenti deinde Consuli deditionem Galli fecere. Duodecim milia armatorum erant, quibus arma adempta sunt, prædæque ex agris passim actæ simul ablata: Liuius libri xxxix. fine.

A. Terenius * C. f * // . n. Varro. Propr. Hispaniam. citeriorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Haud procul flumine Ibero in agro Ausetano & secunda cum Celtiberis prælia fecit, & oppida, quæ ibi communierant, aliquot expugnauit: Liuius ibidem.

A. Varronis
de Celtiberis
victoria.

Quieti Lu-
stani.

P. Sempronius * P. f. C. n * Longus. Propr. Hisp. vltiorem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Diutino morbo implicitus ab armis se abstinuit, & Lusitanis, nullo laceffente, peropportunè quietis, prouinciam pacatam eo anno obtinuit: Liuius ibidem.

certiore modo tanti imperij fundamenta solida struere potuisset, quàm armata Iustitia iugi cultu: quem ab vrbe condita numquam deseruit, mandati postremi memor, quod Romulus ad calites (ut fabulantur) abiens, per Iulium Proculum suis nuntiari iussit; Iustitiam scilicet, remque militarem colerent: Cælestes velle, suam Romam caput orbis terrarum esse, & nullas opes humanas armis Romanis resistere posse; ut Livius & Plutarchus scripsere. Quo quidem oraculo persuasus contemptor periculorum populus, recti cultu pectora roborans

Per damna, per cædes ab ipso

Duxit opes, animumque ferro,

ut Horatius poeta cecinit elegantissimè. Recti autem, hoc est, æqui iustique cultu firmans rempublicam, & animos civium, ipsam iustitiam in legibus, edictis, & fœderibus semper observare voluit, atque eandem armis defendere numquam dubitavit, bonum eventum atque victoriam, iustitiæ comites esse persuasum habens. Spes itaque constans victoria post maximas etiam clades Romano numquam defuit, cui pericula audaciam, labores animi ac robur augebant. Quanta verò cum generosa magnanimitate populorum iniurias vindicavit, tyrannicos regum ac principum aliquot spiritus pessum presserit, & florentissimas Europæ Asiæque civitates plures à vicinis regibus oppressas, servitutum iugo liberavit. Victor in Macedonia & Suria, ut prior Annalis X. ita & hic XI. explicabit. Cuius idcirco character erit TYRANNICIDA. In quos sub leonis robusti imagine figuratum Imp. L. Æmilium Paullum Consulem II. ducemque belli exhibere volui, qui cornupeta tauri sub specie, tectum regem Macedonia Persen ex pellice natum, vilem animo, veneficiis, latrocinis, ac paricidiis impiis infamem, bello captum atque prostratum supplantat, & mordicus exenterat. Allegorema quidem istud mutum imitari, & huic argumento libuit applicare, desumptum scilicet ex antiqua Parisij marmoris pulcherrima tabula, quam Roma in hortis Iulij III. Pont. Max. ad viam

Flaminiam inter alias antiquitatum reliquias me vidisse memini. Et quantum ex parergis hieroglyphicis eiusdem operis colligere possumus, videtur sanè marmorea tabula hæc studiosorum artis antiquæ cura, nescio qua fortuna, nobis esse residua ex ornamentis; quibus olim vel Mausoleum Augusti vicinum fuit vestitum, vel quibus arcus eiusdem triumphalis in via Flaminia positus exornatus fuerat, in memoriam viarum eius auspiciis per Italiam munitarum, arcus cuius simulachrum in diversis antiquis nummis adhuc exstat. Iam verò quia luce clariùs liquet, res Imperatorij præclarè gestas exsculpi in similibus monumentis solere vel figuris rectis ac apertis historicè, vel obliquis per symbolorum emblemata: (nisi fallor) ista tabula per suas anagogas atque ambages insinuare velle videtur Augusti victoriam de Ægypto subacta, atque in provincia formam redacta, qua potentiam sui imperij mirum in modum auxit, atque in tantum, ut illi postmodum Romæ propter hæc & alia merita, cognomen Augusti ab augendo sit inditum. Ægyptus etenim, quantum propter fecunditatem frugum atque opulentiam rerum omnium ab omni veterum memoria celebrata fuerit, hic latius adferre non necesse est. Meminerunt eius passim antiquissimi Auctores, & poetarum fabule. Quanta verò vectigalia & tributa quotannis Romam nova hæc provincia consueverit adferre, quandoque visum fuit inestimabile, & fidem vix impetrare: cum Auletæ postremo regi ignavissimo Cleopatræ patri (ut ex Ciceronis oratione quadam testatur Strabo) annuos proventus certos duodecim talentorum milia & quingenta dederit. Quos regio proventus Romanus populus ex Augusti decreto, in provinciæ nova consti-

Iustitiæ armata vis & vigor.

Romuli testamentum.

Rectū quid.

Fortitudo animi constans speciem fouet.

Characteris explicatio.

L. Æmilius Paullus dux belli, leo robustus.

Perses rex, taurus indomitus cornupeta.

Tabula antiquissima cū leone tauricida.

Mausoleum Augusti.

Arcus triumphalis eiusdem in via Flaminia.

Augustus ab augendo.

Ægypti summa fecunditas.

Vectigalia Ægypti. Ptolomæus Auletæ.



tutione, ultra duplum ampliavit. De qua re Strabo latius disserit, quem vide lib. XVII.

Aegyptus finibus incultis clausa, maleque fimbriata. Libua arena.

Quamvis autem Aegyptus finibus sit arcta, montiumque incultorum ferè iugis atque paludibus inclusa: frugum tamen, fructuum, & pecorum omnis generis abundantia longè lateque superat immensos Libuæ arenae vicinarumque regionum campos, sicut Herodotus, Strabo, Philo & Iosephus Iudæi, atque alij plures Auctores, qui regionis illius meminere, scriptis suis asserunt. Volunt igitur inde proverbium vetus enatum esse: Sulcus Ægypti Libuæ non curat arenas. Antiphili item de hac re manet elegans epigramma tale:

Καρποῖς ἐκ σαδισίων ἐπίτοιδον, εἰδὲ γὰρ ἀλαξ
 Αἰγύπτου Λιβυῆς Ἰαίου ἐπιπέφθη.

Fruetibus igitur, non stadiis se certare cum Libua gloriatur Aegyptus. Iam quid amplius ex Homeri poetarumque fabulis discimus? è vulgari scilicet antiquissimorum opinione receptum fuisse, Aegyptum quoddam esse templum deorum: sed nugarum (uti constat) fumis plenum. Factitarunt tamen veteres illi, solere Deos eò animi gratia expansari, atque regionem illam tam esse munitam quaque versus mari, montibus, paludibusque, atque adeò fertilem, Iosepho teste, ut cunctos mortales pascere, deos ipsos excipere hospitio posset, atque insuper publicum orbis horreum esse gloriarentur. Hanc igitur provinciam, opimi bouis agricolæ in modum humi iacentem inter aspreta sterilium montium, deuorat validus ac vastus leo Romanus Caesar Augustus, quemadmodum in dicta

Deorum templum Aegyptus, hortus, achospitium.

Horreum vrbis, ac orbis publicum.

tabula vides eleganter exsculptum esse. Limitum Aegypti sterilitatem ostendunt utrimque scopulosi montes, in quibus nil aliud videtur, quam pinus una tonsa, cum arida quadam stirpe. Verùm mons à sinistris excelsus alios à dextris altitudine multum superans sine cacumine, cum aræ vel columnæ quasi forma ruditer sit excisus, & in superiore parte planus, Atlantis celeberrimi montis speciem quamdam ostendere nobis velle videtur, & simul alludere ad mirificas de illo confictas fabulas ab antiquis, propter raram eius montis formam, ac summam altitudinem, qua nubes ultra tendens, calum ac sidera tangere; & cacumen ostendere numquam videtur, cum humani visus acies eò peruenire nequeat. Magnam itaque fabularum materiem poetis olim præbuit, & vanam barbaris populis circumcirca variarum religionum superstitionem demonum præstigiis peperit, quibus prisca populorum Africa sapientes decepti tradidère, Vrani vel Cæli ac Terræ filium Atlantem fuisse, ipsum ac patrem eius apud Atlantes

Limitum nota in tabula.

Atlantis montis delineatio.

populos multis sæculis regnasse, & deorum genus ab his primùm progneratum esse. Deorum insuper munera & beneficia quacumque, ut diuinarum humanarumque rerum scientiam, & artes cum diis inde per orbem terrarum inter homines esse propagatas. Hinc cæli velut quoddam propyleum hunc montem multi populi venerabantur. Quin & cæli abeneum postem appellat Dionysius Afer in periegesi, quòd calum sustentare Gigas ille videatur, & ita vulgò credi columnamque vocari testatur Herodotus: astipulantur Homerus, Aeschylus in Prometheus, & alij plures. At miror hos enthusiastæ sui privilegio non cecimisse cochleatam esse, quo numina illa sua commodius per eandem descendere ac scandere possent: quando prisca vox Atlas apud Græcos idem significat, quod apud Latinos vertebra aut vertibulum. Fabulantur enim, Jouem ac superos cælites ad eius montis cultores lubenter venire, & epulares in eorum sacris evaporationibus victimarum familiariter oblectari. Verùm quonam dementia prorupit Aegyptiorum superstitio? quibus persuasum id ampliùs, deos ipsos sub diuersis animalium, rerumque creaturarum figuris apud eos semper presentes viuere, & sacerdotes

Vrani vel Cæli filius Atlas.

Eius erga homines beneficia. Propyleum & columna cæli.

Atlas Latinis vertibulum.

Deorum cœliiua.

Aegypti dementia.

suis

suis cibis eos pascere & enutrire. Ceterum (ne longius discedam ab Atlante fabularum eius generis ventoso folle) non est quod mireris, amice Lector, hunc montem Aegyptij bouis iam dicti latus alterum, quo Libucas ac Marmarides gentes respicit, claudere, cum dierum plurimum itinere ab Aegypto distet, positus in Africa finibus ad Oceanum occiduum, Atlanticum ab eo dictum, in Mauritanie littoribus Tingitanæ. Studio quidem hoc fecisse, nec inconsultè, sculptor artifex ingeniosissimus poetico suo iure videtur in laudem ac honorem Caesaris Augusti, populiq; Romani: & voluisse simul demonstrare per tauricidam illum leonem uno pede calcantem montis Atlantis basim aut radices, una illa præclara victoria Augusti Alexandrina Africa populos alios plures, qui Cleopatrae & Antonij partes eo bello sequuti fuerant, ad extremos Mauros & Atlantem montem Africa terminum vsque, rege eorum Bocho capto & occiso, subactos ac in potestatem populi Romani redactos esse. Qui autem Africa reges ac populi aduersus Romanos tunc Antonio & Cleopatrae dederint auxilia, scribunt Plutarchus in Antonij vita, & Dion Cassius, qui regem Maurorum Bochum inter alios castra Antonij sequutum in Græciam vsque tradunt, & addit Strabo Geographus Bochum ipsum Methone captum à M. Agrippa, & occisum fuisse, & regnum eius à victore Cesare dono datum fuisse regi Numidiæ Iubæ iuniori, qui in fide manserat. Non igitur ineptè sculptor istius tabulae, volens victoriae magnitudinem ad Africa fines extendere, Atlantem Maurum, non secus ac Aegyptium taurum, sub Romani leonis robustissimi vastis pedibus posuit. Ut autem triforem Hecatem finxit poetarum theologia vetus, sic etiam à sculptore tabulae ex eadem nobis Atlantem tribus variatum figuris ostendit. Montem esse, rudis inequalitas docet, columnam dici velle, sublimitas rectè tendens in altum demonstrat, extremitatum denique lineamenta, aræ quasi speciem exprimunt. Sic vertex eius complanatus, & quemadmodum in excelsis altaria solent, pulcherrimo coronarij operis ac festæ frondis sermo dependente comptus, iacientiaque in eodem instrumenta in sacrificiorum tripodibus, orgiis, & choreis constitata, Terræ matris inuenta, tympanum scilicet, & cymbala, diis superis montem istum sacrum esse significant. Adstat in imo montis incuruum Panis dei pastorale pedum, demonstrans pascuum ac fertilem montis eius tractum, quem deos terrestres & animales colere volebant, ac imprimis montiuagum Pana pecorum custodem, qui idcirco Βιαπανάς Græcis est etiam dictus, quasi vitæ necessaria curans. Stat in summo montis tamquam in ara quadam Terminus deus insigni & rara forma, capite tectus galea ex cornibus compaginata, vt regem agnoscas. Arietis inflexa tegunt occipitium, alia duobus bubula frontem vtriusque protegunt à temporibus. Ipse barba hispida facie contemplatur altum, sine brachiis, toto corpore nudus ad pubem vsque; ubi pelle, tamquam subligaculo cinctus est, ac deinde sine suris vel ἀκρωτες trabe quadrägula in terminum desinit. Simulachrum haud dubiè ex variis fabularum argumentis conflatum ex Atlantidum vel veterum poetarum theologia, quod sua cornuta galea Solem, Lunam, Isidem, Osyridem, calorum ac siderum motus, fines, ac circumferentias continet. Pectore largus, & corpore humano nudus, quamuis sine brachiis, quid ἠεροειδέος ostentat, mentis scilicet & rationis imperium: quo ἀχέροτος vel inuictus ac inuolabilis putabatur. His subsunt geniturae ac corruptionis organa quæ pelle tecta seruat, & vitæ mortisque terminos occultans, simul procurat. Ipse autem, an Uranus Agmonis filius, aut Atlas ἀλόπερον apparere nobis velit, ignoro, sub iudiceque litem relinquo. Multiformia sanè in hoc Termino non solum, verum etiam in totius tabulae sculptura, non minora quam

Cur Atlas in tabula antiqua Aegypto iunctus.

Leo pede calcans Atlantem, quid.

Bochus Mauritanie rex captus & occisus.

Mauritania Bochi Iubæ regi Numidiæ dono data.

Triplex in Atlante figura.

Coronæ & instrumenta sacra.

Panis dei pedum.

Pan Βιαπανάς.

Terminus deus Atlanti proprius.

Cornu, corona regia.

Termini descriptio.

Atlas ἀλόπερον.

in Aegypto Protheo vel Alis Simmia Rhodij, quæ cum Cereris mundo necdum patent, & ab argumento mei operis, in quo versor, sunt aliena. Vt igitur reuertar unde digressus sum, candide Lector, taurum sub magno leone prostratum pro Characterè libri huius XI. Annalium ex dicta tabula nunc solum mutuari, atque interpretari historicè volo. Quo me subijcere mentis oculis, autumo, posse, ut antè dixi, qua ratione Romanus populus intolerabilem taurum regni Macedonici iustis de causis oppresserit atque sustulerit L. Paulli imperatoris auspiciis, tamquam robusti leonis viribus. Nec minore virtute, quàm denique multis annis postè Diuus Augustus Aegypti regnum, M. Antonij & Cleopatra cornibus contusis, suæ potestatis fecit. Sub cuius animosi leonis unguibus ac dentibus taurus Apis, summum totius Aegypti tutelare numen, religiosa superstitione semper cultus, iacet subiectus & oppressus, ut in tabula representatur. Quàm verò aptè & eleganter veteres illi per tauros frequenter superbos & iniquos regum ac principum spiritus significarint, me latius in superioris libri Characterè disseruisse memini. Hæc igitur de eo nil ampliùs. De leone tamen non prætermittendum duco, per eundem inter alia multa, quæ ex animalis istius præstati natura atque indole bona suis argumentis applicare voluerunt Philosophi & Poëta, imprimis significasse principem animi magnitudine ac maiestate sublimem, atque corporis armorumq; viribus potentem, propter plures, quibus excellit leo, sensuum & corporis dotes. Tum quòd regiam quasi personam inter cetera quadrupedia gerere videatur, corpore robustus, capite, oculis, ac fronte stupendus & terrificus, voce ac rigitu, cum ad iram tendit, tremendus, alioqui mansuetus ac placidus. Nec aliter imperator aut princeps bonus domi militiæque virtutibus præcellere, iustitia & æquitate legum edictorumq; suorum imperiosus esse, maiestatemque suam tueri debet, dum suas suorumque iniurias ulciscendo, parcere subiectis, ac debellare superbos nouit, ut Poëta verbis dicam. Quæ & leonum est natura, quos non facile, nisi iniuriis irritatos seuire, multis experimentis compertum esse, tradunt Aristoteles, Ælianus, & alij plures, qui naturas animalium describunt. Nec ultra modum puniunt oppugnantem, sed quamdiu inuulnerati, victoria contenti sunt, hostemque prostratum ac perterritum pro iniuriæ modo sugillant & quatiunt, postmodumque dimittunt. Vt etiam pulchrè testatur istis versibus Ouidius, veniam offensi prostratus in exilio sperans, & querens ab Augusto Cesare, ut leone lesò, Tristium libro III. Elegia v.

Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit:
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suam finem, cum iacet hostis, habet.
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcumque minor nobilitate fera est.

Leo vindex
iniuriarum
iustus.

Quin etiam iniuriarum meminisse diu, & vindictæ cupidus esse, constat. Quod ipsum raro & singulari exemplo probat Ælianus in animalium historia libro VII. cap. XXIII. narrans, ut iuuenis nobilis Iubæ regis per Mauritania deserta cum exercitu proficiscentis comes obuium in siluis leonem sagitta vulneratum fugauerit: quem anno elapso postè, Iuba rege eadem via redeunte, idem leo sanatus ex vulnere in turba obseruatum inuasit, & extractum è tanto armatorum comitatu dentibus dilacerauit. Insuper & aliorum animalium immania & iniusta scelera ipsum haud grauatim ulcisci aliquando, docet idem Ælianus ex Eudemo, scribens libro quarto, cap. XLV. leonem &

ut sum

Ursam à primis unguiculis apud Venatorem mansuetarium quemdam simul educatos ac mansuetos, cum cane eiusdem domestico peramanter diu vixisse, una dormisse, manducasse, nec non ioculariter sine offensa lusitasse. Cum tamen ursam denique ad naturam rediens, rabida quadam ingluvie sua contubernalem canem dilacerasset: leo perfidam crudelitatem ac iniuriam amicissimo cani factam non ferens, impetu in ursam facto, talionem dentibus unguibusque eidem reddidit. Vides igitur, Lector, regias in animali isto virtutes animaduersas ab antiquis esse; qui idcirco non temerè leonem magni herois esse notam voluerunt, atque eius exuvio Regum atque Imperatorum statuas exornarunt. Sic Herculis (in quo nobis optimi fortissimi que principis imaginem non minùs historicè quàm fabulosè vetustas depinxit) sic Philippi & Alexandri Macedonum regum (qui ab Hercule genus ducere voluerunt) sic aliorum etiam Imperatorum imagines leoninis spolijs vestitas videmus in statuis, marmorum sculpturis, ac nummis antiquorum. Quo demonstrare voluerunt, animi corporisque virtutibus, maiestate, iustitia, fide, ac fortitudine heroës istos leonibus similes esse voluisse. Quem morem ab Ægyptijs ad Græcos, & ab his ad Romanos defluxisse constat: quibus & hoc familiare fuit, militarium thoracum pectora leonum capitibus, tamquam animositatis ac fortitudinis signis exornare. Quin animaduertere est ex antiquitatum reliquijs, plures Imperatores Romanos leonis imagine in sculpturis & nummis effingi voluisse. Quod nec Augusto Cesari displicuisse constat, in cuius aureis argenteisque nummis elegantissimè cuspis, vidi expressum fugientem ceruum, & prioribus inflexis pedibus in fuga labentem: quem validus leo quatuor pedibus in dorsum eius saliens retinet, & dentibus in artus fixis vulnerat ac opprimit. Quo synthemate victoriam Actiacam Augusti Cesaris naualem, & M. Antonij, Cleopatras, & hostium ante prelium fugam significari volunt antiquitatum periti: & per cerui ramosa, classis Antoniana fugientis velatarum antennarum cornua ostendi, vt Virgilianis hoc verbis ferè dicam. Et hic idem ille leo, qui in tabula superiùs allata taurum illum Ægyptium deuorat, quemadmodum antea demonstraui. Iam verò memini, quòd olim reuersus ex Italia, Leodij Eburonum apud antistitem ac principem Robertum à Bergis, humanitate ac doctrina non minùs quàm nobilitate ac potentia illustrem ac reuerendum, viderim Diocletiani & Maximiniani Augustorum numisma rarum atque insigne, cuspum in memoriam fœderis & amicitie sanctæ, quod Diocletianus cum Maximiniano inierat, cum illum Augustum appellatum, collegam ac consortem imperij fecisset. In quo laureata duo Imperatorum capita ab vna parte videbantur: ab altera verò nummi parte glypticum extabat tale: sub corona laurea, quæ in medio nummi pulchra erat, Aquila stat alis expansis fulmen unguibus tenens, iuxta quam à sinistris sedet aquilam obseruans leo. Sceptrum vterque suum pedibus, tamquam potentie summa atque imperij regij insignia, tenet. Ex quo colligere est, per illam aquilam Iouis alitem fulminis custodem, nobis ostendi Diocletianum Iouium Augustum: & per leonis iuxta sedentis simulachrum, notari collegam eius Maximinianum Herculeum Augustum. Talia enim sibi cognomina tunc Imperatores isti duo sumpserant valdè superba, à dijs nimirum, quorum potentiam imitari se velle præsumere videbantur: vt ille Iouius à Ioue summo, hic Hercules à Iouis filio Hercule diceretur. Herculi enim leo sacer habebatur, quem & Ouidius Herculeum appellat: vt & ipsum Herculem ab Alexandria vate apud

Leonis, vixæ,
& canis contubernium
& conuictus.

Magni herois honorificum indumentum leonina.

Leonum capita in thoracibus principum.
Principes leonis imaginibus sculpti.
Augusti numisma.

Diocletiani & Maximiniani Imp. rarum numisma.

Sceptra potentie insignia.
Aquila Diocletianus Iouius.
Leo Maximinianus Hercules.

Herculi leo sacer.

Lucophronem mysticè Triuesperum Leonem nominari legimus. Supra coronam
quæ in medio nummi est, duæ dextera manus iunguntur, in fidei, fœderis, ac
amicitiæ contractæ signum. Circumscripta litterarum notæ, quæ proferunt
elogium tale:

CONCORDIA. PERPETVA. IMPP. AVGG. N. N.

hoc est, Concordia perpetua Imperatorum Augustorum nostrorum; quam istis
nummi tesseris demonstrari voluerunt. Verùm hæc de Characterè libri dixisse
sufficiat.



TVRAN-

T V R A N N I C I D A

L I B E R X I.

A N N A L I V M R O M A N O R V M

S T E P H A N I V I N A N D I P I G H I I.

A N N I P . R . C . D L X X I.

C o n s u l e s .

L . A I M I L I V S . L . F . M . N . C N . B A E B I V S . Q . F . C N . N .
P A V L L V S . T A M P H I L V S .

ic adferunt item hos Consules Liuius, Obsequens, & Cassiodorus: L. Paullum, Cn. Bæbium, Marianus. Tabulae meae Graecae Tamphilum & Paullum produnt. Probus in Annibalis vita Æmilium Paulum & Cn. Bæbium Tamphilum: ex Polybij sententia mortuum eo anno Annibalem scribens. Æmilium post tres repulsas * ægrè hunc Consulatam adeptus est, vt Sex. Victor auctor de viris illustribus, Valerius Max. Plutarehus in Paulo, & Liuius testantur.

*Annibal his
Coss. mortuus
ex Polybij
sententia.*

** egerat mō-
dosè in plorif-
que Sex. Vi-
ctoris.*

*Prouincia
duobus Con-
sulibus vna
transiit.*

*Noui motus
Ligurum &
Celtiberorū
in Hispania.*

*Noui delectus
militares.*

*Prorogata
imperii prio-
ris anni Con-
sulibus.*

*Regum le-
gationes ad
Senatum Ro-
manum.*

Consulibus nulla præter Ligures prouincia, quæ decerneretur, erat: qui tamen exercitus conscribere nouos iussi sunt. Q. Fabius enim ex Liguribus scripserat, Apuanos ad rebellionem spectare, periculumque esse, ne impetum in agrum Pisanum facerent. Et ex Hispaniis citeriorem in armis esse, & bellari cum Celtiberis sciebant: & in vltiore, quia diu Prator ager fuerat, disciplinam militarem luxuria & otio solutam esse. Quatuor legiones decretæ in Ligures, singulae quinque milium ducentorum peditum, & trecentorum equitum, addita xv. milia peditum, & equites octingenti socium ac Latini nominis. Ex his duo Consulares exercitus fierent. M. Marcello ex Consulatu in Gallia prorogatum imperium, & Q. Fabio in Liguribus cum suo exercitu. Pro Marcello scribere Consules iussi sunt septem milia peditum, & quadringentos equites socium ac Latini nominis: & pro Hispaniis quatuor milia peditum ciuium Rom. & ducentos equites, & sociorum septem milia peditum cum trecentis equitibus. Hic eius anni apparatus bellicus fuit: Liuius libri XL. principio. Legationes transmarinae omnes audita, inter quas Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum querentium de Synopentium clade, item Philippi regis, Achaeorum, & Lacedaemoniorum. Asiae Regibus responsum, legatos ad eorum res videndas missurum Senatam esse: Philippo & Graecis (audito prius Q. Marcio, qui ad res Graeciae Macedoniaeque videndas missus erat) responsa data sunt. Contra Ligures res prosperè gesta à Coss. quorum ob victoriam in diem vnum supplicatio decreta est. Hostium duo milia ferè ad Galliae fines, vbi Marcellus Procos. castra habebat, venerunt, & vt in fidem à Marcello reciperentur, rogantur. Qui eos ex Senatus sententia ad Consules remisit: Liuius lib. XL. Qui item copiosè simultates enarrat inter fratres Persea & Demetrium Philippi regis filios, quæ semina belli Macedonici fecundi prima fuere.

*Contra Ligu-
res bene pu-
gnatum à
Coss.*

*Semina bellis
Perseis.*

P r a e t o r e s .

M. Ogulnius * Q. f. Q. n * Gallus. Urbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Ex S. C. Marcelli Procos. litteris rescripsit, vt Ligures dedere se in fidem volentes, ad Coss. ipsos, quorum erat prouincia, remitteret: Liuius lib. XL.

M. Valerius. M. f. P. n. Launus. inter. ciues. & peregrinos. iurisdictionem. fortitus. obtinuit: Liuius ibidem.

L. Caecilius. // . f. // . n. Denter. Siciliam. fortitus. obtinuit: Liuius.

E c

C. Teren-

Tribuni plebis

Appellati à Manulia meretrice, actioni ædis Mancini intercessere. Auctor Ateius Capito apud A. Gellium.

.. .. f. .. n. f. .. n. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. f. .. n. f. .. n. ..
T. Æbutius * T. f. T. n * Carus.	M. Titinius * Q. f. Q * nepos.		
C. Numifius. .. f. .. nepos.	M. Popillius. P. f. P. n. Lænas.		
P. Licinius. C. f. P. n. Crassus.	M. Fulvius. Q. f. M. n. Flaccus.		
M. Licinius * C. f. P. n * Crassus.	[P. Licinius C. f. C. n. Stolo]		
[C. Genucius. L. f. L. n. Clepsina]	[M. Sextilius. M. f. .. nepos]		

Quæstores urbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
-------------------	-------------------

Quæstores prouinciæ.

.. .. f. .. n. ..	L. Paulli } Coss. in. Liguribus.
.. .. f. .. n. ..	Cn. Bæbi. }
.. .. f. .. n. ..	L. Cæcili. Pr. in. Sicilia.
.. .. f. .. n. ..	C. Terenti. Pr. in. Sardinia.
.. .. f. .. n. ..	Q. Fului. Pr. in. Hisp. citer.
.. .. f. .. n. ..	P. Manli. Pr. in. Hisp. vltter.

N. Fabius * N. f. N. n * Buteo. Qui in Prætura mortuus est anno DXXC. Sed vitiatum est eius prænomen in Liuianis exemplaribus libro XLI. & sequenti, vbi perperam Cn. Fabius Buteo vocatur, insueto profus Fabiæ genti prænomine. Auum habuisse Consulem anno DVI. N. Fabium Buteonem, ex temporum interuallo colligere est.

M. Iunius M. f. M. n. Pennus. Qui Consul cum Q. Pato sic in Fastis Capitolinis recensetur.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Magni illius Marcelli quinquies Consul, qui opima de Virдумaro rege rettulit, nepos. Et huius tres ordine Consulatus, totidemque triumphis sequentur. Quibus summa cum gloria perfunctus, tandem naufragio in Africa periit, vt Liuius & alij testantur. Cicero sæpius meminit. in L. Pisonem verò sic:

M. Marcellus, qui ter Cos. fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloria & laude viuit. Vbi pulchrè Pædianus commentator: Fortasse quæritis, quem dicat Marcellum? Fuit autem nepos M. Marcelli eius, qui bello Punico secundo Suracufas vicit, & quinquies Consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit paullò ante cœptum bellum Punico tertium. Idemque cum statuas sibi, ac patri, itemque auo poneret, in monumentis aui sui ad Honoris & Virtutis ædem subscripsit: TRES. MARCELLI. NOVIES. COSS. FUE- rat autem auus quinquies, pater semel, ipse ter. Itaque neque mentitus est, & apud im- peditiores patris sui splendorem auxit.

Cn. Sicinius * Q. f. Cn * nepos. Sequetur Prætor, & post Præturam legatus in Galliam missus anno DXXCIII. fuit, vt ex Liuij XLIII. colligimus, vbi tamen eius prænomen corrigendum esse videtur.

Sp. Cluuius .. f. .. n. Saxula. Hunc Prætorem adduxit Liuius, vt suo loco dicemus.

[Ser. Sulpicius Q. f. Ser. n. Paterculus]	[C. Furius. L. f. L. n. Bibaculus]
[L. Arennius L. f. C. nepos]	

Prouinciæ prorogata.

Q. Fabius Q. F. Q. n. Labeo. Procos. Ligures prorogato imperio cum exercitu quem habebat obtinuit: Liuius libro XL.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procos. Galliam Cisalpinam prorogato imperio obtinuit cum septem milibus peditum, & quadringentis equitibus socium ac Latini nominis. Ex S. C. Ligures ad duo ferè milia finibus pulsos, ad eius castra venientes in Galliam oratum, vt in fidem reciperentur, ad Coss. in Liguriam remisit: L. Papius lib. XL.

Ligures finibus pulsos & Consulibus in fidem recipimus.

L. Papius // f. // nepos. Propr. Apuliam. prorogato. imperio. obtinuit, quamuis hoc L. Papius non exprimat: nam anno sequenti L. Duronius Prætor eidem successit.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Fabi. Procos. in. Liguribus.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Marcelli. Procos. in. Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Pupi. Propr. in. Apulia.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.
 L. Claudius * Ti. f. C. n * Afellus * C. Cicereius Ti. f. T. nepos.
 L. Cornelius * Cn. f. P. n. Dolabella [C. Arennius C. f. C. nepos.
 [T. Metilius. T. f. M. n. Croto]

A. Terentius * C. f. * // . n. Varro Propr. Ann. DLXXI.

Ouans de Celtiberis // . // . //

Aurum ac argentum manubiale.

A. Terentius qui ex Hispania citeriore anno eodem decesserat, ouans urbem iniit. Transtulit argenti pondo mille CCCXX. auri LXXXII. & aureas coronas LXVII. L. Papius lib. XL. Extat huius triumphus memoria in argenteis denariis, cum Romæ capite galea pinnata tecto, & Ioue in quadriga triumphali. Nomen sic adscriptum est: A. TERENTI. VARRO.

ANNI P. R. C. DLXXII.

Consules.

P. CORNELIVS. L. F. P. N. CETHEGVS. M. BAEBIVS. Q. F. CN. N. TAMPHILVS.

Quomodo reperia fuerint his Consulibus arca sepulchrales Numa Pompilij regis cum eius libris.

Cur libri Numa regis d. amplius annis durauerint integri. Scadulas aut candelas excedro Numa libris conseruasse.

A Multis recensentur hi Consules, nam præter Lium, Cassiodorum & Marianum, Valerius item Maximus lib. 11. cap. v. eosdem nominat, docens vt his Coss. primus auratam Romæ posuerit patri statuum M. Acilius Glabrio filius in æde Pietatis, sicut antè in patris triumpho diximus. Lentuli cognomen iam dicti auctores P. Cornelio attribuunt, non Cethegi: sed sæpè coniungi in eodem hæc duo cognomina cognoscimus. Probus in Annibale P. Cornelium Cethegum & Bæbium Tamphilum citat; tabula Græcæ Cethegum & Tamphilum adferunt. Sed pulchrè tabulis Capitolinis congruit Plinius libro. XIII. cap. XIII. ex Cassij Heminæ Annalium quarto, libros sacrorum Numa Pompilij regis hoc anno inuentos in Ianiculo fuisse referens, nempe P. Cornelio L. f. Cethego, M. Bæbio Q. f. Tamphilo Coss. Cn. Terentium scribam agrum suum repastinantem in Ianiculo offendisse arcam, in qua Numa, qui Romæ regnavit, situs fuisset. Cuius rei meminerunt etiam L. Papius, Plutarchus, & Valerius, vt paullo post latius dicam: & ex eisdem D. Augustinus de ciuitate Dei, & Lactantius Institutionum libro 1. cap. XXI. Digna sanè lectu est historia, in primis apud Plinium: miraculi enim instar est, chartaceos libros quingentis quadraginta plus minus annis sub terra durare potuisse. Verum enim verò Cassius apud Plinium loco dicto tradidit, rationem ita redditam esse: Lapidem in arca circiter media fuisse vincum candelis quoquo versus, in eo insuper libros impositos non computruisse, & libros cedratos fuisse; propterea arbitrarier, tineas eos non tetigisse. Discrepat L. Papius, rem exactè non minus enarrans: qui non lapidem vincum candelis, & libros insuper impositos in arca inuentum scribit, sed quòd in arcarum altera (nam duas vult inuentas) duo fascies candelis inuoluti septenos habuere libros, non integra modò, sed recentissima specie. Septem Latini erant de iure pontificio, & septem Græci de disciplina sapientiae, quæ illius ætatis esse potuit. Suffragatur apud Plinium

Plinium C. Pifo Censorius, septem libros Iuris pontificij fuisse, totidemque Pythagori-
cos, eosque combustos, vt & nos dicemus. Admodum antiqui scriptores in librorum nu-
mero variarunt, nec etiam quales, vsusve cuius, candelę istę fuerint, quispiam nobis expo-
nit, quibus librorum fasces inuoluti, vel lapis vincus. Nisi vitium est, & pro (scandulis)
perperam (candelis) scripsere librarij: verisimile est, candelas illas ex cedri resina vel pa-
limpissa confectas fuisse contra cariem ac tineas. Cedri namque lignum vim quamdam
æternitatis habere veteres opinati sunt, & eius hieroglyphicum esse. Itaque deorum si-
mulachra ex cedro lubenter factitauerunt, vt ait Plinius. Iam cedro digna esse poetę ca-
pitiunt opera, quę merentur immortalitatem. Non adeo mirum igitur, Numę regis libros
cedrinis scandulis, vel (si magis ita placet) candelis armatos, per tot sæcula contra cariem
ac tineas conseruatos, & ab interitu vindicatos fuisse.

*Locianimad-
ueritatis in
Liuio & Plin-
io.*

*Cedrus arbor
immortalita-
tis hierogly-
phicum.*

Exercitus Consulibus decreti in Ligures, quatuor legiones, quarum singulę quina mi-
lia ducentos Romanos pedites haberent, & trecentos equites. Item quinque milia socium
ac Latini nominis, & octingentos equites. In Hispaniis prorogatum imperium veteribus
Prætoribus cum exercitibus quos haberent: & in supplementum decreta tria milia peditum
Rom. ducenti equites, & socium Latini nominis sex milia peditum, trecenti equites.
Duumviri item nauales creati, qui viginti nauibus armatis oram maritimam tuerentur,
alter decem nauibus circa Massiliam, vbi Ligurum naues infestabant agros maritimos:
alter cum reliquis decem circa Tarentum & Brundisium: quem tractum ab Istris &
transmarinis prædonibus male tutum esse nuntiabatur. Ob Corcorum item defectionem,
& bellum ab Ilienfibz in Sardinia motum, nouus Prætor M. Pinarius octo milia peditum
ex sociis Latini nominis, & trecentos equites secum ducere in eam prouinciam ius-
sus est: Liuius lib. XL.

*Prouincia &
exercitus ordi-
nantur a
Senatu.*

*Classis ad tu-
telam ora
maritima.*

*Pirata infes-
tantes Ita-
liam.*

*Corci & Sar-
diæ rebellant.*

Leges de ambitu Consules ex Senatus auctoritate ad populum tulerunt. Interim rex
Philippus Demetrium falsis criminibus a fratre Perse accusatum, & ob Romanorum
amicitiam sibi suspectum occidi iussit. Cui misero Heracleę in sacro conuiuio venenum
datum, & spiritus taperibus in caput & fauces iniectis violenter interclusus fuit. Grauiscę
colonia deducta in agrum Tarquiniensem, cuius etiam Velleius meminit, Aquileiam si-
mul eodem anno coloniam factam scribens: & Liuius bellum eodem tempore cum
Istris inchoatum dicit, prohibentibus Aquileiam deduci coloniam, quam Latinam de-
ductam tunc tradit a 111. viris P. Nasica, C. Flamio, & L. Manlio Acidino: licet trien-
nio ante ex S. C. deduci cęptam fuisse libro priore tradat. Consules otiosam prouinciam
habuere. L. Paulli Procos. victoria pacatis Liguribus, M. Bæbius comitorum causa Romam
reuocatus Consules in annum sequentem creauit: Liuius XL. Plutarchus in L. Paulo,
& Zonaras.

*Demetrius
Philippi regis
filius misere
interfectus.*

*Grauiscę col-
onia, & A-
quileia.*

Prætores.

Q. Petillius. C. f. Q. n. Spurius. urbanam. iurisdictionem. sortitus. obti-
nuit. Cum L. Æmilius Procos. in Liguribus obsideretur ab hostibus, a Senatu iussus
est duas legiones ciuium Romanorum tumultuarias scribere, & omnes minores quin-
quaginta annis sacramento rogare: at victoria de hostibus L. Æmilij virtute patta, ac
Romę nuntiata, Petillius præter urbanas legiones ex Senatus auctoritate dimisit, Con-
sulibusque scripsit, Senatum equum censere, subitarios milites tumultus causa ab ipsis in
itinere conscriptos, primo quoque tempore dimitti. De Numę Pompilij regis libris in-
uentis, ac a se lectis, ad Senatum rettulit, iusiurandum dare se paratum esse dicens, non
videri sibi fas neque pium, eos libros legi seruarique, qui aliqua ex parte ad dissoluendam
religionem pertinebant. Senatus censuit satis habendum, quod Prætor iusiurandum pol-
liceretur, & libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse. Septem Latini
fuisse de iure Pontifi. um, qui seruati: alij septem Gręci de disciplina sapientię, Pythago-
ricam, vt quidam volunt, philosophiam complectentes: qui igne per victimarios facto in
conspectu populi cremati sunt: Liuius, Plutarchus in Numa, & Valerius Maximus li-
bro I. capite primo, & Plinius libro XIII. cap. XIII.

*Tumultuarij
delectus in
Urbe, & Ita-
lia.*

*Numa Pom-
pilij regis li-
bri sub Iani-
culo inuenti.
S. C. de philo-
sophis Numa
libris;
quorum lectio
nemini indul-
ta, præterquam
Prætori.*

*Holocausum
hæresis auer-
runcanda nõ
nouum.*

*Socijs remis-
sus delectus
militaris.*

Q. Fabius * Q. f. Q. n. * Maximus. peregrinam. iurisdictionem. sortitus.
obtinuit. Obsidione L. Æmilij Procos. Romę audita, huic mandatum vt sociis Latini
nominis xv. milia peditum, octingentos equites imperaret: sed nuntiata Æmilij victoria,
Fabius sociis atque nomini Latino remittere delectum iussus est. Liguribus pacem per-
petuam flagitantibus, iussu Senatus responsum ambiguum dedit, vtq; ad Consules irent,
& quę ab us imperarentur, facerent, iussit: Liuius lib. XL.

*Bellum cum
Istria propter
Aquiliam.*

Q. Fabius * N. f. N. n * Buteo. Galliam. cisalpinam. fortitus. obtinuit. cum exercitu M. Marcelli Procos. Bellum Istria Aquileiam coloniam deduci prohibentibus intulit: Liuius lib. XL.

*Bacchanaliū
hæresis radi-
ces questioni-
bus excirpan-
tur ex S. C.*

L. Duronius // . f. // . nepos. Apuliam. fortitus. obtinuit. Istria ex S. C. adiecti, eo quod Tarentini Brundusiniq̄ nuntiabant maritimos agros infestos transmarinarum nauium latrocinii esse. Adiecta item de Bacchanalibus quæstio, residua quædam velut femina ex prioribus malis iam priore anno apparuerunt: sed magis inchoatæ apud L. Pupium Prætorem erant, quàm ad exitum vllum perductæ. Id perfecare nouum Prætorem, ne serperet iterum latius, Patres iusserunt: Liuius ibidem.

C. Claudius * C. f. Ti. n * Nero. Siciliam. fortitus. obtinuit. Liuius ibidem. Hunc Ti. Neronem vocat exemplar Liuij, sed perperam: triennio enim post, Ti. Nero Prætor reperitur.

*Coris facile
subacti.
Multa cetera
Coris impe-
rata.*

M. Pinarius. // . f. // . n. Posca. Sardiniam. fortitus. obtinuit. Decreta in supplementum veteris exercitus ex focis Latini nominis octo milia peditum, & trecenti equites, propter defectionem Corcorum, bellumque ab Ilienibus in Sardinia motum, sed ob pestilentia vim magnam delectus is à Coss. suppleri non potuit. Quare quod deerat militum à Cn. Bæbio Procos qui Pisus hibernabat, sumere Prætor iussus est, atque inde in Sardiniam trajicere. Cum Coris primum pugnavit, ad duo milia eorum in acie occidit. Qua clade compulsi sunt obsides dare, & cetera centum milia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus cum Ilienibus secunda prælia fecit: Liuius libro XI.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Cn. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Scipio. C. Valerius M f. P. n. Læuinus.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Q. Mucius. Q. f. P. n. Scauula. P. Mucius. Q. f. P. n.
Scauula.

Tribuni plebis

*Tribunorum
plebis lauda-
sa modestia.*

Appellati aduersus Prætorem vrbani Q. Spurinum à L. Petillio scriba propter Numæ regis libros ademptos, causam eius ad Senatum reiecerunt. Senatus non reddendos, sed in comitio comburendos decreuit, & scribæ pretium ex publico soluendum. Id scriba non accipere voluit: Liuius lib. XL.

*Orcia lex
sumptuaria
prima.*

C. Orcius. // . f. // . nepos. Legem de numero conuiuarum primus de Senatus sententia tulit, tertio quàm Cato Censor fuerat anno, quemadmodum Macrobius Saturnalium tertio, cap. XVII. testatur disertè. Legem M. Cato dissuasisse primum ex Sex. Pompeio Festo colligere possumus, qui ex Catonis oratione verba citat hæc: Percundatum patris familiae nomen, ne quis seruum mitteret, lege sanctum fuisse, ait Cato in ea, qua legem Orciam dissuadet. Perlatam verò postea defendisse, ex eius alia oratione idem Festus demonstrat, vbi docet, quid sit Obsonitare: Cato, inquit, in suasionem, ne legi Orcia derogaretur. Qui antea obsonitauerunt, postea ceteris obsonitauerunt. Significat autem conuiuari. Dissuasisse igitur primum Orciam videtur Cato, vt nimis laxam, quod numerum conuiuarum solum modò terminaret, & sumptus non restringeret: postea verò non diu de hac item in orationibus suis, vt idem Macrobius ait, vociferabatur, quod plures, quàm Orcia præscripto cauebatur, tum ad cœnam vocarentur.

** vili fortasse
deest, vel no-
ta pretij.*

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

*Aquila lex
celebris.*

L. Aquilius * P. f. L. n * Gallus. Aquilia lex de damno iniuria dato valdè celebris, & admodum antiqua, huius ferè temporis esse videtur: vt satis demonstrant Cicero nis & iuriconsultorum veterum verba, qui eius mentionem sæpius faciunt. Cicero quidem

dem in Bruto scribit, quod L. Cæsulenum accusatorem de plebe iam senem ipse audiuit, cum à L. Sabellio multam lege Aquilia de iustitia (vel, ut doctiores quidam legere malunt, de iniuria) petiuisset. Quod adolescente Cicerone contigit, cum inter antiquitus receptas iam dudum illa perennaret in foro, sicut etiam multis sæculis postea. De auctore autem, legisque latæ tempore nil ampliùs apud Ciceronem vel alios reperio: nil etiam certi proferunt Vlpianus, aliive iuris scriptores antiqui, quorum fragmenta nunc extant in Pandeëtis. Ex quibus tamen constat, latam Aquiliam legem fuisse ante Q. Mucij Scævulæ, aliorumque iurifconsultorum veterum aliquot tempora, cum illam crebrò citent & interpretentur, veluti certum antiqui iuris Quiritium quoddam fundamentum, quo iam diu populus est vsus, minimè subuersum vel abrogatum. Ex Vlpiani quidem verbis, quæ Dig. l. 1. ad legem Aquiliam leguntur, manifestum est, eam tantæ semper auctoritatis fuisse, ut xii. tabularum leges, aliasque ante ipsam latas de damno iniuriæ correxerit. Sic enim ait Vlpianus: Lex Aquilia omnibus legibus quæ antè de damno iniuriæ loquuntur, derogat: siue xii. tabularum siue alia quæ fuerunt. Fuit autem ea lex plebiscitum cum eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogarit. Ex iam dictis igitur apparet, valde antiquam & optimi temporis esse legem, quo in Romana ciuitate iustitia quàm maximè floruit. Cum denique constet ex Vlpiano, Tribunum plebis Aquilium quemdam hanc rogasse, poterit forsan eius auctor videri hic L. Aquilius Gallus, quem postea Prætorem obtinuisse Siciliam suo loco dicemus.

C. Popillius. P. f. P. n. Lænas	C. Cluuius // f. // n. Saxula.
[Cn. Furius. Cn. f. Cn. n. Brocchus]	[D. Quinctius. D. f. // nepos.]
[C. Veturius. C. f. Ti. n. Caluinus]	[T. Numicius. C. f. T. nepos]
[M. Aquilius. M. f. C. n. Florus]	[Q. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus.

Quæstores vr bani.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Quæstores prouinciæ.

// // // f. // n. // P. Cethegi	} Coss.
// // // f. // n. // M. Bæbi.	
// // // f. // n. // C. Neronis. Pr. in. Sicilia.	
// // // f. // n. // M. Pinari. Pr. in. Sardinia.	
// // // f. // n. // Ostiens. // // // f. // n. // Calenus.	

L. Cornelius P. f. P. n. Scipio. P. Scipionis Africani minorem natu filium fuisse, colligo: de quo latius agemus in eius Prætura, quam postea gessisse docebo.

P. Furius * P. f. P. n * Philus. P. Philii Consularis viri nepotem fuisse colligere est ex temporum distantia, qui in Censura mortuus est anno DXXI. Nam is filium nomine P. Philum huius patrem habuit in prælio Cannensi, quem Consularis viri filium vocat Lilius libri XXXI. fine.

Sp. Lucretius * Sp. f. // n. Gallus. Hic Sp. Galli videtur filius, quem Prætorem anno DXLVIII. recensuimus. Sequetur autem Prætor Hispaniæ vltioris anno DXXXI. auctore Lilius libro XLII. Legatus idem in Macedonia fuit anno DXXCIV. ut idem Lilius lib. XLIV.

L. Hortensius * M. f. M. * nepos. Prætor fuit anno DXXCIII. Lilius teste, proauus Q. Hortensij oratoris à M. Tullio celebrati, ex temporum interiecto spatio videri poterit.

C. Hostilius * C. f. * // n. Tubulus. Videtur filius C. Tubuli, qui Prætor anno DXLIV. fuit. De huius verò Prætura suo loco differemus.

M. Fabius * M. f. M. n * Buteo. Filius, ut apparet, M. Fabij Buteonis, quem Ædilem curulem & Prætorem ex Lilius priùs adduximus.

[P. Licinius. P. f. C. n. Varus] [M. Fabius M. f. C. n. Dorso.]

Prouinciæ prorogata.

Cn. Bæbius Q. f. Cn. n. Tamphilus. Procos. Ligures. prorogato imperio. obtinuit. Copias M. Pinarij Prætoris in Sardiniam rebellantem decretas, Pisis, vbi hi-berna

berna habebat, ex suo exercitu supplere iussus est. Senatui litteris certiore fecit, obferi à Liguribus L. Paullum Procos. & cum ipse iam exercitum Pratori M. Pinario tradidisset, M. Marcello, cuius proxima inde prouincia erat, scripsit, ut ei videretur, exercitum traduceret ex Gallia in Ligures, & L. Paullum liberaret obsidione. Verum & Marcellus, tradito successoribus Q. Fabio exercitu, Romam abiuerat: Liuius lib. xl.

L. Paullus Procos. fraudulenter à Liguribus obsessus.

Insignis victoria obsessi ab hoste obsidante.

Magna de Celtiberis Q. Flacci victoria.

Contrebia capta.

Celtiberi dediti.

Cum Lusitanis pugnatu.

L. Æmilius. L. f. M. n. Paullus. Procos. Ligures. prorogato. imperio. obtinuit. Ab Ingaunis pacem petentibus, intra induciarum tempus in castris repente obsessus, per aliquot dies auxilium frustra expectans, militem continuit, obsidionem patiendo coactus. Tandem instructis intra castra ordinibus, portis simul omnibus erumpens, hostem nil tale metuentem magno ardore militum subito aggressus, acie fudit, fugauit, & castris exiit. Supra quindecim hostium milia eo die occisa sunt, capta duo milia quingenti. Triduo post, Ligurum Ingaunorum omne nomen in deditionem venit. Quam ob victoriam supplicatio Romæ ad omnia puluaria per triduum decreta est, & ex S. C. permissum Procos. Æmilio confecta prouincia decedere, & deducere secum milites, & dimittere: Liuius, Plutarchus in eius vita, & Frontinus stratagematum libro III. cap. xvii.

Q. Fuluius Q. f. M. n. Flaccus. Propr. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. Cum xxv. Celtiberorum milibus in Carpetania ad oppidum Æburam difficili & atroci praelio conflixit, & hostes superauit, viginti tribus milibus eo die caesis, quatuor milibus octingentis captis, cum equis plus quingentis, & octuaginta octo signis militaribus Ex parte Romanorum tria milia quadringenti circiter ceciderunt. Contrebia deinde à victore exercitu circumfessa, & per deditionem capta est: Celtiberique denuò ferius opem ferentes fusi sunt, & ad duodecim milia caesi. Flaccus victor à Contrebia profectus, per Celtiberiam populabundus ducit legiones, multa castella oppugnando, donec maxima pars Celtiberorum in deditionem venit: Liuius lib. xl. Appianus in Iberica, Orofius lib. iv. cap. xx.

P. Manlius * L. f. L. n. * Vulso. Propr. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Lusitanis secunda aliquot praelia fecit: Liuius lib. xl.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Cn. Tamphili	} Procoss. in. Liguribus.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	L. Paulli	
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Q. Buteonis Pr. in. Gallia.	
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	P. Manli. Propr. in. Hisp. citer.	
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Lucerinus. L. Duroni. Pr. in. Apulia.	
			Cn. Sicinius * Q. f. Cn. nepos				M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus.	
			Sp. Cluuius. // f. // n. Saxula				[C. Furius. L. f. L. n. Bibaculus]	
			[L. Aternius. L. f. C. nepos]				[L. Cornelius * Cn. f. P. n. * Dolabella]	

L. Æmilius. L. f. M. n. Paullus. Ann. DLXXII.

Procos. de Liguribus. Ingaunis // . // . //

Aurum transfatum.

Donatum.

Ligures fide casti.

Tabula picta L. Paulli.

Nummi triumphales.

Per eosdem dies quibus Pietatis in Foro olitorio, & Veneris Erycinæ ad portam Colalinam ædes Romæ dedicabantur, L. Æmilius Paullus Procos. de Liguribus Ingaunis triumphauit. Transtulit coronas aureas xxv. nec præterea quidquam auri argentive in eo triumpho latum. Captiui multi Ligurum principes ante currum ducti. Æris trecentos militibus diuisit. Auxerunt triumphum famam legati Ligurum pacem perpetuam orantes: ita in animum induxisse Ligures, nulla umquam arma, nisi à Populo Rom. imperata, sumere. Sed parum his fidei adhibitum est à Senatu, ob gentis pernicitatem & vanitatem. Quapropter in prouinciam Cos. abire iussi sunt. L. Paullum autem rerum à se gestarum ordinem in tabula depictum in publico posuisse post triumphum, scribit Auctor de vitis illustribus in eius vita. Meminit triumphum item Velleius Paterculus libro historiarum priorum. Expressam quoque videmus triumphum memoriam in argenteis denariis, in quibus Romæ caput, uti solet, & ipse Paullus, aquilam legionarem manu tenens, stat in quadriga triumphali: L. ÆMILI. L. F. PAVLVVS. ita nomen illius expressum est.

ANNI P. R. C. DLXXIII.

Consules.

A. POSTHVMIVS. A. F. A. N. C. CALPVRNIVS. C. F. C. N.
 ALBINVS. PISO
 IN. MAG. M. EST. IN. EIVS. LOC. F. EST
 Q. FVLVIVS. CN. F. M. N. FLACCVS.

DE Consulum nominibus nulla est controuersia. Liuius, Cassiodorus, & Marianus A. Postumium Albinum, C. Calpurnium Pisonem nominant; tabulæ Græcæ Albinum & Pisonem. Sed vnde Postumij cognomen alterum, Luscus, in Liuianis exemplaribus irreperit, dubitari potest, cum à Postumiis peregrinum prorsus videatur.

Consulibus ambobus prouinciâ Ligures Senatus esse iussit, & nouus exercitus, binæ le- Prouincia & exercitus eius anni. giones Romanæ cum suo equitatu, & socium Latini nominis xv. milia peditum, octingenti equites decreti, & vt Apuanis Liguribus bellum inferrent, mandat. P. Cornelio & M. Bæbio prorogatum imperium, donec Consules venissent. Ti. Sempronio Prætori in citeriorem Hispaniam nouus exercitus decretus: & Q. Fuluius Propr. permiffum, vt qui milites Romani sociiue vltra sexennium in Hispania militassent; & præterea supplemento adducto, quod amplius * duabus legionibus, quàm decem milia quadringenti pedites, & * in Præpositio desideratur in Liuianis exemplaribus. sexcenti equites essent, & socium Latini nominis xli. milia, dc. equites, secum in Italiam deportaret. Et supplicationes decretæ, quod his prosperè Rempub. gessisset: ac ceteri Prætores in prouincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium. Octo legiones præter exercitum veterem, qui in Liguribus in spe propinqua missionis erat, eo anno esse placuit: Liuius libro xl.

Eadem pestilentia iam tertium annum urbem ac Italiam vastabat, & inter alios om- Pestis in urbe, & sub eius titulo veneficia grassabatur. nium ordinum illustres Consul C. Calpurnius, & Ti. Minucius Prætor moriuntur. Suspicio nihilominus fuit, Consulem ab vxore Quarta Hostilia veneno sublatum, maxime eiusdem filio Q. Fuluius Flacco in locum vitrici C. Pisonis subrogato. Hinc enim illa aucta in tantum est, vt veneficij quæstio ex S. C. instituta, & Hostilia damnata fuerit. Veris Veneficij quæstio. initio dum Consules delectus Romæ tenet, mors vnus, & comitia creandi in eius locum alterius, omnia tardiora fecerunt. At vbi in prouinciam venere diuersis itineribus profecti, Postumius montanis Liguribus, obsidendo saltus eorum, comitatus interclusit, inopiaque omnium rerum perdomuit, vineis cæsis, frumentoque adusto: donec cladibus belli omnibus coacti in deditionem venerunt, armaque tradiderunt. Fuluius Apuanos ad Macram fluium habitantes in deditionem acceptos, ad septem milia hominum in naues imposita Neapolim transmisit. Inde in Samnium traducti, ager his, inter populares à Bæbio Cornelioque Process. eò deducto est assignatus: Liuius libro xl. Eadem attingit L. Florus libro II. cap. III. Bæbium Ligures in plana deduxisse scribens, Postumium ita exarmasse, vt vix ferrum relinqueret, quo terra coleretur.

Prætores.

A. Hostilius. L. f. A. n. Mancinus. Urbanam. iurisdictionem. sortitus obtinuit: Liuius Reperitur in tabulis Capitolinis Cos. ex quibus nomen eius desumpsimus.

Ti. Minucius * C. f. C. n. Augurinus * Molliculus. Peregrinam iurisdictionem sortitus in magistratu moritur. In eius locum factus est

C. Claudius. Ap. f. Ap. n. Pulcher. Qui Consul tertio deinde anno factus est. Ex S. C. veneficij quæstionem in vrbe, atque intra decimum ad vrbe lapidem exercuit. De piratica, & iniuriis ciuium Romanorum in regno Gentij Illyriorum regis illatis, cognouit: Liuius lib. xl.

P. Cornelius * A. f. * // . n. Mammula. Siciliam. sortitus. obtinuit: Liuius.

C. Mænius * C. f. L * nepos. Sardiniam. sortitus. obtinuit. Addita de veneficis quæstio, vt priusquam trajceret in prouinciam, per fora conciliabulaque vltra decimum ab vrbe lapidem passim inquireret. Litteras ad Senatum tandem dedit, se tria Tria milia veneficorum damnata ab vno Prætoribus hoc. milia hominum damnasse, & crescere quæstionem indicis, aut eam sibi deferendam esse, aut prouinciam dimittendam: Liuius. sed quidnam in eo constituerit Senatus, nō scribit.

Ti. Sem-

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n. Gracchus. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit. cum noua legione quinque milium ducentorum peditum, equitibusque quadringentis. Et mille prætereà peditum Rom. quinquaginta equites: è sociis & nomine Latino septem milia peditum, trecetos equites imperari placuit; cum quo exercitu Ti. Sempronius in Hispaniam citeriorem iret, legionesque à Q. Fulvio relictas suppleret. Quas quidem à Fulvio Tarracone accepit, ubi summa concordia quos dimitterent, quosque retinerent milites simul transegerunt. Inde Q. Fuluius, exauctoratis militibus in naues impositis, Romam est profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit: Lilius, & Appianus in Iberica, qui Carabin urbem Romanis amicam, Celtiberorum obfisione aduentu suo leuasse refert.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit: Lilius lib. xl.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
Ti. Claudius * Ti. f. P. n * Nero. C. Quinctius * K. f. T. n * Flaminius.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
M. Ticinius * L. f. L. n * Curuus. P. Ælius. P. f. P. n. Ligus.

Tribuni plebis.

L. Villius * L. f. Ti. n * Tappulus. Qui in hoc magistratu Annalis appellatus est. Videtur fuisse filius L. Tappuli, qui Prætor Sardiniam anno DLIV. rexerat. Sed malè vel Iulius vel Iunius frequenter vocatur in Auctorum libris, indoctorum hominum culpa deprauatis: à quibus etiam lex ipsa hæc eodem errore perperam Iulia vel Iunia nuncupatur, celebriore quidem, sed falso nomine. Hic autem Villius legem primus his Coss. annalem tulit, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. Inde cognomen familiæ est inditum, vt Annales appellarentur. Sic Lilius libro xl. scriptum reliquit. Sed optarem, adiecisset ex lege magistratum singulorum annos proprios, quos coniecturis tantùm & varia lectione nunc inquirere cogimus, sicut ex Annalibus hisce nostris manifestum studioso Lectori fiet. Atqui plures de tempore magistratum leges fuisse ante hanc latas, ex Liuius & aliis facillè colligimus: quæ ab antiquis (vt Sex. Pompeius Festus & Lampridius in Commodi Imp. vita testantur) communi voce vocabantur Annariæ leges: L. Villius tamen exactius quid de magistratum curulium annis lege sua constituisse videtur, cum inde cognomen adeptus sit. Eos vt obiter Lectori suggeram, ne longissimus, vel vnus M. Tullius exemplo nobis erit, qui tamquam quis ἠνεμόνι & Ἐρμῆς in perplexo quadriuiio positus viam nobis monstrabit. Sæpius enim is gloriatur, se magistratus quos gessit, omnes anno suo, hoc est legibus finito, obtinuisse. Is Quæstor in Siciliam iuit anno ætatis suæ xxxi. Ædilis curulis sexto post anno fuit, ætatis scilicet xxxvi. dein Prætor xl. Consul xlii. vt Annales sequentes ordine docebunt. In quibus frequentia Lectori obuiam habebit exempla, iam dictos ætatum annos, Villia atque alii legibus honorum gradibus fuisse præscriptos. Quin etiam Tullius ipse in Philippica aduersus Antonium quinta testatur, ætatem Consularem quadraginta tribus annis legibus definitam fuisse. Quid, inquit, Macedo Alexander cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & trigésimo anno obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor quàm Consularem. Ibidem plura Cicero de magistratum annis differit, indicans Annales leges apud primos illos veteres Romanos non fuisse: sed postmodum introductas ad comprimendam adolescentiæ temeritatem, iuniorumque hominum ambitionem, vt gradus essent petitionis inter æquales. Approbat idem Tacitus Annalium lib. xi.

Vitium nominis sparsum in libris. Villia lex annalis prima.

Annales curditi Villij, qui prius Tappulij. Leges annaria ante hanc plures.

M. Ciceronis oratoris magistratus legitimi.

Quo ætatis anno mortuus Alexander Magnus.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..

M. Cæcilius .. f. .. n. Denter. Q. Bæbius. .. f. .. n. Sulca. Qui am-

Qui ambo postea legati sunt à Senatu missi in Macedoniam & Ægyptum, vt auctor est Liuius libro XLII.

C. Caninius. // f. // n. Rebilus. M. Caninius // f. // n. Rebilus. Duo fratres fortè fuere, quorum hic postea legatus in Macedoniam, ille etiam Prator est factus, vt ex Liuiio constabit.

T. Annius * T. f. * // n. Luscius. C. Memmius * L. f. L. n. Gallus. *
M. Marcius * M. f. n. * Ralla. [C. Arennius C. f. C. nepos]
[T. Metilius. T. f. M. n. Croto]

Quæstores urbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . A. Albini }
// . // . // . f. // . n. // . Q. Flacci } Coss. in Liguribus;
// . // . // . f. // . n. // . P. Mammulæ. Pr. in Sicilia.
// . // . // . f. // . n. // . C. Manij. Pr. in Sardinia.
// . // . // . f. // . n. // . Ti. Gracchi. Pr. in Hisp. citeriore;
// . // . // . f. // . n. // . L. Albini. Pr. in Hisp. vltiore.

C. Marcius. C. f. Q. n. Figulus. Hunc primum eius cognominis reperio, cuius magistratus ordine sequentur: Consul enim bis exprimitur in Capitolinis Fastis.

C. Lucretius * M. f. * // . n. Gallus. Prator classem rexit anno DXXCII. teste Liuiio: & fortè fuit M. Lucretij filius, quem Tribunum plebis anno vrbis DXLIII. Liuius adfert: nam & huic Pratori fratrem Marcum fuisse, ex Liuiio discimus.

Cn. Octavius, Cn. f. Cn. nepos. Sic sine cognomine in Fastis Capitolinis profertur. Homo nouus, vt Cicero de officiis primo refert, Consul ex illa familia primus est factus, quòd præclaram ædificasset & plenam dignitatis in Palatio domum. Is idem est, qui de Perse rege nauale triumphum post Praturam egit; filius Cn. Octauij, qui Prator anno DXLVI. Sardiniam per plures annos obtinuit, vt ex Fastis Captolinis colligimus, qui hunc Cn. f. Cn. n. vocant.

Q. Manius * C. f. L. * nepos. Frater, vt apparet, C. Manij Pratoris Sardinia. Hic item Prator anno suo sequetur.

M. Cornelius * A. f. // . n. Mammula. C. Lutatius * Q. f. Q. n. * Cerco. Qui ambo postea legati, in Macedoniam ac Ægyptum à Senatu sunt missi, quemadmodum scribit Liuius libro XLII.

[T. Manlius T. f. T. n. Torquatus] [C. Fæbius M. f. M. n. Licinus.]

Prouinciæ prorogatae.

P. Cornelius. L. f. P. n. Cethegus. & M. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus. Procoss. prorogato imperio Ligures obtinuerunt cum exercitu quem habebant, donec Coss. aduenissent; tunc, eo dimisso, Romam reuenterentur, imperatum est. Veris initio, dum Consules tam delectus ob pestem difficilis, quàm subrogandorum magistratum comitia diutius Romæ tenent, Apuanos Ligures bellum necdum expectantes ex improviso adorti, ad duodecim milia eorum ad deditionem compulerunt. Eos, vt bello finem imponerent, consulto prius Senatu, cum liberis vxoribusque procul à domo ex montibus Ligustinis in agrum Samnitum publicum pop. Rom. traduxerunt. Erant ad XL. milia liberorum capitum eum feminis puerisque, quibus ager à Procoss. assignatus, pecuniaque ex publico data, vnde in nouas ædes, quæ opus essent compararent: Liuius libro XL. Eadem, vt dixi, attingit L. Florus.

Q. Fabius * Q. f. M. n. Buteo. Propr. Galliam. Cisalpinam. prorogato imperio. obtinuit: Liuius libro XL.

L. Duronius // . f. // . nepos. Propr. Tarentum. atque Istros. obtinuit. Romam confecta prouincia huius anni sine reuersus, inter exponendas res quas ibi gessisset, haud dubiè in regem Illyriorum Gentium latrocinij omnis maritimi causam auertit: ex

Splendor et magnificencia vultu fauorem excitat.

Apuanorum Ligurum transmigratione in agrum Samnitum.

Gentium regis Illyriorum piratica, et inuria in ciues Rom.

ex regno eius omnes naues esse, quæ superi maris oram depopulatæ essent. De his rebus legatos misisse, nec conueniendi regis potestatem factam, ciuibus item Romanis, sociisque Latini nominis in regno eius iniurias factas, & quosdam Corcyræ retineri. De his Prætor peregrinus cognoscere iussus est: Liuius lib. xl.

M. Pinarius // . f. // n. Posca. Propr. Sardiniam. obtinuit, dum nouus Prætor C. Mænius in Italia de veneficiis quæstiones exercendo detinetur: Liuius ibidem.

Cruenta victoria Flacci de Celtiberi.

Voti Flacci imperatoris in prælio.

Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Propr. Hisp. citer. prorogato. imperio. in aduentum. vsque. successoris. obtinuit. Prouinciâ decedens, Celtiberos in itinere saltum Manlianum obsidentes, atroci & ancipiti prælio vicit, quo septemdecim hostium milia cæsa, plus tria milia ducenti, cum signis militaribus, septuaginta septem, & equis prope mille centum viui capti. Victoria tamen non sine sanguine parta est, & imperator Romanus in ardore pugnæ ludos Ioui Opt. Max. & Fortunæ equestri ædem vouit. At in hostium castris eo die victor exercitus mansit, renouataque priore gloria, deinde Tarracorem est perductus: Liuius ibidem.

P. Manlius * L. f. L. n. * Vulfo. Propr. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio in aduentum. successoris. vsque. obtinuit. Indicat enim Liuius, nouos Prætores tardius appulisse in prouincias: scribit præterea M. Fuluium Nobiliorem relegatum ex S. C. vltra Carthaginem nouam; litteras sibi datas à Consule ad P. Manlium in Hispaniam vltiorem deferre debuisse.

Pro Quæstorib. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . } Procoss. in Liguribus.
 // . // . // . f. // . n. // . }
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Fabij. Propr. in. Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Flacci. Propr. in. Hispania. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . P. Manlij. Propr. in. Hisp. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * in Apulia.

Sp. Lucretius * Sp. f. * Gallus

C. Cicereius. T. f. T. nepos.

[Ser. Sulpicius Q. f. Ser. n. Paterculus]

[C. Furius L. f. L. n. Bibaculus]

[P. Licinius. P. f. C. n. Varus.]

[M. Fabius. M. f. C. n. Dorso.]

L. Cornelius * Cn. f. P. n. Dolabella.

P. Cornelius L. f. P. n. Cethegus. ann. DLXXIII.

Procoss. de Liguribus // . // . // .

M. Bæbius Q. f. Cn. n. Tamphilus. ann. DLXXIII.

Procoss. de Liguribus. // . // . // .

Triumphis sine bello.

P. Cornelio & M. Bæbio superioris anni Consulibus, cum veterem exercitum, traductis in Samnium Liguribus, Romam deduxissent, triumphus est decretus. Hi omnium primi nullo bello gesto triumpharunt, inquit Liuius: tantum hostes ante currum ducti, quia nec quod ferretur ducereturve captum, neque quod militibus daretur quidquam in triumphis eorum erat: Liuius libro xl. Amorum reperiuntur argentei denarii cum quadrigis triumphalibus.

Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. ann. DLXXIII.

Propr. ex Hispania. citeriore. // . // . // .

Aurum manubiale.

** Nota millenary nume-*

ri ∞. desideratur in Li-

uius exemplaribus quibusdam.

Donatum Ludex voto.

Ædes Fortunæ equestris.

Comitiotorum Consularium tempore Q. Fuluius Flaccus ex Hispania rediit cum magna rerum gestarum fama, qui cum extra urbem triumphii causa esset, Consul est creatus cum L. Manlio Acidino: & post paucos dies cum militibus quos secum adduxerat, triumphans urbem est ingressus. Tulit coronas aureas centum viginti quatuor, auri pondi xxxi. præterea signati Oscensis nummum clxxiii. ∞. ducentos. Militibus de Præda quingenos denarios dedit, duplex centurionibus, triplex equitibus, & tantundem sociis Latini nominis, stipendiumque omnibus duplex. Post triumphum Consul factus ex S. C. ludos Ioui Opt. Max. in prælio ad saltum Manlianum votis, per decem dies fecit, & Fortunæ equestris ædem dedicauit: Liuius lib. xl. Reperiuntur bigati cusi cum Victoria coronam tenente: in quibus eius nomen legitur: Q. FVLVI. Q. F. FLACCI.

PRO. PR.

ANNI P. R. C. DLXXIV.

Consules.

L. MANLIUS. L. F. L. N. ACIDINVS. Q. FVLVIVS S. Q. F. M. N.
FVLVIAN. FLACCVS.

HEI. FRATRES. GERMANI. FVERVNT.

CONSULES nominantur à Liuiò & Cassiodoro Q. Fuluius Flaccus & L. Manlius Acidinus: à Mariano L. Manlius, Q. Fuluius: in tabulis Græcis, Acidinus & Flaccus. Iulius Obsequens Q. Fuluium & Cn. Manlium habet, sed mendum est in Manlij prænomine, Plinius lib. xxxv. cap. 111. L. Manlium, Q. Fuluium Coss. anno vr̄bis DLXXV. fuisse notauit, si non error est librarij. Hos Coss. fratres fuisse germanos, disertè Fastorum in tabulis Capitolinis memoriæ proditum est: quod Velleius item Paterculus inter raros casus recenset, vbi de Metellorum fratrum vn̄ius diei triumphis agit his verbis: Non minùs clarum exemplum & adhuc vnicum Fuluij Flacci, eius qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius in adoptionem dati, in collegio Consulum fuit: adoptius in Acidini Manlij familiam datus. Hæc Velleius lib. historiarum II. Rectè igitur Fuluianus in Fastis appellatur, qui ex Fuluiâ gente in Manliam per adoptionem transferat. Meminit Manliani Consulatus istius Cicerò de oratore libro II. Ex eodem hoc vetus illud est (inquit) quod aiunt Maluginensem illum M. Scipionem, cum ex centuria sua renuntiaret Acidinum Cos. præcoque dixisset, Dic de L. Manlio: Virum bonum, inquit, egregiumq; ciuem esse arbitror. Atqui M. ille Scipio tertio abhinc anno Prætor erit.

Duorum fratrum Consulatus singulari & variis.

Consulibus eadem, quæ superiorum fuerat, prouincia decreta cum pari numero equitum peditumque tam ciuium, quam sociorum. In Hispaniis duobus Ti. Sempronio & L. Posthumio cum iisdem exercitibus quos habebant, prorogatum est imperium: & in supplementum ad tria milia peditum Rom. trecentos equites, quinque milia socium Latini nominis, & quadringentos equites scribere Consules iussi sunt: Liuius XL.

Supplementum Hispaniorum.

Q. Fuluius Cos. in Ligures profectus, per inuios montes cum exercitu transgressus, signis collatis cum hoste pugnavit, neque tantum acie vicit, sed castra quoque eodem die cepit. Tria milia ducenti hostium, omnisque ea regio Ligurum in deditionem venit. Consul deditos in campestres agros deduxit, præsidiaque montibus imposuit. Supplicationes Romæ in triduum ob eas res gestas decretæ sunt. Ab altero Consule L. Manlio nihil dignum in Liguribus est actum. Galli Transalpini in Italiam tribus milibus hominum pacatè transgressi, agrum à Cos. & Senatu petiere, vt sub imperio Pop. Rom. essent. Eos excedere Senatus iussit, & Consulem Q. Fuluium querere, & animaduerrere in eos, qui auctores principisque transcendendi Alpes fuissent. Eodem anno Philippus rex Macedoniae senio & mærore post Demetrium filium occisum decessit. Eo mortuo, Perseus filius regno potitus est. qui legatos Romam misit ad amicitiam paternam reuouendam, petendumque vt Rex ab Senatu appellaretur: Liuius lib. XL. sine; Plutarchus in Æmilio, Iustinus libro xxxii. Zonaras, & alij.

Victoria Q. Fuluij de Liguribus.

Galli Transalpini denud sibi sedem ac agros in Italia petunt frustra. Philippi Macedoniae regis mors.

CEN. M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. M. FVLVIVS. M. P. SER. N.

NOBILIOR. LVSTR. F. L.

Censores hoc anno creati sunt M. Æmilius Lepidus Pont. Max. & M. Fuluius Nobilior, qui de Ætolis triumphauerat. Inter quos cum insignes essent inimicitia, multis antea certaminibus cum in Senatu, tum ad populum agitata: eas, comitiis perfectis, cum ex more sellis curulibus ad aram Martis in campo sederent, ob petitionem Senatus, reipub. causa deposuerunt, dextris fideque mutuo datis, mittere verè ac finire se odium.

Censores odia atque inimicitias priuatas reipub. causa palam deposuere.

Summa postmodum concordia censum peregerunt. Referunt eadem præter Liuium Cicero in oratione de prouinciis Consularibus, Gellius lib. XII. cap. VIII. Valerius Max. libro IV. cap. II. Sed hi duo Fuluium Censorem cognomine Flaccum pro Nobiliore vocant, an rectè, nescio. Hi igitur Censores fidei, vt Liuius ait, concordia Senatuum legerunt. Princeps electus est ipse Cenfor M. Æmilius Lepidus. Tres eieci de Senatu, præter eos, quos M. Lepidus retinuit à collega præteritos. In equitibus autem recensendis negligentes non fuisse videntur, licet Liuius non eius meminerit. Vt hoc existimem,

Princeps Senatuum.

Equitum census.

M. Cicero est auctor, qui de Lepido Censore hæc libro de oratore II. vbi de salis responsis C. Cæsarem loquentem adfert: Vt Cenfor Lepidus cum M. Antistio Pyrgensi equum ademisset, amicique vociferarentur, & quærent, quid ille patri suo responderet, cur ademptum sibi equum diceret, cum optimus colonus * cum parcissimus, modestissimus,

** cum deest in vulgatis.*

Ff

frugalissi-

frugalissimus esset: Me istorum, inquit, nihil credere. Hæc ibidē Cicero, nec de alio quopiam ipsum Lepido loqui puto, quia neminem alium ex ea familia Censorem ante sociabile bellum inuenio. Opera publica ex attributa à Senatu pecunia (vectigal enim annuum ipsi decretum erat) diuisaque inter se, hæc ferè confecerunt: Lepidus molem ad Tarracinam, in gratum opus, quodd prædia habebat ibi, priuatamque publicæ rei impensam inuerat; Theatrum & profœnium ad Apollinis, ædem Iouis in Capitolio, columnasque circumpoliendas albario locauit, & ab iis columnis, quæ incommodè appositæ videbantur signa, amouit, clypeaque de columnis, & signa militaria omnis generis affixa detraxit. Tunc denique compertum est à M. Aufidio, qui tutelam Capitolij eo lustro redemerat, argenteos esse clypeos, qui pro æreis per aliquot ante lustra fuerant habita & assignata, sicut Plinius refert libro xxxv. cap. 111. At M. Fuluius Censor, teste Liviō, plura maiorisque usus & momenti opera faciunda locauit, * portum nempe, & pilas pontis in Tiberim, quibus fornices post aliquot annos P. Africanus & L. Mummius Cens. locauerunt imponendos. Basilicamque post argentarias nouas fecit, & forum piscarium circumdatis tabernis, quas vendidit in priuatum: & forum & porticum extra portam Triginam, & aliam post naualia ad fanum Herculis; & post Spei ad Tiberim ædem Apollinis Medici: quæ multis postea sæculis ibidem permanfit, sæpius ob vetustatem reparata. Vidi ipse antiquum eius ædis titulum, basi marmoreæ insculptum: quæ non procul inde ex ruinis extracta, parieti vicinæ domus priuatæ cuiusdam inserta est, ad ipsam ferè ripam Tiberis, retro cerdonum plateam. Et hic talis est:

APOLLINI. SANCTO.

MEMMIVS. VITRASIVS.

ORFITVS. V. C.

BIS. PRAEF. VRBIS.

AEDEM. PROVIDIT.

CVRANTE FL. CLAVDIO

EVANGELO. V. C. COMITE.

Quæ reparatio facta est tempore Imperatorum Constantij & Iuliani Apostatæ, sub quibus hic Vitrasius Orfitus vrbs Præfectus fuit, vt nobis ex antiquissimo manuscripto Præfectorum vrbs catalogo compertum est, Valeriano 11. & Gallieno Coss. exordium sumente, cui suffragatur etiam Ammianus Marcellinus libro xiv. historiarum. Sed hæc aliquantò latius, vt inquisitoribus antiquitatum vrbs Romæ gratificarer. Eundem verò M. Fuluium, præter dictam Apollinis, ex Censoria quoque pecunia Herculis Musarum custodis ædem ad Circum Flaminium fecisse, & in eadem Musarum signa nobilia consecrasse, quæ ex Ambracia capta transfulerat, vt in eius triumpho meminimus, testatur Eumenius Rhetor, in oratione, quam Cluius coram Galliæ Præside de Mænianis scholis ex sua pecunia restaurandis dixit. Hæc autem opera publica Censorem quisque singulatim faciunda curarunt. Ex promiscua verò pecunia, quam inter se non diuiserant, communiter locauerunt aquæductum, sed impedimento fuit operi M. Licinius Crassus, qui per fundum suum duci noluit. Istius autem aquæductus mentionem videtur etiam fecisse M. Cato in ea quam scripsit oratione, cum edisserauit huius Nobilioris Censuram: in qua sicut Sex. Pompeius Festus exponit, reticum nomine significat aquam, quæ est supra viam Ardeatinam, inter secundum lapidem & tertium, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam & Asinariam, vsque ad Latinam. Portoria quoque & vectigalia multa ijdem Censores instituerunt. Complura sacella publica, quæ occupata à priuatis, publica sacraque vt essent, paterentque populo, curarunt. Verùm hæc ordine prorsus turbato, leguntur in Liviō sic: Complura sacella publica quoque occupata à priuatis, publica quoque sacra, vt paterent, essentque populo, curarunt. Macellum insuper in vrbe proprium statuerunt, in quo obsonia publicè venderentur, à Macello quodam sic nuncupatum: cuius oblatrocinia damnati domus in hunc usum à Censoribus Emilio Fuluioque publicata tum fuit, vt Sex. Pompeium auctorem habemus. M. Æmilius præterea duas in Circo Flaminio dedicauit ædes, Iunonis reginæ & Dianæ, quas bello Ligustico prius vouerat: ludos item scænicos post dedicationem in Circo fecit. Ædem quoque Larium permarinorum dedicauit idem Censor votam à L. Emilio Regillo Prætoris nauali in prælio contra Præfectum Antiochi regis Suria. Lustrum autem cum conderetur, censa sunt ciuium Rom. capita CCLXXIII. 00. CCXLIV. Vide de his Liviū libri xl. fine, & xli. epitomen de Lustro, quandoquidem ille liber acephalus est. In Aldi quidem Manutij primis exemplaribus numerus ciuium auctior profertur; fuisse scilicet ciuium CCLXXIII. milia, & CCXCIV.

Prætores.

Opera publica
Censuram.

* Mendosè in
Liniis, cir-
capoliendas
albo.

M. Fuluij
Cens. opera
locata.

* pontem
fortasse re-
ctius.

Forum pesca-
rium cum ta-
bernis.

Apollinis Me-
dici ad Tibe-
rim ædes sa-
cra.

Memmius
Vitrasius
Præfectus
vrbs quando.

Herculis cu-
stodis Musarum
ædes.

Aquæductus.

Retrices, que-
nā sint aqua
vocata.

Macellum in
vrbe propriū
ab his Censo-
ribus pri-
uatum factum.

Iunonis regi-
næ ædes atque
Diana.

Lustrum, ci-
uiumque nu-
merus.

Prætores. quatuor. ex. lege. Bæbia.
creati. sunt.

In hunc annū, vt Lilius auctor est, Prætores tantummodò quatuor post multos annos ex lege Bæbia creati fuere; quæ alternis ad quaternos iubebat creari: de qua nihil quidem ille in anterioribus, licet satis significet, ante aliquot annos eam latam fuisse: fortassis quo tempore Prætoribus Hispaniarum ob longinquitatem prouinciæ prorogari, & alter- nis dumtaxat annis mutari cœperunt. Quod anno DLXI. contigit, vt suo loco dixi. Tum enim M. Bæbius, qui citeriorem Hispaniam, & A. Atilius, qui vltiorem, Prætores fortiti erant, ex S. C. & Plebiscito prouincias eas veteribus relinquere Prætoribus iussi sunt, aliasque accipere; hic oram maritimam Græciæ, bello scilicet Antiochino exorto, ille Brutiōs: videturque M. Bæbius Prætor eam legem tunc ex Senatus auctoritate tulisse ad populum, vt alternis annis quatuor solummodò Prætores crearentur. Quam tamen otiosam ad hunc annum vsque, & postea etiam remansisse, ex superioribus facile colligere est, vt ex sequentibus constabit: quando nimirum cum mole Imperij crescentibus bellis, Prætorum numerum adaugere magis, quàm minuere necesse fuit. Dissuasisse tamen aliquando M. Catonem, ne derogaretur lex Bæbia, & ad populum de hac egisse, colligimus ex Festo, qui citat eius orationem in voce Rogat.

P. Mucius. Q. f. P. n. Scauula. Vrbanam. iurisd. fortitus. obtinuit. Et vt idem quæreret de beneficiis in vrbe, & propius vrbe decem milia passuum: Lilius lib. XL.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Hispallus. Peregrinam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit: Lilius ibidem.

Q. Mucius. Q. f. P. n. Scauula. Siciliam. fortitus. obtinuit: Lilius ibidem.

C. Valerius M. f. P. n. Læuinus. Sardiniam. fortitus. obtinuit. Horum nomina ex Consulatus, qui omnes in tabulis Capitolinis extant, desumpsimus; & in hunc modum, vbi in Lilianis aliorumve Auctorum exemplaribus deprauata sunt, corrigi debent.

Ædiles curules

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Ap. Claudius. C. f. C. n. Centho. Ludos Romanos instaurarunt propter prodigia, quæ euenerant in lectisternio Iouis, vbi terræmotu deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt se; vt Lilius libro XL. sine, & Iulius Obsequens de prodigijs latius memorant.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
C. Numisius. .. f. .. nepos. M. Popillius. P. f. P. n. Lænas.

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..

T. Iuuentius * T. f. T. n * Thalna. Legatus ad fruges emundas septennio post nominatur à Lilio libro XLII. filius fortè T. Thalnæ Prætorij, & frater M. Thalnæ Consularis qui post sequetur.

A. Terentius * A. f. A. n * Varro. Inter legatos ad Gentium Regem anno DXXCI. missos recensetur à Lilio XLII.

C. Cassius. C. f. C. n. Longinus.

L. Minucius * A. f. L. n. Thermus *

C. Mattienius. .. f. .. nepos.

[P. Aquillius. P. f. .. n. Gallus.]

M. Atilius * C. f. C. n. Serranus *

C. Lucretius * L. f. .. n. Trio *

P. Mattienius. P. f. .. nepos.

[T. Otacilius. T. f. C. n. Crassus.]

Quæstores prouinc.

.. .. f. .. n. .. L. Manli.

.. .. f. .. n. .. Q. Fului.

} Coss. in. Liguria. & Gallia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Q. Scæuulæ. Pr. in. Sicilia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. C. Læuini. Pr. in. Sardinia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Gallicus. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Lucerin. *

Cn. Bæbius * Cn. f. Q. n * Tamphilus. Patre Consulari natus, vt ex temporum interuallo colligere est. Hic post Præturam gestam inter quinque legatos Illurici constituendi nominatur à Liuiio lib. XLV.

L. Anicius. L. f. M. n. Gallus. Qui Prætor Illuricum subegit, & regem Gentium cum vxore liberisque captum, Romam in triumphum duxit. Eius nomen sic in columnis triumphalibus Romanis expressum legimus.

M. Seruilius * M. f. C. n. Pulex. Geminus * Tribunus militum sub L. Paulo Procos. in Liguria, teste Liuiio, fuerat, & Pontificem postea factum esse, scribit idem libro XLIII.

L. Porcius. L. f. L. n. Licinus. Patre Consulari natus, duovir ante biennium ædem Veneris Erycinæ ad portam Collinam dedicauerat, à patre bello Ligustino votam, vt ex Liuiio discimus libro XL. Eumdemque libro XLII. Præfectum classis Brundusinæ nominat, in apparatu belli Persici describendo.

M. Marcinus * M. f. M. n * Sermo. Qui Tribunus plebis apud Liuium reperitur. Eius pater videtur fuisse, qui Rex sacrorum mortuus est anno D XL I I I. vt Liuius xxv i i.

C. Sulpicius * C. f. Ser. n * Galba. Prætor postea. C. Galbæ Pontificis videtur fuisse filius, mortui anno DLIV. sicut Liuius xxxi. scribit. Et hic in Pontificem fuit inauguratus anno DLXXIX. antequam Prætor fieret, vt idem Liuius xli.

L. Furius * P. f. P. n * Philus. Frater P. Philii Prætoris anno DLXXIX. Et hic tertio post anno Prætor factus est, teste Liuiio xlii. Eumdemque quarto post Præturam anno Pontificem mortuum, scribit libro sequenti.

P. Fonteius 11. f. 11. n. Capito. Hic etiam Prætor decimo abhinc anno Sardiniam obtinuit, vt suo loco demonstrabimus.

Prouinciæ prorogatæ.

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n. Gracchus. Propr. Hisp. citeriorem. prorogato imperio. obtinuit. Celtiberos duobus præliis victos castris exiit, & centum tribus, vel, vt alij scribunt, centum quinquaginta captis oppidis, omnes subiugauit, atque in ditionem recepit: Liuius xl. Appianus in Iberica, Orofius libro iv. cap. xx. L. Florus libro ii. cap. xvii. Gracchus, inquit, pater ille Gracchorum, Celtiberos centum quinquaginta vrbium euersione multauit. Vide quæ de his Strabo in Hispaniæ chorographica descriptione latius differit, de oppidis à Graccho captis Polybium insimulans.

*Ti. Gracchi
preclara
victoria de
Celtiberis.*

*Vaccei bis
victi.*

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Propr. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit. Bis cum Vacceis egregie pugnasse, & quinque milia hostium occidisse, & castra oppugnasse, Liuius ex quorumdam Annalibus tradit, qui propius vero tamen putat, serius in prouinciam peruenisse Postumium, quàm vt ea ætate potuerit res gerere. Quidam verò Liuiani correctores pro (Vacceis) esse restituendos (Braccareis) arbitrantur. Quàm rectè, nihil hinc decerno.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ti. Gracchi. Propr. in. Hisp. citer.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. L. Albini. Propr. in Hisp. vltet.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiens. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus.

[T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.] [C. Fabius. M. f. M. n. Licinus]

[M. Fabius. M. f. C. n. Dorso.] L. Cornelius * Cn. f. P. n * Dolabella.

Q. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus II. ann. DLXXIV.

Coss. de. Liguribus. 11. 11. 11.

*Donatium
Fulij.*

Hunc triumphum magis gratiæ, quàm rerum gestarum magnitudini datum fuisse, Liuius auctor est in fine libri xl. Armorum hostilium magnam vim transtulisse dicit, nullam pecuniam admodum. Militibus tamen diuississe in singulos aris tricenos, duplex centu-

centurioni, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit, quàm quòd eodem fortè die, quo priore anno ex Prætura, triumpharit. Secundùm triumphum comitia mox edixit, quibus creati noui Consules. Memoriam victoriæ in denariis argenteis reliquisse videtur, in quibus Iouis Victoris laurea coronati caput, & in altero latere Victoria trophæum coronat, palmæ ramum sinistra ferens. Iacet sub trophæo ligatus, captiuus, nudus: subscriptum, Q. FLAC. Sunt item quadrigati cum Romæ capite, & Ioue in curru triumphali: in quibus sic nomen eius legitur: Q. FVLVI. Q. F. FLACCVS.

*Denarij triu-
phales.*

ANNI P. R. C. DLXXV.

Consules.

M. IUNIVS. M. F. L. N. BRVTVS. A. MANLIVS. CN. F. L. N. VVLSO.

Q. Fuluius secundùm triumphum, vt Liuius ait, comitia edixit, quibus Consules creati sunt M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulsò, sic enim ibidem corrigenda sunt nomina. In Cassiodoro & Obsequente de prodigiis, M. Iunium & Cn. Manlium legimus: in Mariano Scoto M. Manlium, M. Iunium. Sed standum potiùs Capitolinarum tabularum auctoritati, quæ non M. sed A. Manlium appellant. Tabulæ Græcæ Brutum & Vulsònem proferunt. M. Brutum Prætorem anno DLXII. fuisse demonstrauimus, sed A. Manlij Præturam non inuenimus: & quia nullus in eo collegio per multos antè annos in historia Liuiana desideratur, opinari cogimur, ipsum vel omiſſa Prætura Consulatum anno suo obtinuisse, vel ex superioribus alicui in Prætura mortuo suffectum, & à Liuiò inter alia multa præteritum fuisse.

Quæ principio anni de re publica, prouinciis, exercitibusque in Senatu decreta fuere, prouinciarum insuper fortitiones, & alia multa eius anni acta, cum libri XL. fine, & sequentis XL. initio, temporum iniuria apud Liuium interierunt. Attamen quæcumque ex reliquiis eius auctoris, aliorumque veterum monumentis colligere ad hanc historiam pertinentia potero, cum de ordine reip. tum de magistratum omnium actis, atque prouinciis, studiosorum in gratiam, vt cœpi, adferre conabor. Consulibus M. Iunio Ligures, A. Manlio Galliam obuennisse constat.

*Defectus in
Liuiò valdè
damnosus.*

Romæ circa forum incendio plurima deſta sunt, ædesque Veneris sine vllò vestigio cremata est: ignis item penetrans in æde Vestæ extinctus, & virgo custos iussu M. Æmiliij Lepidi Pontificis Max. flagro cæsa, negavit vlteriùs * interitum supplicationibus habitis. A. Manlius Cos. inconsulto Senatu, propter Istrorum duos motus, è Gallia prouincia sua legiones in Istriam tranſtulit, resque temerè gerens castra perdidit: sed ea, Tribunorum militum singulari virtute, dum hostes in ipsis prædæ incubantes nimis securi vino ac epulis indulgent, non diu post, octo Istrorum ferè milibus ibidem occisis, recuperata sunt: Liuius libri XL. i. fragmento, Florus lib. II. cap. x. Iulius Obsequens de prodigiis. His item Coss. Persea regem Macedonum per legatos cum Romanis paternum fœdus renouasse, Regemque appellatum à Senatu fuisse, Liuius lib. XLV. testatur, quam historiam in hoc libro desiderari etiam inde colligere est.

*Incendium
Roma.*

** interitorum
in Obsequente
mendose legi-
tur.*

*A. Mâlij Cos.
temeritas.
Castra amif-
sa temerè,
virtute recu-
perantur.*

*Perseus rex
fœdus cum
Romanis re-
nouat, & Rex
appellatur.*

Prætores.

Hoc anno Prætores iterùm Romæ sex fuisse factos, ex Liuiò liquèdè nobis apparet: quorum tribus, inquit ipse in XL. libri fine, iam creatis, comitia tempeſtas diremit: postero die reliqui tres facti sunt ante diem quartum Idus Martias, M. Titinius Curuius, * Ti. Claudius Nero, T. Fonteius Capito, quos sic Liuius ibidem recenset. Sed mala fortuna nostra, reliquorum trium qui pridie facti erant, ibi nomina præterit: cum in sequentis mutilati libri exordio inter alia simul cum prouinciarum fortibus etiam interierint. Hi igitur quærendi aliunde sunt, & si qui deerunt, ex Consularibus, quorum Præturæ non extantes in hoc tempore incidere videntur, erunt supplendi, donec quid certius de his in lucem prodeat. Quæ via in istis antiquitatum tenebris, frequentius quàm velim, non sine tædio laboreque nobis erit terenda.

*Prætoris co-
mitia direpta
tempeſtate.*

** T. Clau-
dius malè in-
vulgatis.*

M. Titinius * L. f. L. N. Curuius * Vrbanam iurisdictionem. fortitus obtinuit. Quemadmodum in huius Quæstura significauimus, duos M. M. Titinius hoc anno Prætores fuisse, ex Liuiò animaduertere est, quamuis vnus dumtaxat esse videatur: quia in exemplaribus notæ, quibus distinguebantur, librariorum negligentia perière. Ex prouinciarum igitur diuersitate tantùm colligere possumus, duos fuisse. eius enim sunt generis,

*Duo M. M.
Titinij Præ-
tores simul
ut distingua-
di.*

*M. Titinius
Prator Hisp.
citerioris.
M. Titinius
Prator urba-
nus.
Delectus ex-
tra ordinem.*

*M. Titinius
Pr. urb. Ari-
minum pro-
uinciam ex-
tra ordinem
obtinuit.*

*Idus Martia
solemnis in-
eundorum
magistratuū
dies.*

*Istri castris
relictis diuer-
si domum re-
deunt.*

*Sardi rebel-
lant.*

vt vnus vtramque simul obire non potuerit. Etenim citerioris Hispaniæ Prator, qui Ti. Graccho ad triumphum hoc anno decedenti successit, prouinciamque per trien-
nium obtinuit, M. Titinius non vno loco nominatur à Liuiio. Sic etiam huius anni Præ-
tor vrbani apud eundem M. Titinius appellatur, quemadmodum ex eius verbis appa-
ret, quæ breuiter, quantum ad rem faciunt, adferam. Extant autem in fragmento li-
bri XLII. in huius anni historia, vbi de Senatus decretis agit post Istricam cladem nuntia-
tam: vt delectus extra ordinem non in vrbe tantum, sed tota Italia indixerit, duas legio-
nes ciuium Rom. x. milia peditum, d. equites socium Latini nominis conscribi iusserit.
Additque deinde, quid mandatum Consuli M. Iunio abfenti in Liguriis; quid insuper
Prætoribus duobus in vrbe præsentibus; inter quos exercitus recens conscriptus est diui-
sus, vt cum vna legione, & socium quinque milibus, equitibusque ducentis quinquaginta
Pifas Ti. Nero Prator obtineret; alteram legionem cum pari numero sociorum peditum
equitumque M. Titinius Prator Ariminum conuenire iuberet. Nero paludatus, inquit,
Pifas in prouinciam est profectus, Titinius C. Cassio Trib. militum Ariminum qui præf-
set legioni, missus, delectum Romæ habuit. Ex iam dictis sanè liquet, Liuium loqui de
duobus Prætoribus, iuris in vrbe dicendi causa creari solitis; nimirum cum annus esset in
exitu, instarentque iam noua magistratum comitia, collegæque ceteri quatuor multò
antè in prouincias abiissent. Nam post pauca sic scribit Liuius: Sedato tandem Istrico
tumultu, S. C. factum est, vt Consules inter se compararent, vter eorum ad comitia ha-
benda Romam rediret. Quod S. C. ante Ianuarium mensem fieri non consuevit, quam-
diu Idus Martiæ solemnibus ineundorum magistratum dies fuit, ad annum scilicet vr-
bis DC. vt tum loco suo significabimus. Iam satis demonstratum, quinam in vrbe Præto-
res iuris dicendi toto anno fuere. Et quia palam est, vrbani Prætoris fuisse, Consulibus ab
vrbe profectis, Senatum cogere, & dare: non obstat, quin opinemur M. Titinium illum
vrbani fuisse Prætoris, de quo post pauca sic Liuius scribit: Per eos dies Ti. Sempro-
nius Gracchus & L. Postumius Albinus ex Hispania Romam cum reuertissent, Senatus
ijs à M. Titinio Prætoris datus in æde Bellonæ, ad differendas res quas gessissent, postu-
landosque meritos honores. Porro quòd alter M. Titinius Prætor tum Romæ fuerit, vel
quòd Ti. Gracchus ante successoris sui aduentum prouinciam reliquerit, parum est veri-
simile. De cuius in Hispaniam profectio, rebus ibidem hoc anno gestis quæ prodita
fuere, in XLII. libri Liuiani exordio inter alia desiderantur. Nec satis liquet item, librario-
rum vt dixi culpâ, cui nam Curuus cognomen ex duobus istis Prætoribus M. M. Titi-
niis familiare fuerit, quod horum vni Liuius in fine libri XL. attribuit.

Ti. Claudius * Ti. f. P. n * Nero. Peregrinam. iurisdictionem. fortitus.
obtinuit, & extra ordinem ex Senatus decreto Pifas cum vna legione, & quinque mi-
libus peditum, equitibusque ducentis quinquaginta socium Latini nominis, vti eam
prouinciam, vicinamque Liguriam, dum Consul inde abesset, tutaretur. Nam rumore de
rebus in Istria perditis Romam perlato, simul decretum fuit vt M. Iunius Cos. transi-
ret in Galliam, & ab ciuitatibus eius prouinciæ, quantum quæque posset, militum exige-
ret. Nero Prator diem, quo sui milites Pifas conuenirent, edixit, & ipse paludatus in prou-
inciam est profectus Proconsulari cum imperio. Et M. Iunius Cos. è Liguriis in Gal-
liam transgressus, Aquileiam vbi peruenit, & certior factus exercitum in Istria incolumem
esse, scriptis litteris Romam ne tumultuarentur; ipse, remissis quæ Gallis imperauerat
auxiliis, ad collegam est profectus. Istri magnis copiis, cum castra haud procul à Con-
sulibus Manlij castris haberent, postquam alterum Consulem cum exercitu nouo aduenisse
audierunt, passim in ciuitates dilapsi sunt: Liuius libro XLII.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Siciliam. fortitus. obtinuit.

P. Ælius. P. f. P. n. Ligus. Sexto ab hinc anno Consul futurus in Capitolinis Fas-
tis reperitur, cuius Præturam cum alibi in Liuiio non inueniam, hoc loco ponendam, &
Siciliam obtinuisse suspicor. Nam eius prouinciæ Prætor in Liuiio non reperitur.

T. Æbutius * T. f. T. n * Carus. Sardiniam. fortitus. obtinuit. Senatum
litteris certiore fecit, magnum in prouincia tumultum esse, Ilienses adiunctis Balato-
rum auxiliis pacatam prouinciam inuasisse; nec eis, inualido exercitu, & magna ex parte
pestilentia absumpo, resisti posse. Eadem & Sardorum legati nuntiabant, orantes, vt vr-
bibus saltem, iam enim agros deploratos esse, opem Senatus ferret. Hæc legatio, totumque
quod ad Sardiniam pertinebat, ad nouos magistratus reiectum est: Liuius XLII.

M. Titinius * Q. f. Q. * nepos. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit.
De cuius profectio, rebusque hoc anno gestis, in Linij historia trunca nihil nobis resi-
duum

duum est. Hoc tamen ex sequentibus obiter intelligere possumus, ipsum biennio sequenti in eadem prouincia, prorogato imperio remansisse.

T. Fonteius * T. f. * // n. Capito. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit. De cuius item rebus historiam huius anni in Liuiο desideramus. In fragmento tamen libri xli. quod nobis extat, declaratur, biennio sequenti prouinciam illi, non secus ac collegæ, prorogatam fuisse, sicut dicemus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
L. Papius * C. f. L. n * Maso. M. Cornelius. // f. // n. Scipio. Maluginēsis.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Popillius P. f. P. n Lanās. L. Aquilius * P. f. L. n * Gallus.

Tribuni plebis

A. Licinius // f. // // Nerua. C. Papius * C. f. Q. n * Turdus.

A. Manlium Consulem absentem, ob res in Istria malè gestas, in concionibus lacerarunt, rogationemque promulgarunt, ne Manlius post Idus Martias imperium iam antè prorogatum retineret: vt causam extemplò dicere, cùm magistratu abiisset, posset. M. Iunium Consulem ex Istria comitiorum causa Romam reuersum, in concionem productum, multis de Manlio interrogationibus fatigarunt: Liuius libro xli. Cùm hoc quasi tempore, vt Plinius annotauit libro xxxiii. cap. iii. Romæ asses ex vncialibus semiunciales, lege Papiaria, non, vt perperam est in exemplaribus, Papiaria, facti sint; quærendum, quisnam ille Papius Trib. pleb. legislator fuerit.

*A. Manlius
Cos. absens à
Tribunū ple-
bis accusatus.*

*Papiaria lex
nummaria.*

Q. Ælius. P. f. Q. n. Prætor. Rogationi Liciniæ Papiariæ de Manlij imperio abrogando intercessit, magnisque contentionibus obtinuit ne perferretur: Liuius libro xli.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // .

L. Egilius // f. // nepos. Hic iii. vir. anni sequentis sine creatus est coloniarum Lucam deducendæ cum P. Ælio * Ligure * & Cn. Sicinio * C. f. * Prætoris: vt auctor est Liuius.

C. Cicereius. T. f. T. nepos. M. Mattienius. // f. // nepos.
L. Canuleius * L. f. M. n * Diues. L. Claudius * Ti. f. C. n * Afellus.
C. Mattienius * P. f * // nepos. M. Ræcius * M. f. * n. nepos.

Qui filius M. Ræci fuisse videtur à Senatu anno dclvi. in Galliam missi, ad explorandum Asdrubalis aduentum, vt Liuius lib. xxvii. refert. Hunc verò Prætorem fuisse constabit.

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinc.

//. // . f. // . n. // . M. Iuni. Cos. in Liguria.
//. // . f. // . n. // . A. Manli. Cos. in Gallia.
//. // . f. // . n. // . * P. Æli * Pr. in Sicilia.
//. // . f. // . n. // . T. Cari. Pr. in Sardinia.
//. // . f. // . n. // . M. Titini. Pr. in Hisp. citer.
//. // . f. // . n. // . T. Fonte. Pr. in Hisp. vltèr.

Sex. Iulius * Sex. f. Sex. n * Cæsar. Qui Tribunus militum in castris L. Paulli Procos. à Liguribus obsessus fuerat, vt Liuius libro xl. Et xliiii. libro nominatur ab eodem inter legatos in Græciam missos. Videtur frater fuisse L. Iulij, qui Prætor anno dlxx. nominatur à Liuiο libro xxxix. Patris legati meminit item libro xxvii.

Q. Cassius. L. f. Q. n. Longinus. Per honorum gradus ad Consulatum peruenit, in quo mortuus est. Quod Capitolinorum Fastorum reliquæ solæ nobis in lucem prodiderunt, alioquin, vt alia infinita, sub ignorantia vasto specu in tenebris adhuc lateret.

Q. Appuleius * Cn. f. Cn. n. Pansa * x. vir agris dandis apud Liuium libro XLII.

C. Seruilius. M. f. C. n. Geminus. Cuius pater Consul & magister equitum fuerat. Huius esse videntur argentei denarij, in quibus Romæ caput galea tectum, iuxta quod laurea est corona: item Castores equites in diuersum currentes, quibus subscriptum; C. SERVEILI. M. F. Cognomen Geminus per Castores notatur, qui & Gemini, vel Gemelli.

T. Manlius. A. f. T. n. Torquatus. Vir summæ nobilitatis atque virtutis. Cuius pater Censor & bis Cos. fuerat; & ipse Consularis, sacrorum Pontificalium, ac iuris ciuilibus peritissimus, vt Valerius Max. libro v. cap. viii. de illo prædicat. Quàm genuina maiorum seueritate filium damnarit, postea dicemus suo loco, in vrbs anno DCXII.

Carbones & Turdi Papirij plebeij.

C. Papirius // . f. // . n. Carbo. Hunc in Carbonum Papiriæ gentis domo primùm reperio sella curuli sedisse Prætorem. De qua domo sic Cicero ad Pætum suum scribit Familiarium libro ix. breuiter Papiriæ Gentis nobilitatem recensens: Post Muggillanos, Crassos, Cursores, & Masones, Carbones & Turdi insequuntur. Hi plebeij fuerunt, quos contempnas censeo. Nam præter hunc C. Carbonem, quem Damaspus occidit, cuius è Rep. nemo fuit.

P. Fonteius // . f. // . n. Balbus. Quod cognomen in Gente Fonteia nunc primùm reperio. Hunc Prætorem fuisse Liuius auctor est, vt suo loco dicemus.

C. Decimius * C. f. * // . n. Flauus. Patre Prætorio natus, & ipse postea post varias legationes Prætor.

Prouinciæ prorogatæ.

Gracchuris oppidum, à Ti. Graccho nomen adipsiuitur.

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n. Gracchus. Propr. Hispaniam. citeriorem. in aduentum. successoris. vsque. obtinuit. Celtiberis victis ac deditis leges pacis dedit: monumentumque operum suorum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit: Appianus in Iberica, & Epitome Liuiana libri xli. Sextus Pompeius: Gracchuris, inquit, Ibergæ regionis vrbs, dicta à Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Propr. Hispaniam. vltiorem. in aduentum. successoris. vsque. obtinuit. Vaccæos & Lusitanos subegit: Epitome Liuiana libri xli.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . Ti. Gracchi. Propr. in. Hisp. citer.

// . // . // . f. // . n. // . L. Albini. Propr. in Hisp. vltèr.

// . // . // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

// . // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

[Ti. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.] [L. Fabius M. f. M. n. Licinus]

L. Furius * P. f. P. n * Philus. P. Fonteius // . f. // . n. Capito.

[M. Fabius. M. f. C. n. Dorso] L. Cornelius * Cn. f. P. n * Dolabella.

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n. Gracchus. anno DLXXV.

Propr. de Celtiberis. // . // . // .

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Propr. anno DLXXV.

de Lusitanis, & Vaccæis. // . // . // .

Ti. Sempronius Gracchus & L. Postumius Albinus magnis rebus gestis ex Hispania cum anni extremo rediissent, Senatus iis à M. Titinio Pr. urbano datus est in æde Bellonæ, ad differendas res quas gessissent, postulandosque honores meritos, vt diis immortalibus haberetur honos. Triumphus vtrisque decretus, qui duobus diebus continuis ex Hispania est actus. Priore Sempronius Gracchus de Celtiberis sociisque eorum: postero die L. Postumius de Lusitanis aliisque eiusdem regionis Hispanis triumphauit. Quadraginta milia pondo argenti Ti. Gracchus in ætarium transtulit, viginti milia pondo L. Albinus. Militibus denarios vicenos quinos ambo diuiserunt, duplex centurioni, triplex equiti.

Argentum manubiale.

equiti. Hæc Liuius libro xli. Sed vide etiam Epitomen eiusdem libri, & Appianum in Iberica, qui item Semproniani triumpho meminit.

A N N I P . R . C . D L X X V I .

Consules.

C. CLAVDIVS. AP. F. P. N. PVLCHER. TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N. GRACCVS.

CONSULES habentur in Liuius, C. Claudius Pulcher & T. Sempronius Gracchus; qui de Celtiberis triumphauerat: in Cassiodoro & Mariano, Ti. Sempronius, C. Claudius; in tabulis autem Græcis, Pulcher & Gracchus.

Sardinia atque Istria eo anno ob bellorū magnitudinem Consulares prouinciæ factæ sunt. Sardiniam Gracchus fortitur, Istriam Claudius. In Sardiniam duæ legiones iussæ, quina milia duceni pedites, & triceni equites in singulas: item xii. milia peditum & sexcenti equites sociū Latini nominis. Decem quinqueres naues, si deducere ex naualibus vellet, Consuli permittum. Tantundem peditum equitumque in Istriam, quantum in Sardiniam decretum. Et legionem vnā cum equitibus trecentis, & quinque milia peditum sociorū, trecentos quinquaginta equites mittere in Hispaniam ad M. Titinium Propr. Consules iussi sunt: Liuius libro xli. Legationes sociū ac Latini nominis auditæ sunt, conuerentium ciues suos Romæ censos plerosque eò demigrasse. quod si permittatur, per paucis Iustris futurum, vt deserta oppida, deserti agri nullum militem dare possint. Ex S. C. igitur C. Claudius Cos. legem tulit, & edixit: Qui socij ac nominis Latini, ipsi, maioresve eorum M. Claudio, T. Quintio Censoribus, posteaque apud socios nominis Latini censi essent, vt omnes in suam quisque ciuitatem ante Kalend. Nouembres redirent. C. Claudius Cos. cum duabus nouis legionibus in prouinciam profectus, vetere dimisso exercitu cum suis ducibus, ipse ad bellum Istricum à Proconsulibus prosperè cœptū, excepit, tribus munitis oppidis Nesatio, Mutila, & Faueria, vi captis & excisis, omne nomen Istricum post regis mortem, qui semet obsessus, metu ne caperetur, interfecerat, in potestatem, obsidibus acceptis, rededit. Præda omnis militibus concessa est, quinque milia capitum DCXXXII. sub corona venierunt. Auctores belli virgis cæsi, & securi percussi sunt. Inde exercitus ex S. C. in Ligures traductus, & ad Scultennam fluuium eiusdem C. Claudij auspiciis cum Liguribus dimicatum est, atque xv. hostium milia in acie cæsa, septingenti capti, cum signis militaribus vno & quinquaginta. Ligures reliquæ cædis passim in montes refugerunt, populantiq; campestres agros Consuli nulla vsquam arma apparuerunt. Ab altero item Consule Ti. Graccho res prosperè in Sardinia gestæ sunt: nam Ilienses & Balaros ingenti prælio vicit, & castris exiit, duobus milibus hostium occisis. Victorem deinde exercitum, hostium armis Volcano crematis, in hiberna fociarum vrbiū reduxit. Eodem anno Lucam colonia deducta est, vt auctor Velleius Paternus, quadriennio post Aquileiam: eodemque, vt ait, temporum tractu, quamquam apud quosdam ambigitur, Puteolos, Salernum, Buxentumq; missi sunt coloni. Meminit Lucæ eodem hoc anno deductæ Liuius etiam, in agro à Liguribus capto, quem Etruscorum antea fuisse dicit.

Prouincia atque exercitus.

Supplementū pro Hisp. ceteriore.

Querela sociū ac Latini nominis.

Claudius lex de sociū ciuitate cæssa.

Qui Censor anno urb.

DLXIV.

C. Claudij Cos. expeditio.

Victoria de Istris.

Istri duris panis subacti.

Victoria Cos. Claudij de Liguribus.

Ti. Gracchi Cos. res prosperè in Sardinia.

Colonia deducta.

Prætores.

P. Ælius * Q. f. Q. n * Tubero II. Vrbanam iurisdictionem. fortitus. obtinuit. vt Liuius xli. In priore quidem Prætura Siciliam rexerat anno DLII. & postea reperitur inter decem legatos, qui in Asiam missi sunt anno DLXIV. pacis Antiocho Suriæ regi dandæ causa.

C. Quintus * K. f. T. n * Flamininus. Peregrinam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit: Liuius ibidem.

C. Cornelius * Cn. f. Cn. n * Scipio. P. Valerius * P. f. C. n * Læuinus. Galliam in duas diuisam prouincias fortiti sunt, vt auctor est Liuius. At in eius exemplaribus Valerij Læuini prænomen vitiosè Caius habetur: nam C. Valerius Læuinus antea Prætor fuit, & anno abhinc proximo Consul fiet. Quis verò hic P. Valerius videatur, antea in huius Quæstura dixi.

C. Numisius // . f. // . nepos. Siciliam. fortitus. obtinuit: Liuius.

L. Mum-

*Quæstio de
socijs Latini
nominis ciui-
tatem mutã-
sibus.*

L. Mummius. L. f. // nepos. Sardiniam. fortitus. erat : sed ea propter belli magnitudinem prouincia Consularis tum facta est : L. Mummius Prætori quæstio extra ordinem de socijs Latini nominis ciuitates suas deferentibus decreta est ex lege & edicto C. Claudij Cos. Adiectum S. C. vt Dictator, Cos. Interrex, Cens. Prætor, qui nunc essent, apud forum darent operam, vt qui in libertatem vindicaretur, quiq; eum manumitteret, infurandum daret, ciuitatis mutandæ causa non manumittere. Qui id non iuraret, cum manumittendum non esse : Liuius lib. xli.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Ser. Cornelius * P. f. P. n * Sulla. N. Fabius * N. f. N. n * Buteo.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
T. Annius * T. f. * // n. Luscius. C. Memmius * L. f. L. n. Gallus *

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

*Nodus expli-
catur historia
intricata.*
Cn. Fuluius. Q. f. M. n. Flaccus. Nobilior. Frater Q. Fuluij Flacci Consularis & Censorij, qui adoptatus à M. Fulvio Nobiliore transferat, non in aliam gentem, sed familiam. Cuius argumentum est, quod cognomine ac prænomine varietur apud Auctores, qui eius mentionem faciunt. Et hinc non parum obscuritatis in historia nascitur, vt de duobus tradi videantur, quæ vnus sunt. Liuius libro xl. vbi hunc Tribunum militum anno DLXXII. fuisse scribit, M. Fuluium Nobiliorem appellat, à patre qui adoptauerat. Ceterum libro sequenti, vbi fratrem germanum Q. Flacci Censoris fuisse ex Valerio Antiate dicit, L. Fuluium vocat: sed errore librarij scriptoris hoc mendum irrepsit. Nam Cn. Fuluium disertè nominat Velleius Paterculus, à fratre Q. Fulvio Censore Senatu motum memorans. In Valerij Max. lib. II. cap. VII. & Frontini stratagematum quarto cap. I. prænomen ipsius perit scriptorū incuria. Cum verò Senatu anno DLXXXIX. motus fuerit, sanè Tribunatum plebis ad minus antea gessisse videtur.

*Mendum in
Liuiio.*

C. Sallonijs * C. f. C. n. Sarra * Qui inter x. viros agris dandis anno DXXC. nominatur à Liuiio libro XLII.

L. Terentius * L. f. * // n. Massa. Qui perperam in Liuiio Massaliota, vbi Trib. militum fuisse dicit ann. DLXXII. lib. XL.

M. Claudius M. f. M. n. Marcellus. M. Iunius. M. f. M. n. Pennus
Sp. Caruilij * L. f. Sp. n. Maximus * L. Decimius * C. f. // n. Flauus *
Cn. Sicinius * Q. f. Cn * nepos. Sp. Cluuius. // f. // n. Saxula.
[L. Flauus. L. f. M. nepos.]

Quæstores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinc.

//. // . // . f. // . n. // . C. Claudij. Cos. in. Istria.
//. // . // . f. // . n. // . Ti. Gracchi. Cos. in. Sardinia.
//. // . // . f. // . n. // . Cn. Scipionis } Prætorum in Gallia.
//. // . // . f. // . n. // . P. Læuini }
//. // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Ser. Cornelius * Ser. f. L. n * Lentulus. Auo Consulari, patre Ædilitio natus ex annorum interuallo videtur : ipsum Prætozem fuisse Siciliae, testatur Liuius lib. XLIII.

L. Appuleius * L. f. P. n * Saturninus. Prætor item hic à Liuiio nominatur in
fine

finē XLV. libri. Et eundem puto recenferi inter X. viros cum Q. Appuleio & aliis lib. XLII. qui ex S. C. Ligustinum & Gallicum agrum vacuum ab hostibus captum anno DXXC. ciuibus ac fociis diuifere.

M. Fonteius. // f. // n * Capito * L. Liuius * L. f. M. n. Denter *
Ambo simul poſteà Prætores ſequentur.

C. Licinius. // f. // n. Nerua. Prætor vltioris Hiſpaniæ reperietur in Anna-
li DXXCVI.

Q. Marcus * Q. f. M. n. Ralla * Cuius fortè pater, qui ædem Fortunæ II. vir
dedicauerat. DLIX. vt auctor Liuius lib. xxxiv. Hic autem in Tribunatu plebis, quem
quinquennio poſt geſſit, Scylla vocatur apud Liuium XLII. Quod cognomen alibi nuſ-
quam reperio. Verùm in Marcia gente Ralla frequens ac familiare eſt. Quare viden-
dum, an iſtud ibi reſtitui debeat.

C. Sulpicius. C. f. C. n. Gallus. Sic Capitulinis Faſtis inſcriptus. Per magiſtra-
rum enim gradus ad Conſulatum atque triumphum peruenit, vt ex ſequentibus con-
ſtabit. Vir vt ſummæ nobilitatis, abo Conſulari, ac patre Prætorio (ſi quid ex Faſtis col-
ligimus) prognatus, ita virtutum ac omnium ſcientiarum præſtantia nobiliſſimus; Erat
enim orator, poëta, & philoſophus præclarus, atque Matheſeos ſcientia, maximè in Pla-
nerarum motibus aduertendis illuſtris, vt Cicero officiorum libro primo, & in Cato-
ne maiore teſtatur. Ab eodem in ſcribendis comœdiis adiutum fuiſſe P. Terentium poë-
tam, tradit Suetonius in eius vita ex ſcriptis Terentij Santræ. Sua quidem Aſtronomiæ
peritia plurimum Reip. profuit, cum anno DXXCV. legatus L. Pauli Cos. (vel vt Liuius
& alij quidam volunt, Trib. militum) eclipſim Lunæ prædixerit exercitui, nocte proxi-
ma per duas horas futuram ante diem conſtituti prælij contra Perſem Macedonum re-
gem; & cauſas eius breuiter militibus declarando, ne quis ignarus hoc videns, tamquam
raro quopiam portento percultus metuere; non parum momenti ad inſequentis diei vi-
ſtoriam præclariffimam attulit, vt pulchrè Liuius lib. XLIV. Plutarchus in vita L. Pauli,
Plinius lib. II. cap. XII. Frontinus ſtratagematum lib. I. cap. XII. Val. Max. lib. VIII.
cap. XI. memorant.

*Vir vt nobi-
lis, ita ſum-
maliterarū
eruditione
præclarus.*

*Luna defe-
ctus ante præ-
lium exerci-
tū declara-
tus victoriam
promouit.*

P. Terentius // f. // n. Lucanus. Cui Senatori Romæ Publipor Afer ſeruiuit, à P. Terentij
quo tamen ob ingenium & formam non inſtitutus modò liberaliter, ſed & mature ma-
numiſſus eſt, & P. Terentius P. L. Afer Romano more vocatus. Itaque cum in doctiſſi-
mum poëtam euaiſſet, cum P. Africano Æmiliano, C. Lælio, C. Sulpicio Gallo, mul-
tiſque nobilibus virtutum patronis aliis Romæ familiariter & amicè vixit, & comœdias
ſuas, quæ adhuc extant, in ſcænam produxit, vt poſteà declarabimus. Auctor Suetonius
de poëtis illuſtribus, in Terentij vita comœdiis eius præfixa. In vulgatis quidem exem-
plaribus prænomen Lucani Senatoris periit, quod habetur in meo manuſcripto. Nec
dubium quin hic poëta dominus P. Terentius ſit appellandus; cum poëta libertus ab eo
manumiſſus ſeruile nomen ſuum vt proprium pro cognomine vteretur; ac huic domini
liberatoris ſui prænomen, nomenque gentilitium more Romano ſemper præmitteret.
Quod & P. Terentium poëtam feciſſe certum eſt.

*Afri poëta do-
minus huma-
niſſimus &
clementiſſimus
Poëta Comi-
cus Publipor
Afer dum
ſeruus manu-
miſſus aut è
P. Terentio
P. L. Afer mo-
re Romano
vocatus.*

Prouinciæ prorogatæ.

M. Iunius. M. f. L. n. Brutus, A. Manlius. Cn. f. L. n. Vulſo. Procoſs. pro-
rogato. in. annum. imperio. Aquileiam. & Iſtros. obtinuerunt. Cum Aquileiæ
hibernaſſent, principio Veris in fines Iſtrorum exercitum duxerunt, & eſſe uſe cum popu-
larentur, hoſtes ad prælium exciuerunt, quorum quatuor milia in acie cæſa, ceteris in
ciuitates dilapſis. Iſtri pacem per legatos petentes, obſides dederunt. Pace inſecta, cum
Nefattium oppidum, quo principes Iſtrorum cum Æpulone regulo ſe receperant, obſi-
dent, à Conſule C. Claudio, cuius Iſtria prouincia erat, obſidionem ac bellum relinque-
re coacti ſunt: Liuius XLII.

*Expediit in
Iſtros.*

*Nefattium
obſeſſum.*

Ti. Claudius * Ti. f. P. n * Nero. Procoſs. Piſas. prorogato. imperio. obti-
nuit. Litteris Senatū certiore fecit, apud Ligures concilia de bello haberi; quas
litteras Senatus ad C. Claudium Conſulem deferendas cenſet, adiecto decreto: Quo-
niam Iſtria prouincia conſecta eſſet, in Ligures, ſi ei videretur, traduceret exercitum.
Paruit S. C. Conſul, deuicitque ad Scultennam fluuium Ligures, ac Romam cum
exercitu victore reuerſus eſt. Ti. Nero conſecta prouincia exercitum dimiſit: Liuius
ibidem.

Ligures viſſi.

T. Æbu-

T. Æbutius * T. f. T. n * Carus. Propr. Sardiniam. prorogato. imperio. obtinuit, adiutor Ti. Graccho Consuli datus: vt Liuius in anni sequentis historia declarat.

M. Titinius * Q. f. Q. * nepos. Propr. Hisp. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit, cum veteri exercitu reliquo à Ti. Graccho non deportato, & supplemento vnus nouæ legionis & trecentorum equitum Romanorum, ac socium quinque milium, trecentorumque equitum à Consulibus misso: Liuius lib. xli.

T. Fonteius * T. f. * // . n. Capito. Propr. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit: Liuius ibidem.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . M. Bruti. Procos. } in Istria.
// . // . // . f. // . n. // . A. Manli. Procos. }

Consul Claudius à suis non agnoscitur ob spretam religionem.

Horum alter qui pro Quæstore Manlij Procos. erat à C. Claudio Cos. vocatus, & catenas proferre iussus, quibus vinctos Iunium Manliumque Procos. se Romam missurum furens ira Consul minitabatur, eius imperium spreuit, exercitus vniuersi consensu: quia Consul Claudius non votis in Capitolio nuncupatis, non paludatis liëtoribus, non more maiorum, vt decebat, præcepit in prouinciam festinans in castra venisset. Quare fatigatus contumeliis singulorum, & multitudinis ludibriis (nam insuper irridebant omnes) tamquam priuatus è castris discedere, Romamque ad vota nuncupanda recurrere coactus fuit. Vbi non vltra triduum moratus post vota in Capitolio nuncupata, paludatis liëtoribus, maiore quam prius celeritate in Istriam reuersus, à Procos. Prouinciam accepit: Liuius pulchrè xli.

// . // . // . f. // . n. // . T. Cari. Propr. in Sardinia.

// . // . // . f. // . n. // . M. Titini. Propr. in Hisp. citer.

// . // . // . f. // . n. // . T. Fonte. Propr. in Hisp. vlt.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerius * in Apulia.

Q. Appuleius * Cn. f. Cn. Panfa * C. Seruilius. M. f. C. n. Geminus.

C. Papius // . f. // . n. Carbo. P. Fonteius. // . f. // . n. Balbus.

C. Decimius * C. f. * // . n. Flauus. P. Fonteius // . f. // . n. Capito.

C. Claudius. Ap. f. P. n. Pulcher. an. DLXXXVI.

Cos. de Liguribus. & Istreis. // . // . // .

De duobus populis victis triumphus.

C. Claudius Cos. duarum gentium vno anno victor, duabus prouinciis, quod rarum, in Consulatu pacatis ad urbem venit. Cui, cum in Senatu de rebus in Istria Liguribusque prosperè gestis disseruisset, triumphus postulanti decretus est. Triumphauit in magistratu de duabus simul gentibus. Transtulit denarium cccvii. ∞. & victoriatum lxxxv. ∞. dccii. Militibus in singulos quindenarij dati, duplex centurioni, triplex equiti. Socii dimidio minus quam ciuibus datum: quod agrè passos fuisse, animaduersum est; cum taciti, velut iram non dissimulantes, currum sequerentur: Liuius lib. xli.

Argentum signatum.

Donatum socijs ingratis.

ANNI P. R. C. DLXXVII.

CN. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO. HISPALLVS. Q. PETILLIVS. C. F. Q. N. SPVRINVS.

IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. L. F. EST. IN. MAG. POSTEA QVAM. SIBI.

C. VALERIVS. M. F. P. N. LAEVINVS. CONLEG. SYBROGASSET. OCCIS. E.

CONSULES fuerunt, vt auctor est Liuius, Cn. Cornelius Scipio Hispallus & Q. Petillius Spurius. Sic Cassiodorus Cn. Cornelium & Q. Petillum nominat: Marius Cn. Cornelium Scipionem, Q. Petillum Spadonem; sed error in hoc cognomine est: Obsequens Cornelium & Petillum: tabulæ Græcæ Scipionem & Petillum rectius, quam Petinum. Sed Cuspiniani tabulæ Consulem suffectum Læuinum iungunt Q. Spurino, quæ Læuinum & Spadonem mendosè suggerunt.

Prouincia decreta.

Nouis Consulibus Cn. Cornelio Pisæ & Q. Petillio Ligures obuenerunt: decretum vt binas nouas legiones scriberent, & trecentos equites. Item dena milia peditum, sexcentos

centos equites imperaret sociis & nomini Latino. M. Titinius & T. Fonteius cum eodem imperij iure manere in Hispania iussi, quod duo noui Prætores P. Licinius & M. Cornelius sacrorum causa in eam prouinciam ire non poterant. Itaque supplementum missum Propr. tria milia ciuium Romanorum cum equitibus ducentis, & quinque milia socium Latini nominis, & trecenti equites: Lilius lib. xli.

Cn. Cornelium, Q. Petillium Consules magistratum ineuntes, cum ex more Ioui singulis bubus immolarent, extispicia terruerunt: nam Petillio caput in iecinore non inuentum, Cornelio iecur omne defluxit. Senatus maioribus hostiis usque ad lirationem sacrificari iussit, instaurataque Fera Latina, quia non rite factas collegium Pontificum censuerat. Cn. Cornelius Cos. à Feriis Latinis ex Albano monte rediens concidit, & parte membrorum captus, ad Cumanas aquas profectus, ingrauescente morbo, Cumis decessit. Alter Cos. Q. Petillius sibi collegam in demortui locum, comitiis habitis, subrogauit C. Valerium Læuinum, qui extemplò magistratum acciperet, ut breuiter & dilucide præter Liliuum declarant item tabulae Capitolinae. Mox paludati ambo in prouincias profecti contra Ligures, ad Campos Macros conuenere, ubi diuisis copiis, sortiti regiones quas peterent, hostes qui montibus se tenebant, bipartito sunt aggressi. Petillius aduersus Balistæ & Leti iugum castra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione milites, ambiguitate verbi male sibi ominatum ferunt, se eo die Letum capturum esse, montem intellegens. Quem fortuitum uocis iactum non diu post, dum incautiùs ante signa aduersus montem subiit, missili traiectus, leto suo confirmauit. Pulchrè narrat historiam Lilius lib. xli. Valerius Max. lib. i. cap. v. Sex. Frontinus stratagematum lib. iv. cap. primo, de disciplina militari inter exempla scribit, Senatum decreuisse, uti ea legio, in cuius acie Consul erat occisus, tota infrequens referretur, stipendium ei annuum non daretur, & ara que rescinderentur. Idem Valerius lib. ii. cap. llii. de disciplina militari inter exempla memorat.

Prorogata in Hispanis imperia propter nouos Prætores sacerdotes.

Inauspicata sacrificia Consulium.

Feria Latina instaurata. Cn. Cornelius Cos. membrum captus, Cumis moritur.

Q. Petillius Cos. Letum montem capiens leto datur.

Legio Cos. occisi ignominia ac ere diruta Senatus decreto facta.

**facie in manus scriptis inuenio.*

Prætores.

L. Papitius * C. f. L. n * Maso. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit, ut auctor est Lilius. Videndum ane hic idem, cuius Plinius ex Massurio meminit lib. vii. cap. v. de partu humani tempore. Massurius, inquit, auctor est, L. Papirium Prætozem, secundo herede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater partum se tredecim mensibus diceret tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur. Hæc Plinius.

M. Aburius. // f. // n. Geminus. inter ciues. & peregrinos iurisdictionem sortitus obtinuit: Lilius.

L. Aquilius * P. f. L. n * Gallus. Siciliam prouinciam sortitus obtinuit: Lilius lib. xli.

M. Popillius. P. f. P. n. Lænas. Sardiniam sortitus est. Verum à prouincia se excusarunt: Ti. Gracchum eam pacare, & T. Æbutium Propr. adiutorem à Senatu datum esse. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio efficacissima esset minime conuenire, atque inter traditionem imperij, nouitatemque successoris sæpe benè gerendæ rei occasiones intercidere. Probata hæc Popillij excusatio est, Ti. Graccho Procos. & T. Æbutio Propr. prorogatum in Sardinia imperium: Lilius lib. xli.

Dum res bene geritur non mutanda imperia. Prorogata imperia.

P. Licinius. C. f. P. n. Crassus. Hispaniam citeriorem. & M. Cornelius. // f. // n. Scipio. Maluginensis. Hispaniam vltioriorem sortiti erant, sed ne irent, cum solemnibus sacrificiis se impediri excusassent, ex S. C. pro concione prouincias abiurarunt. M. Titinius & T. Fonteius Propr. manere in Hispania iussi sunt: Lilius ibidem. Meminit eiusdem rei & lib. xlii. in Consulatu P. Crassi. Quid verò prouinciarum iam dictis tribus Prætoribus, durante magistratu, datum sit, quidve gesserint, in tenebris latet, T. Lilius in huius & sequentis anni historia multum interrupto.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
P. Furius * P. f. P. n * Philus. N. Fabius * N. f. N. n * Buteo.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Crassus. C. f. C. n. Longinus. M. Atilius * C. f. C. n. Serranus *

Tribuni plebis.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
C. Aburius.	//.	f.	//.	n.	Geminus.	Sp. Lucretius *	Sp. f *	//.	n.	Gallus.		
L. Hortensius *	M. f. M. *	nepos.	A. Pompeius.	//.	f.	//.	nepos.					
C. Munatius.	//.	f.	//.	n.	* Plancus *	Cn. Licinius.	//.	f.	//.	n.	Nerua.	
[P. Licinius. P. f. C. n. Varus]	M. Aurelius *	M. f. M. n *	Cotta.									
[C. Seruilius. C. f. //.	n. Casca]	[Sex. Pompeilius. Sex. f. C. nepos]										

Quæstores urbani.

//.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
-----	-----	-----	----	-----	----	-----	-----	-----	----	-----	----	-----

Quæstores prouinciarum.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	C. Leuini	} Coss. in. Liguria, & Gallia.							
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Q. Spurini								
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	L. Galli. Pr. in. Sicilia.								
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Calenus.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	Ostiens.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	* Lucerinus *								

Cn. Domitius. Cn. f. L. n. Ahenobardus, patre Consulari natus, & ipse postea Consul, vt tabulæ Capitolinæ demonstrant. Quin etiam adolescens oppidò, vt Liuius testatur lib. XLII. nimirum ante Ædilitatem, est cooptatus Pontifex in locum Q. Fuluij Flacci anno DXXCI. Sic ante Præturam fuit nominatus inter x. legatos constituendæ Macedoniæ, vt idem in fine XLV.

A. Manlius. A. f. T. n. Torquatus. Consul item habetur in Capitolinis, in quibus animaduertere est, ipsum patrem habuisse A. Torquatam T. f. bis Consulem atque Censorem, vt in suis Annalibus demonstraui. Ex Liuiò hunc Prætorem adducam postea.

M. Acilius * M. f. L. n. * Glabrio. Quem nobis Ædilem curulem proferunt Terentianæ comœdiæ, vt suo loco constabit. Patrem habuisse videtur ex annorum spatium M. Glabriorem, cuius lib. xxxiii. meminit Liuius.

M. Claudius * M. f. M. n. * Marcellus. M. Marcelli Otaciliani nepos, auo Ædilitio, ac patre Consulari natus, quem & x. virum sacrorum amisit Tribunitius anno DXXIV. cum esset ipse Tribunus militum in Macedonia, quemadmodum ex Liuiò colligimus.

*Insignes vir-
tute & do-
ctrina ciuita-
tis principes.*

M. Fulvius. M. f. M. n. Nobilior. Cuius pater Musas coluit, & Q. Ennium poëtam, vt diximus, familiariter secum habuit. Nec attinet hîc addere de illo plura, cum eius magistratus ac triumphum de Ætolis, ordine suis annis adduxerim. Hic eius filius, virtutis ac eruditionis summæ, à patre non degenerans, per magistratum gradus, vt constabit, ad Consulatum etiam peruenit. Eius videtur denarius esse, qui reperitur argenteus cum Mnemosynes facie, & tripode, lituo, & aliis sacris instrumentis, in quibus & nomen sic legitur: M. FVLVI. M. F. NOBILIOR.

C. Titinius * P. f. Q. * nepos. Sequetur eius Ædilitas ex Diario Romano antiquo. Videtur fuisse filius P. Titinij, qui legatus in Gallia sub L. Furio Prætore militauit anno DLIII. vt Liuius xxxi.

M. Æbutius //. f. | //. | n. | Elua. Prætorem hunc Sicilia reperimus in Liuij XLIV. & Diario Romano. Et mirum, quòd Æbutiæ gentis antiquissima hæc patricia familia tam continuè iacuerit, quòd eius nullos curules magistratus per cc. amplius annos, apud Liuium vel alios Auctores non reperimus. |

P. Clælius * P. f. P. n. * Siculus. Qui quadriennio priùs Rex sacrorum inauguratus fuerat, teste Liuiò libro XL. Et huius antiquissimæ gentis rarissimi magistratus extitere.

Prouinciæ prorogatæ.

C. Claudius Ap. f. P. n. Pulcher. Procos. Galliam. prorogato. in annum. imperio. obtinuit. Mutinam coloniam à Liguribus, ipso cum exercitu Romam ^{Mutinam re-} profecto, occupatam recuperare; & ne idem, quod Ligures, Istri tentarent, socios no- ^{cepta.} minis Latini, quos triumphus causa de prouincia deduxisset, in Istriam mittere iussus est. Exercitu igitur ad Mutinam admoto, quam Ligures priore anno ceperant, eam intra tri-
dium ab hostibus recepit, & colonis restituit. Octo milia Ligurum ibi intra muros oc-
cisa sunt. Inde exercitus in fines hostium ductus, qui in montes Letum ac Balistam fuge- ^{Ligures in} runt, locorum magis præsidio quam armis sua defensuri: sed tardius ex agris demigran- ^{montium in-} tes, ad mille amplius perierunt. Adueniens deinde Consuli Perillio exercitum tradidit: ^{ga pulsi.}
Liuius lib. xli.

Ti. Claudius * T. f. P. n. * Nero. Procos. Pisas. ob. mortem. Cn. Cornelij. prorogato. imperio. obtinuit in id tempus, quo in prouinciam Consul suffectus venisset: Liuius ibidem.

Ti. Sempronius. P. f. P. n. Gracchus. Procos. Sardiniam. prorogato. impe-
rio. obtinuit. Multis secundis præliis Sardos perdomuit, & quindecim hostium mi- ^{Sardi subin-} libus cæsis, omnes populos qui defecerant, in ditionem redegit. Stipendiariis veteribus ^{gati.} duplex vectigal imperauit, à ceteris frumentum exegit. Pacata prouincia, obsidibusque ^{Vectigal re-} ex tota insula cccxxx. acceptis, legatos Romam, qui ea nuntiarent, misit, qui que peterent ^{bellibus du-} vt ob eas res gestas diis immortalibus honos haberetur, ipsique decedenti de prouincia ^{plicatum.} exercitum deportare liceret. Senatus, supplicatione in biduum decreta, xl. maioribus ^{Supplicatio} hostiis Consules sacrificare iussit. Ceterum Ti. Sempronium Procos. exercitumque eo ^{biduana ob} anno in prouincia manere voluit: Liuius, Auctor, vel Sex. Victor, de viris illustribus, ^{victorum.}
cap. LVII.

T. Æbutius * T. f. T. n. * Carus. Propr. prorogato. imperio. Sardiniam. obtinuit. Ti. Graccho. Procos. adiutor. datus: Liuius xli.

M. Titinius * Q. f. Q. * nepos. Propr. Hispaniam. citeriorem.

T. Fonteius * T. f. * n. Capito. Propr. Hispaniam. vltiorem. proro-
gato. imperio. obtinuerunt: Liuius ibidem.

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

//. // . // . f. // . n. // . C. Pulchri. Procos. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . Ti. Gracchi. Procos. in. Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . T. Cari. Propr. in Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Titini. Propr. in. Hisp. citeriore.

//. // . // . f. // . n. // . T. Fonteii. Propr. in Hisp. vltiore.

M. Fonteius. // . f. // . n. * Capito * L. Liuius * L. f. M. n. Denter *

C. Papius // . f. // . n. Carbo. P. Fonteius // . f. // . n. Balbus.

C. Decimius * C. f. * // . n. Flauus.

C. Valerius M. f. P. n. Læuinus. Cos anni. DLXXVII.

de Liguribus. // . // . // .

C. Valerium Læuinum Consulem suffectum Sigonius & Goltzius in Capitolinorum
Fastorum tabulis suis inter triumphales recensent, & Procos. de Liguribus triumphasse
volunt, moti fragmine quodam minuto marmorum, quod duos de Liguribus trium-
phos nobis ostendit; C. Læuini, vt existimant, vnum; & P. Sexuulæ (de quo non hære-
mus) alterum. Equidem præstantium virorum in sententiam pedibus ire non moror:
sed priorem triumphum C. Læuini non esse, eundemque hoc anno in Consulatu
triumphasse puto, non sequenti Procos. Cùm enim ille bellum, occiso collega Petillio,
& eius audita morte, non segniter in eo tractu cum Liguribus continuerit, vt ex Liuianis
fragmentis colligere est; sic verisimile, ipsum rebus benè gestis, hostibusque domitis,
triumphum impetrasse: qui de Liguribus victis leuiter, nec infrequenter tum temporis
concedebatur. Ipsum igitur opinabimur triumphasse, cùm Romam ad habendum com-
mitia vocatus reuerteretur. Et confirmant opinionem hanc nostram argentei denarij ex-
actissimè cusi cum Iouis Victoris capite laurea coronato, & triumphali quadriga, quam

Denarij cum
Ioue trium-
phante.

Iupiter ipse, fulmen dextra tenens & sceptrum sinistra, regit. Sub eadem Consulis nomen ita legitur: C. VALER. M. P. N. LÆVINVS.

ANNI P. R. C. DLXXVIII.

Consules.

P. MUCIVS. Q. F. P. N. SCAEVVLA. M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. II.

Interrupta historia Liuiana damnatum irrepabile.
COMITIA in hunc annum quis edixerit, Consules hosce, magistratūque ceteros creavit, obscurum est. Hoc tamen liquet ex paucis historiae Liuianae verbis, à Prisciano Grammatices lib. xvii. in exemplum adductis, quæ in fragmentis libri xli. historiarum nunc inter alia multa desiderantur, de comitiis in Senatu sententiis disceptatum fuisse, an Consul habere illa posset. Nam, ut ibidem Liuius ait, periti religionum, iurisque publici, quando ordinarij Consules eius anni alter morbo, alter ferro periisset, suffectum Consulem negabant ritè comitia habere posse. De tribus superioris anni Consulibus ipsum hinc loqui, certum est: quorum C. Lævinus solus supererat, in locum Cn. Hispalli morbo mortui suffectus. Spurinus ferro ceciderat. Si igitur à Cos. suffecto Lævino haberi comitia nequibant, res ad interregnum rediisse videtur. Nam si Dictator comitorum habendorum causa fuisset dictus, tabulæ Fastorum Capitolinæ non interruptæ nobis hoc declararent. Sed hæc certius item Liuius, si liber xli. integer exstaret, ubi Coss. Prætorumque nomina cum comitiis, & prouinciarum distributione, magnæque historiae eius anni parte, temporum iniuria perierunt. P. Mucij Cos. mentio in fragmentis reperitur, sed corrupto semper prænomine: Q. Mucius enim vel M. Mucius mendosè ibidem appellatur, quemadmodum etiam in Cassiodoro, Mariano, ac Obsequente. Lepidum & Mucium Consules habemus in Orofio: Lepidum & Scaulam in tabulis Græcis: in Cuspiniani Æmilium & Scaulam. M. Lepidum Pontificem Maximum & bis Consulem fuisse, non solum ex Fastis Capitolinis, sed etiam ex Valerio Max. lib. iv. cap. 11. & Cicerone de prouinciis, aliisque eorumdem Auctorum locis constat.

Suffectum Consulè habere comitia, nefus.
Interregnum.
Pestis.
 Ligures à Consulibus subacti, qui Lunam Pisafque depopulati erant; & omnibus in deditionem redactis arma adempta sunt: itaque tumultus Gallicus & Ligusticus, qui principio eius anni fuerat exortus, haud magno conatu breui oppressus est, ut in fragmento Liuij legimus. Consulum igitur prouinciæ Galli & Ligures fuere. Pestis inter homines & armenta per Italiam grauius grassata est. Celtiberorum motus in Hispania compressi. Perseus Macedonum rex bellum contra Romanos moliri incipiens, inter Dardanos & Basternas concitat primùm certamina. Pœnos in societatem belli clanculum sollicitat. Hæc partim in Liuianis fragmentis, partim in Obsequente, & Orofio, qui graphicè Basternarum in Danubio cladem describit lib. iv. cap. xx.

Prætores.

Perseus Macedonum rex bellum molitur.
Basternarum magnus exercitus in Danubio rupta glacie submersus.
Latent magistratum acta multa.
 Quæ ad acta huius anni, multa in Liuij quadragesimo primo libro desiderantur: comitia imprimis, ut dixi, Consulum & Prætorum, prouinciarum sortes, res gestæ in prouinciis Gallia, Liguribus, Hispania, & Sardinia: item legationes, & res Græciæ: triumphus denique Consulum, & Ti. Sempronij Procos. aliaque eius anni reliqua. Quocirca de prouinciis Prætorum, aliisque minorum magistratuum rebus, parum aut nihil certi hic afferre poterimus. Qualiacumque tamen hæc sunt, candide Lector, boni ut consulas, precor.

//. // . // . f. // . n. // . Urbanam. iurisdictionem.
 // . // . // . f. // . n. // . Inter. ciues. & . peregrinos.
 // . // . // . f. // . n. // . Siciliam.
 // . // . // . f. // . n. // . Hispaniam. vltiorem
 Prouincias fortiti obtinere.

C. Popillius. P. f. P. n. Lænas. Frater M. Popillij Prætoris anno superiore, cuius item Consulatus post fratris Consulatum sequetur anno dxxxci. Attamen eius Præturam alibi non inuenimus: quam hoc tempore gessisse non dubito, quandoquidem non nisi Prætorij ad Consulatum tunc prouherentur.

T. Annius * T. f. * // . n. Luscius. Legatus triennio post ad Persen regem mittitur cum duobus aliis Prætoris Ap. Centhone & Cn. Cæpione; quare & hunc Prætorium tunc fuisse suspicor, & hoc loco ferè Præturam eius desiderari.

C. Meminius * L. f. L. n. Gallus * Triennio post Prætor II. à Liuius dicitur libro XLII. nec antea prior hæc Prætura reperitur.

C. Cluuius / . f. // . n. Saxula. Cuius prior hæc Prætura fuisse videtur, quando secundam Liuius biennio post adferat: nec locum video quo prior hæc commodius collocari possit, nisi susceptum alicui dicamus, cuius tamen Liuius non meminit.

Ser. Cornelius * P. f. P. n * Sulla. Sardiniam. fortitus. obtinuit. Ti. Graccho Procos. ad triumphum decedenti succedens. Liuius, vt ex sequentis anni historię fragmento colligimus, lib. xLI. sed eius prænomen atque cognomen in exemplaribus perit. Cur verò Ser. Sullam opiner fuisse, in ipsius Questura dixi.

Ap. Claudius. C. f. C. n. Centho. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit. M. Titinio Propr. succedens. Celtiberi qui bello domiti se Ti. Graccho dederant, & pacis leges acceperant, interpositis annis, M. Titinio prouinciam obtinente, pacati manserant; sub aduentum verò Ap. Claudij Prætoris rebellarunt, orsiq̃ue bellum sunt ab repentina oppugnatione castrorum Romanorum. At Ap. Claudius tribus portis simul erumpens, hostes primo impetu proffigauit, castra cepit, signa militaria xxii. ademit, ac xv. milibus hostium cæsis vel captis debellauit. Nam qui superfuere prælio, in oppida sua dilapsi sunt, & quieti deinde paruerunt imperio: Liuius lib. xLI.

Celtiberi vob. bellant fr. ita.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Canuleius * L. f. M. n * Diues. C. Licinius. C. f. P. n. Crassus.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Villius * L. f. Ti. n * Tappulus. Annalis. C. Caninius // . f. // . n. Ræbilus.

Tribuni plebis

// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .

C. Marcius. C. f. Q. n. Figulus. C. Lucretius * M. f. * // . n. Gallus.
Q. Mænius * C. f. L. * nepos. C. Lutatius * Q. f. Q. n. * Cerco.
M. Decimius * C. f. // . n. Flauus [Cn. Appuleius * Cn. f. Cn. n. Panfa]
T. Memmius * T. f. L. * nepos. C. Furius * Cn. f. Cn. n. Brocchus *
[Sex. Marcius. Sex. f. L. n. Rex] P. Decius * P. f. M. n. * Subulo.

Quæstores vr bani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinc.

// . // . // . f. // . n. // .	} Coss. in. Liguria. & Gallia.
// . // . // . f. // . n. // .	
// . // . // . f. // . n. // .	Prætoris. in. Sicilia.
// . // . // . f. // . n. // .	Ser. Corneli. Prætoris. in. Sardinia.
// . // . // . f. // . n. // .	Ap. Claudi. Pr. in. Hisp. citeriore.
// . // . // . f. // . n. // .	Pr. in. Hisp. vltiore.

M. Iuuentius. T. f. T. n. Thalna. Patre Prætorio natus, ipse postea Consul ex sua familia primus: cuius nomen ex Capitolinis tabulis sic corrigi debet in omnibus Au-

*Iuuentia,
que & Iuue-
ta Dea.*

ctorum libris ferè mendosum. Expressit & ipse suum sic nomen in denariis antiquis argenteis cum aquila fulminifera, & imagine Iuuentiæ Deæ, ad suum gentile nomen eleganter alludens. Quem nummum in centussi latius explicauit: M. IUVENTI. T. F. T. N. THALNA. Qui in eius Quæstura videtur cufus.

M. Cornelius * M. f. M. n * Cethegus. Patre Consulari ac Censorio, qui Censuram ante Consulatum gesserat, & Pontifex anno DLVII. mortuus erat, vt ex Liuiο constat. Hunc verò III. virum coloniæ Aquileiam deducendæ lib. XLIII. nominat in Annali DXXCIV. & biennio priùs è Senatu cum aliis duobus missum fuisse scribit ad C. Cassium Cos. à Macedonica expeditione reuocandum: eodem libro.

C. Postumius * Sp. f. L. n. Albinus * Sex. Sulpicius. C. f. Ser. n * Galba. Vtrumque Liuius inter Tribunos militum recenset lib. XLIV. qui honoribus functi, cum L. Paulo Cos. contra regem Persem profecti sunt anno DXXCV. Filius videtur hic fuisse C. Galbæ Pontificis facti anno DLI. vt idem Liuius lib. xxx. & mortui anno DLIV. vt libro sequenti memorat, Postumius verò Sp. Albini, L. F. Consularis filius. Si honoribus hi duo functi fuere, vt alij omnes Tribuni militum atque legati, qui bello Perfico duxerunt ordines, minores magistratus obtinuisse priùs, verisimile est.

C. Fannius. C. f. C. n. Strabo. Consul ex ea gente primus in hunc modum in Fastis Capitolinis exprimitur, ad quem per magistratum gradus ascendisse secundum leges opinari est. Patrem eius Tribunum plebis fuisse, ex Liuiο colligimus.

Ti. Claudius * C. f. Ti. n * Nero. Frater fuisse videtur C. Neronis, quem Prætozem sexennio priùs habuimus, ita & hic Prætor sequetur. Ambo fortasse filij C. Neronis, qui Consul anno DXLVI. fuit.

P. Quinctilius * P. f. P. n * Varus. Filius, vt ex annorum interuallo apparet, P. Vari Prætorij, & Flamini Martialis, cuius libro XXIX. meminit Liuius. Et ipse postea Prætor, eodem Liuiο in fine libri XLV. teste, sequetur.

P. Cornelius * L. f. L. n * Blasio. Inter legatos nominatur à Liuiο libro XLIII. qui à Senatu trans Alpes missi sunt anno DXXCIII. & biennio postea v. vir fuit agris inter Pisanos & Lunenses dirimendis, vt idem XLV. lib. scribit.

Prouinciæ prorogatæ.

Prorogatam superioris anni suffecto Consuli C. Læuino, vel Prætorum alicui prouinciam fuisse, ex Liuianis fragmentis colligere non possum: nec alia veterum Auctorum aut antiquitatum monumenta quidpiam de huius anni prouinciis hætenus nobis suggerunt.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus *

C. Titinius * P. f. Q. n * nepos. M. Æbutius ///. f. ///. n. Elua.

P. Clodius * P. f. P. n * Siculus.

Ti. Sempronius. P. f. Ti. n Gracchus. Ann. DLXXIIX.

///. Procos. de Sardeis. ///. ///. ///.

Ti. Sempronius, tradita Prætori Ser. Cornelio prouincia, Romam ad triumphum rediit, tantamque captiuorum multitudinem eum secum traxisse ferunt Frontinus & Auctor de viris illustribus, vt longa venditione res in prouerbium venerit, & Sardi venales pro rebus vilibus vulgari ioco celebrati fuerint. Porro Ti. Gracchum hunc Plutarchus rectè duobus Consulatus, duobusque triumphis, & Censura insignem facit. In Auctore verò de viris illustribus is ordo honorum eius perperam traditus est, vt historiæ Romanæ non nihil perito lectori facile constabit. Gracchus anno post triumphum sequenti, vt est apud Liuium in fine lib. XL I. tabulam posuit in æde Matris Matutæ, in qua Sardinia insulæ forma depicta erat, & in ea suis locis simulachra pugnarum addita, cum tali elogio rerum ibidem ab eo gestarum:

Sardi venales.

*Monumentū
victoria, atq;
Sardinia sub-
acta à
Ti. Graccho
publicatum
Roma.*

TI. SEMPRONI GRACCHI. PROCOS. IMPERIO. AVSPICIOQ. ,,
LEG IO. EXERCITVSQ. POPVLI. ROM. SARDINIAM. SVBEGIT. ,,
IN. EA. PROVINCIA. HOSTIVM. CAESA. AVT. CAPTA. LXXX. ∞ ,,
RE. PUBLICA. FELICISSIME. GESTA. ATQ. LIBERATEIS. VECTIGALIB. ,,
REI. PUBLICAEQ. RESTITVTEIS. EXERCITOM. SALVOM. ,,

ATQ.

ATQ. INCOLVEM. PLENISSIMOM. PRAEDA.
 DOMVM. REPORTAVIT. ITERVM. TRIUMPHANS. IN.
 VRBEM. ROMAM. REDIIIT. CVIVS. REI. ERGO.
 HANC. TABVLAM. DONVM. IOVI. DEDIT.

Extant denarij argentei cum istius triumphis emblemate, in quibus Romæ caput, & Victoria coronam tenens in triumphali quadriga videtur, & legitur titulus: T. I. SEMP.
Denarij triumphales.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Ann. DLXXIIX.

Cos. // de. LIGVRIBVS, & Galleis. // //.

P. Mucius. Q. F. P. n. Scævula. anno CLXXIIX.

Cos. de LIGVRIBVS. & Galleis. // //.

In fragmentis, vt vides, Capitolinis triumphorum eius anni de Liguribus minutæ quædam superfunt reliquæ: at in Liuij xli. profus interciderunt non solum triumphis, verum etiam Consulibus res gestæ, tam in Gallia, quàm Liguribus, vt pauca dumtaxat habeamus, quæ ad, Coss. victoriam pertineant: quæ hæc ferè sunt. Posteaquam enarrasset quosnam Ligurum populos M. Lepidus in plana deduxisset, de P. Mucio hæc adjicit: Inter Audennam P. Mucius cum iis qui Lunam Pisafque depopulati erant, bellum Ligures à P. Scævula Cõsule vißi. gessit, omnibusque in deditionem redactis, arma ademit. Ob eas res in Gallia Liguribus que gestas duorum Coss. ductu auspicioque, Senatus in triduum supplicationes decreuit, & quadraginta hostiis sacrificari iussit. Hæc Liuij verba faciunt, vt victoriam magnam fuisse existimem, & de triumphis Coss. nihil dubitem, præsertim cum in triumphalibus columnis extent adhuc insignes reliquæ, vt ex M. Æmilij nomine, prænomen aui, & ex P. Mucij, prænomina patris & aui: utrosque autem de Liguribus triumphasse, ex eodem marmoris fragmento nobis apertum est. Quas verò victorias de Gallis retulerint, nescitur, desideranturque inter alia, quæ ex huius anni historia perire apud Liuium, qui tandem res Consulibus in provinciis gestas exequitur ita breuiter: Et tumultus quidem Gallicus & Ligustinus, qui principio eius anni exortus fuerat, haud magno conatu breui oppressus erat. Apud alios autem de his bellis aut triumphis nihil reperio. Vide nihilominus argenteum denarium, à cuius vna parte Neptunus laurea coronatus exprimitur cum Nummus P. Scævula cū triumpho argumento. tridente; ab altera Cos. sceptrum tenens in quadriga triumphali: subiacet equis rostrata nauis, ad sunt litteræ, P. SCAEVULA. Q. F. Vnde magno argumento conijcere est, & maritimo bello Ligures etiam domuisse, velut anno superiore tentatum quoque legimus apud Liuium à C. Valerio Læuino Cos. qui duoviros nauales cum classe Pisas ire, atque Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumuectari iusserat.

ANNI P. R. C. DLXXIX.

Consules.

SP. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. Q. MCVIVS. Q. F. P. N.

PAVLLVLVS.

S CAEVVLA.

COMITIA, provinciarum, cum nominibus Consulibus Prætorumque apud Liuium interciderunt. Cassiodorus & Marianus Sp. Postumium & Q. Minucium Coss. adducunt mendose: quemadmodum & Plinius lib. 11. cap. xxxi. tres soles eo anno visos fuisse scribens. quod idem inter alia prodigia narrat Liuius. Tabulæ Græcæ Coss. suggerunt Albinum & Scævulam: Cuspiniani verò, Paullum & Scævulam.

Duas legiones novas Consulibus mandatam vt scriberent, cum iusto numero peditum equitumque: & decem milia peditum, sexcentos equites sociis imperarent. Cn. Seruilio Prætori in vltiorem Hispaniam, & P. Furio in citeriorem decreta tria milia peditum Rom. & equites centum quinquaginta, & socium Latini nominis quinque milia peditum, trecenti equites. Sicilia Claudio sine supplemento data. Hæc ex Liuij fragmentis.

Ob pestilentiam quæ passim grassabatur per Italiam, delectus Consulibus difficilior fuit: & Romæ multi & insignes aliquot viri mortui sunt. Cumque eius morbi finis non fieret, ex decreto X. virum, inspectis libris Sibullinis, per diem vnum supplicatio facta est. Ætolorum seditiones intestinas Romani per legatos componere conati sunt: Liuius lib. xli. De rebus Consulibus nihil ferè historia dignum reperio.

Censores habemus etiam in Liuianis fragmentis, & frequens eorum mentio est apud alios Auctores. Cùm Senatum legerent, princeps II. lectus M. Æmilius Lepidus Pont. Max. E Senatu nouem eiekti sunt. Insignes notæ fuerunt M. Cornelij Maluginensis, qui biennio antè Prætor Hispaniam fuerat sortitus, & L. Cornelij Scipionis Prætoris, cuius tum iurisdictio inter ciues & peregrinos erat. Ipse Censor Q. Fuluius fratrem germanum suum Cn. Fuluium Senatu mouit, vt præter Liuium auctores sunt Velleius Paterculus & Cicero Verrinarum tertia, qui notæ causam non adiiciunt, sed eam attingunt Val. Max. libro II. cap. VII. & Frontinus libro IV. cap. I. quòd nimirum in militarem disciplinam peccasset, Tribunus militum legionem cui præerat iussu Consulis dimittendo. Moribus autem corrigendis diligens & seuera fuit hæc Censura, concors etiam, & è Rep. Multis equi adempti, plures ararij facti, omnesque quos Senatu mouerunt, neque ab altero notatum probauit alter. Opera publica quàm plura cùm Romæ, tum passim per Italiam in municipiis faciunda locauerunt. Vias in vrbe silice sternendas, extra urbem primi omnium glareâ substruendas, marginandasque. Pontes etiam multis locis faciendos curarunt. Item carceres in Circo, & oua ad notas curriculis numerandas, aliaque plura Romæ ædificia, quæ Liuius diligentius recensuit. Muros iidem Calatiæ & Auximi faciendos locauerunt: venditisque ibi publicis locis, pecuniam quæ redacta erat, tabernis vtriusque foro circumdandis consumpserunt. Vasa aurea quingentum pondo dono missa ab Antiocho Syriæ rege ex S. C. accepere: vt in quibus videretur templis ponerentur, quod Liuius libro XLII. memorat. Q. Fuluius solus P. isauri viam silice sternendam, ibidem & Fundis Iouis ædem, Pollentiæ aquam adducendam, & aliis quoque in locis, fora, cloacas, tabernas locauit faciendas, cum magna gratia colonorum. Idemque Romæ Fortunæ equestris ædem, quam Prætor in Hispania bello Celtiberico vouerat, iam Censor fecit enixo studio, dedicauitque. Et vt esset amplissima, regulas marmoreas ex templo Iunonis Lacinia detrahendas curauit: iisque spoliis quod struebat templum tegere & ornare cogitauit. Sed sacrilegio comperto, ex Senatus decreto regulæ reportatæ, piaculariaque Iunoni facta sunt. Ipsum Fuluium postea, duobus bello amissis filiis, mente captum decessisse, Valerius lib. I. cap. II. & Lactantius Firmianus lib. II. Institutionum, Liuius quoque lib. XLII. mente captum laqueo se strangulasse scribit. Sed vt ad censum & Lustrum hoc reuertamur, Plinij verba adijcere operæ pretium videtur, quibus vt rarum quid annotauit, Senatorem neminem ab his Censoribus lectum, ante sequens Lustrum decessisse. Ea sunt libro VII. cap. XLVIII. vbi de spatiis vitæ longissimis differit: Qua in re, inquit, & illud annotare succurrit, vnum omnino quinquennium fuisse, quo Senator nullus moreretur, cùm Flaccus & Albinus Censores Lustrum cõdidere, ab anno vrbis quingentesimo septuagesimo nono, vsque ad proximos Censores. Lustrum autem vrbis quinquagesimum primum condiderunt Flaccus & Albinus anno sequenti, quo censæ sunt ciuum Rom. capita CCLXIX. ∞. & XV. vt numerus extat in Liuij quadragesimo secundo libro. Sed vt in Epitomis eiusdem libri habetur, magis opinor CCLVII. ∞. CCXXXI. tantum censæ fuisse. Nam numerus multo minor solito debebat esse, auctore ipso Liuij; eo quòd socij qui Romam commigrarant, & ius ciuitatis vsurparant, redire ad suas colonias iussi, neque vllus eorum Romæ, vt antè, sed omnes in suis ciuitatibus censu fuerint.

Prætores.

II. II. II. f. II. n. II. Vrbanam. iurisditionem. sortitus. obtinuit. Additam & peregrinam fit verisimile, cùm L. Scipio, qui hanc sortitus erat, à Consulibus notatus & ararius factus, sellam ponere & ius dicere non auderet, vt auctor est Val. Max. lib. III. cap. V.

C. Cassius. C. f. C. n. Longinus. Consulatus eius triennio post sequetur, in Liuij autem desideratur huius anni vrbanæ Prætura, quæ illius fuisse videtur: alibi enim Prætores Cassium non habemus.

L. Cornelius. P. f. P. n. Scipio. Iurisditionem. inter. ciues. & peregrinos. obtinuit. P. Africani filium illum degenerem fuisse, colligo ex C. Cicerei Prætura anni sequentis: quam alioquin hoc anno obtinuisset, nisi vltro à petitione destitisset, metuens ne P. Africani filius competitor repulsam pateretur. Et nisi comitia eius anni perijissent apud Liuium, non dubito quin haberemus eius rei pleniorum historiam, quàm Val. Max. ex eodem, ni fallor, auctore nobis memoriæ prodidit. Vno tamen loco nomen

Senatu moti
notam.

Q. Fuluius
Censor fratrem
suum Senatu
mouit.

Morum cor-
rectio.

Opera publi-
ca.
Via munita.
Pontes facti.

Vasa aurea
regis Antio-
chi Romam
missa.

Q. Fuluij
Cens. opera
publica.

Fortuna
equestris ædes
ob eodem ab-
soluta & de-
dicata.

Eius sacrile-
gium vt pu-
nitum.

Vt rarum quid
Plinius de Se-
natus ab his
lecti longauit-
tate notauit.

Lustrum &
ciuum nu-
merus.

Socij ac Latini
nominis inci-
uitatibus suis
censu.

Ignominiosa
L. Scipionis
P. Africani
f. Prætura.

nomen eius est integrum in Liuiio, vbi à Cenforibus notatum scribit, & L. Cornelium Scipionem appellat: nam vbi Prætorum huius anni fortes recenset, loco manco & mutilo nihil remansit, quàm // // // // pio inter peregrinos: vbi cognominis pauca sunt litteræ, quæ in vulgatis sic mendosè exprimuntur, * suo pio inter peregrinos.

Linij locus mutilus.

At Valerius Max. vno item loco Cn. Scipionem vocat, quæ prænominis variatio scripti non nihil nobis relinquit, adeò vt error ille vbi resideat obscurum nobis sit. Inclinator tamen magis ad opinandum, maiorem alterum Africani filium, qui Scipionem Æmilianum adoptauit, vt moris erat, prænomine paterno Publium appellatum fuisse. Quem imbecilli valetudine fuisse scribit Cicero in Catone; ideoque non puto castra secutum, aut bello captum fuisse. Alterum verò Lucium, vt haber Liuius, patrum, vel proauum scilicet prænomine insignitum. Vt ut autem se res habet de prænomine, omnino tamen colligo tam ex C. Cicerei Prætura sequente, quàm ex Val. Max. verbis, hunc Scipionem degenerem illum P. Africani filium fuisse. Historiam, quando ex Liuiio non possumus, ex Valerio adducemus. Is lib. iv. cap. v. sic scribit de verecundia: Magna cum inuidia fortuna Prætoris comitiis Africani superioris filium Cn. Scipionem, & scribam Cicereium in campum deduxerat; vtque nimis impotens sermone vulgi carpebatur, quòd tanti viri sanguinem clientelamque comitali certamine confuderat. Ceterum crimen eius in laudem suam Cicereius conuertit. Nam vt vidit omnibus se centuriis Scipioni anteferri, ex templo descendit, abiecta que candida toga, competitoris sui suffragatorem agere cœpit, vt scilicet Præturam melius Africani memoriæ concederet, quàm sibi vendicaret. Nec non, etsi maximo verecundiæ pretio, Scipio tunc honorem adeptus est; Cicereio tamen magis gratulati sunt. Rursus lib. iiii. cap. v. de eodem Africani degenerate hoc filio, sed prænomen ibi perit. Idem, inquit, Prætura petitor candidam togam turpitudinis maculis adeò obsolefactam in campum detulit, vt nisi gratia Cicereij, qui patris eius scriba fuerat, adiutus esset, honorem à populo impetraturus non videretur. Quamquam quid interfuit, vtrum repulsam, an sic adeptam Præturam domum referret? Quam cum propinqui ab eo pollui animaduertent, id egerunt, ne aut sellam ponere, aut ius dicere auderet. Insuperque è manu eius annulum, in quo caput Africani sculptum erat, detraherunt. Dij boni, quas tenebras ex quo fulmine nasci passus estis? A Cenforibus notatum scribit Liuius, ac Senatu motum: hoc tacite, ni fallor, propinquis procurantibus, vt Valerius insinuare videtur. Atque ideò existimo, aut sellam ponere, aut ius dicere non ausum fuisse.

Scriptus de duobus Africani maioris filijs existimatur.

Competitoris concursus in eodem campo modestissime finitus.

C. Cicereij laudata verecundia.

Ingrata populo nobilissimum turpitudine.

P. Scipio Pr. à Cenforibus notatus iurisdictionem deseruit.

L. Claudius * Ti. f. C. n. Afellus * Siciliam. fortitus. obtinuit.

M. Atilius * C. f. C. n. Serranus * Sardiniam. fortitus. est: sed cum legione noua, quam Consules conscripserant ex quinque milibus peditum, trecentis equitibus in Corsicam iussus est transire: Liuius xli.

P. Furius * P. f. P. n * Philus. Hispaniam. citeriorem.

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Hispaniam. vltiorem. sortiti. obtinuerunt: Liuius libro xli. Quorum P. Furius Romam reuersus, ab Hispanorum legatis accusatus, ac cum aliis repetundarum damnatus, abiit in exilium anno dxxxii. Liuius lib. xlii. principio.

P. Furius ex Hispanensibus Prætura repetundarum damnatus.

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
C. Sulpicius * C. f. Ser. n * Galba. L. Furius * P. f. P. n * Philus.

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
Cn. Sicinius * Q. f. Cn * nepos M. Iunius. M. f. M. n. Pennus.

Tribuni plebis

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Cn. Bæ-

Cn. Bæbius * Cn. f. Q. n. * Tamphilus L. Anicius. L. f. M. n. Gallus.
 P. Fonteius // f. // n. Capito. M. Seruilius * M. f. C. n. * Pulex Geminus.
 Cn. Octavius. Cn. f. Cn. nepos. L. Porcius. L. f. L. n. Licinus.
 [C. Ræcius * M. f. * // nepos] [Q. Marcius. C. f. Q. n. Figulus]
 [M. Marcius. M. f. M. n. Sermo] [L. Publilius. Q. f. P. n. Philo]

Quæstores vrbani.

//. // f. // n. // // // f. // n. //

Quæstores prouinc.

//. // f. // n. // Sp. Albini Cos. } * in Liguria. & Gallia *
 // f. // n. // Q. Scæuulæ Cos. }
 // f. // n. // L. Claudi. Prætoris. in. Sicilia.
 // f. // n. // M. Atili. Prætoris. in. Sardinia.
 // f. // n. // P. Phil. Prætoris. in. Hisp. citeriore.
 // f. // n. // Cn. Seruili. Prætoris. in. Hisp. vltiore.

Q. Voconius. // f. // n. Saxa. Auctor celeberrimæ legis de mulierum hereditatibus, de qua in eius Tribunatu plebis diffusus agemus. Aricinum fuisse Tullius indicat Philippica tertia.

P. Nafica
 Corculum
 cur vulgò
 dictum.

P. Cornelius P. f. Cn. n. Scipio Nafica. Corculum agnomine dictus, ob singularem eius humanitatem. P. Naficæ Cn. f. qui vir ciuitatis optimus iudicatus, Matrem Magnam hospitio exceperat, non dissimilis filius hic fuit. Nam per honorum gradus ad duos Consulatus, triumphum, Censuram, ac Pontificatum Maximum ascendit, quem admodum ex sequentibus patebit. Eumdem inter sui temporis eloquentes in Bruto M. Tullius recenset his verbis: P. etiam Scipionem Naficam, qui est Corculum appellatus, qui item bis Cos. & Cenfor * fuit. Publij illius, qui sacra acceperat, filium habitum eloquentem dicunt. Sed aduerte Lector, quàm in vulgatis exemplaribus ordine turbato, nec rectè sic legatur * fuit, habitum eloquentem, M. auum illius, qui sacra acceperat, filium, dicunt.

P. Cornelius L. f. L. n. Lentulus. Cuius Consulatus extat ita in Capitolinis tabulis descriptus. Vnde colligimus filium fuisse L. Lentuli, qui sine magistratu primus extra ordinem per plures annos Hispaniam citeriorem obtinuerat ante Consulatum: & ex eadem prouincia reuersus ouationem obtinuerat, vt Annales superiores declarant. Magnopere hic laudatur à Tullio in Bruto, & de Oratore primo, quem & principem Senatus fuisse prodit, in diuinatione contra Verrem.

C. Sulpicius. // f. // n. * Rufus * Hunc primum in Sulpicia gente plebeium reperio, quem Liuius Tribuum plebis prodit, vt suo loco dicemus: sed nullum addit cognomen. Ex Ruforum familia plebeia fuisse, quæ frequentes postea seditiosos Tribunos plebis dedit, opinari possumus. Eamdem in ista gente patriciam ab initio fuisse, Liuius ac Fasti declarant, circa vrbis annum cccxx. Ser. Sulpicium Rufum Consulari potestate ter Tribunum militum recensentes.

M. Claudius * Q. f. // n. Flamininus * Tribunum plebis hunc nobis adfert Liuius, sed perit eius cognomen, quo ab alijs M. M. Claudijs distingui debebat. Videtur Q. Claudij Flaminini filius, quem antea Tribunum plebis & Prætorem habuimus.

C. Scribonius * C. f. * // n. Curio. Filius videtur C. Curionis Prætorij, quem & Ædilem memorat Liuius lib. xxxiii. & sequenti. Hunc verò Curionem maximum C. Mamilio Vitulo peste mortuo hoc anno susceptum fuisse, idem Liuius xli. tradit.

Cn. Aufidius // f. // nepos. P. Rutilius // f. // n. Caluus. Ambos plebis Tribunos adferemus ex Liuiò postea: Rutilium insuper Prætorem.

Prouinciæ prorogatæ.

Ser. Cornelius * P. f. P. n. * Sulla. Propr. Sardiniam. prorogato. imperio. obtinuit, dum M. Atilius successor in Corsica bellum gereret: Liuius xli.

Ap. Claudius. C. f. C. n. Centhò. Propr. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit, donec successor aduenisset. Constat etenim ex Liuiò, vt paulò

paulò pòst demonstrabo ; Ap. Claudium exitu ferè huius anni primùm è prouincia sua Romam rediisse, cum Consularia appeterent comitia, & huius item anni initio feliciter res in prouincia gessisse. Vnde colligimus prorogatum illi imperium fuisse.

Pro. Quæstoribus: f. fuère.

- f. .. n. .. Ser. Corneli. Propr. in. Sardinia.
- f. .. n. .. Ap. Claudii. Propr. in. Hisp. citeriore.
- f. .. n. .. Calenus. f. .. n. .. Ostiensis.
- f. .. n. .. * Lucerinus.
- Ti. Claudius * C. f. Ti. n. * Nero. P. Quinctilius * P. f. P. n. * Varus.
- C. Titinius * P. f. Q. nepos. M. Æbutius. .. f. .. n. Elua.
- P. Clælius * P. f. P. n. * Siculus.

Ap. CLAVDIVS. C. f. C. n. Centho. PRO. A. DLXXIX.
Pr. OVANS. ex. CELTIBERIA.

Hæc pauca, sed clara eius ouationis vestigia, habemus in columnis Capitolinis, de qua
Liuius item lib. xli. sparsim quædam adfert, Exitu propè anni, inquit, diem vnum supplicatio fuit ob res prosperè gestas in Hispania, ductu auspicioque Ap. Claudij Procos. & maioribus hostiis viginti sacrificatum. Qui cum ex prouincia Romam rediisset, decreuit Senatus, vt ouans urbem iniret: decem milia pondo argenti, quinque milia auri in ærarium tulit. Ouationis autem istius argentum extat item in denariis argenteis cum Victoria quadrigam agitante, & palmæ ramum tenente, & in altero latere cum Triumpho dei capite. In his etenim eius extat sic nomen: AP. CLAVD. C. F. CENTHO.

Aurum & argentum tralatum. Eius quadrigam cum Victoria & Triumpho.

ANNI P. R. C. DXXC.

Consules.

L. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. M. POPILLIVS. P. F. P. N. LAENAS.

ITA Liuius etiam nominat hos Consules: Cassiodorus & Marianus L. Postumium Albinum & M. Popillium. Tabulæ Græcæ Albinum & Lanatem habent. Postumium & Lanatem Ouidius sub deæ Floræ persona, Fastorum lib. v. Floralia ludi ab his Coss. vt annuatim fierent, institutum fuisse canens, vt paulò pòst latiùs declarabo.

Consulibus Ligures decreti sunt cum quatuor legionibus nouis, & socium Latini nominis decem milibus peditum, & sexcentis equitibus. In supplementum Hispaniæ tria milia peditum Rom. & ducenti equites conscripti sunt. Mille quingentos item pedites Rom. cum centum equitibus scribere Consules iussi sunt, cum quibus nouus Prætor Sardinæ bellum in Corsica gereret: Liuius lib. xlii. Thessalorum & Ætolorum seditiones perniciosas propter iniusta partim fœnora principum, partim ob iniurias priuatas, Senatus Romanus per legatos composuit. Ligures in agro Statellati ad oppidum Caristum à M. Popillio Consule victi sunt, equitum virtute præcipua decem milibus eorum in prælio cæsis, captis dcc. cum signis militaribus octoginta duobus. Superstites ex pugna decem milia dederunt sese, quibus omnibus arma adem it Consul, oppidum diruit in quo confugerant, ipsos bonaque eorum vendidit. Quod admodum atrox visum Senatui, placuitque ipsos, eorumque bona, pretio emptoribus reddito, in pristinum statum restituere, ac Consulem de prouincia decedere, cum deditos in sedem suam Statellates Ligures restituisset. Cui quidem S. C. Popillius non modò non paruit: sed etiam missis in hiberna legionibus, iratus Patribus Romam rediit, Senatuq; exemplò ad ædem Belonæ vocato, vt S. C. in se factum tolleretur, supplicatioque ob Remp. benè gestam diceretur, postulauit. Neutra impetrata re, in sensus omnibus in prouinciam reuersus est. Consul alter L. Postumius consumpta ætate in recognoscendis terminandisq; Campanorum agris (nam publicum à priuato fecernere iussus erat) ne visâ quidem prouincia, comitorum causa Romam rediit: Liuius lib. xlii.

Prouincia Consulares. Supplementum.

Victoriam virginè criditate consumprauit Popillius Cos. S. C. de restituendis in inlegum Statellatibus.

M. Popillius pernicax. Publicus ager Campanus à priuato discretus à L. Postumio Cos.

Prætores.

A. Atilius. C. f. C. n. Serranus. II. Urbanam. iurisdictionem. fortitus obtinuit. x. viros agris Ligustinis Gallicisque, qui bello capti vacabant, viritim dandis, ex

Agri in Gallia & Liguria diuisi.

*Annuimus votis: Consul cum Consule Lenas
Postumio ludos persoluere mihi.*

At nolim te latere, Lector, distychon hoc posterius variè legi in manuscriptis exemplaribus, mihiq̄ue probandam videri lectionem quam nunc adduco: cui & suffragatur membraneus, qui mihi præstò est, codex antiquissimus, licet non ad vnguem vbique factus. In quo sic habetur:

— *Consul cum Consule Lenas
Postumio ludos persoluere mihi.*

Rursus in aduersariis à me Romæ quondam collectis deprehendo, postremum versum in Marcelli Ceruini Cardinalis, patroni tunc mei, manuscripto quodam exemplari correctissimo legi pro, *persoluere mihi (ritè vouere mihi.)* Quæ quidem lectio non videtur reiicienda, si accederet consensus plurium exemplarium. Nominat itaque dea Consules, vti constaret, quo vrbs anno Floralia solemnia Romæ fieri cœperint, quod hisce præscriptis Coss. contigisse docet Ædiliū vnus, ni fallor, qui hæc solemnia primus hoc anno celebravit, C. Seruilius, hoc ipsum ad posteritatis memoriam, vt tum moris fuit, in denariis argenteis exprimere voluit. Qui filius fortasse fuit (si quid ex ordine temporum & nummorum litteris colligere possumus) C. Seruiliij Cascæ, quem nobis Liuius Tribunum plebis profert anno DXXI. Repræsentat autem aptissimis in numismate cufis symbolis Floraliū antiquissima cum ipsius Romæ exordio initia. Habet enim in antica Floræ deæ faciem cum angulari lituo, cuius vsum Romulus à Curibus Sabinis didicisse videtur, quum Maro poëta Quirinalē lituum appelleret. In postica verò videbimus Romulum Tatiumq̄ue reges armatos è prælio coire in fœdus, ac dexteris iungere, vt sinistris gladiorum mucrones erigant, & parmas è pectore in latus retrahant, quasi pacem reconcilians. Quæ symbola nobis cum Varrone declarant, Floræ deæ religionem & sacra, Romam è Curibus Sabinis cum T. Tatius rege commigrasse: eamdemq̄ue cum Pace dea, cuius fauore florent omnia, non parum affinitatis habere. Iam, si hic Seruilius Floralia primus fecit, non prius Floralia, sed alio sanè nomine vulgò nuncupari solere videntur, vt Floræ sacra, ludiq̄ue. Circumscriptus est etenim nummo titulus iste: C. S E R V E I L. C. F. FLORA. PRIMVS. Floralia verò Ædiliū plebis munus ab initio fuisse demonstrauit. Postea tamen, crescente cum imperij magnitudine ludorum frequentia, per magistratuum ambitionem factum videtur, vt Ædiles tam curules quàm plebis creati, inter se fortirentur vel compararent, quos quisque ludos è solemnibus faceret. Qui quando mos primū inoleuerit, adhuc est obscurum. Post Sullana tamen tempora Ædiles curules Floralia aliquando fecisse compertum nobis ex Cicerone & aliis, vt suis in Annalibus ostendam.

*Ouidij locus
variatus in
exemplariis.*

*Floralia quæ
primus fece-
rit, ex anti-
quo nummo
discere est.*

*Flora dea fa-
cies cum flo-
rea corona.
Lituus Qui-
rinalis.
Romulus ac
Tatius reges
in fœdus
coeunt.
Pax dea flo-
rida.*

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Q. Cassius. L. f. Q. n. Longinus. C. Seruilius M. f. C. n. Geminus.
C. Papirius. .. f. .. n. Carbo. P. Fonteius. .. f. .. n. Balbus.
C. Decimius * C. f. * .. n. Flauus. L. Cœlius .. f. .. n. Calvus.
Cn. Fuluius * Q. f. .. n. Gillo. [Q. Trebellius Q. f. .. nepos]
[L. Petillius * L. f. L. n * Geminus] [M. Pœblius C. f. L. n. Mallecolus.]

Quæstores vrbsani

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Stipendium ab Antiocho Suria rege debitum, & per legatos aduectum acceperunt, atque in ærarium retulerunt. Legatorum principi Apollonio ex more munera misere, centum militum æris, & ædes liberæ hospitio, sumptusq̄ue donec in Italia esset, dedere: Liuius lib. XLII.

*Stipendium
regis Antio-
chi acceptum.
Honores lega-
ris eius exhi-
biti.*

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. L. Postumi. }
.. .. f. .. n. .. M. Popilli. } Coss. in. Liguria. & Gallia.

Hh

.. ..

//. // . f. // . n. // . M. Furi. Pratoris. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . M. Mattieni. Pr. in. Hisp. vltiore.

//. // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . f. // . n. // . Calenus.

*Tremellij
septem Pra-
torij.*

C. Tremellius * C. f. * // . n. Flaccus. Pratoria familia natus. Nam filius vi-
detur fuisse C. Tremellij, qui post Quæsturam legatorum vnus fuit in Asia missorum,
ad Matrem Magnam ab Artalo rege petendam, & postea Prator Siciliam obtinuit an-
no DLI. Hunc verò Liuius lib. XLV. Tribunum plebis nominat, & ad Praturam peruenif-
se puto, cum M. Varro de re rustica libro secundo septem eius familiæ Pratorios suo
tempore fuisse scribat.

P. Decimius * C. f. // . n. Flauus * Qui sequetur Tribunus plebis. Frater fortè
M. Decimij anno DLXXVIII. Tribuni plebis.

* L * Postumius * L. f. L. n. Tumpanus * Potest filius videri L. Tumpani,
qui Quæstor anno DLIX. in Gallia à Boijs in prælio occisus fuit, vt ex Liuius diximus. Et
hic Tribunus plebis sequetur.

M. Aufidius // . f. * // . nepos. Publicanus diues, probus, ac bonæ fidei, cuius in
Censura anni DLXXIV. mentionem ex Plinio feci.

Q. Poblicius * C. f. * // . n. Bibulus. Pater huius fortasse fuit, quem Tribu-
num plebis anno DXLIV. citauimus.

A. Bæbius. // . f. // . n * Sulca * Sexto abhinc anno Præfectus præsidij in Æto-
lia à decem legatis damnatus fuit, quòd milites Romanos præbuisset ad ministerium cæ-
dis, vt Liuius XLV.

[L. Cincius. M. f. M. n. Alimentus.] [Q. Næuius. Q. f. // . n. Pollio.]

Prouinciæ prorogata.

M. Atilius * C. f. C. n. Serranus * Propr. Sardiniam. prorogato. imperio.
obtinere, & Cornelio succedere iussus, dum nouus Prator Cicereius in Corsica bel-
lum gereret: Liuius XLII.

*Sors proro-
gata P. Furio
Hispania ci-
terior.*

P. Furius * P. f. P. n. * Philus. Propr. Hispaniam. citeriorem. prorogato.
imperio. obtinuit. Successore namque N. Fabio, cum in prouinciam iret, Massilia
mortuo, Senatus decreuit, vt P. Furius & Cn. Seruilus, quibus succedebatur, inter se
compararent fortirenturve, vter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret.
Sors opportuna fuit, vt P. Furius, cuius ea prouincia fuerat, remaneret: Liuius lib. XLII.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

//. // . f. // . n. // . M. Atili. Propr. in. Sardinia.

//. // . f. // . n. // . P. Furi. Propr. in. Hisp. citeriore.

//. // . f. // . n. // . * Lucerinus *

C. Scribonius * C. f. * // . n. Curio. Cn. Aufidius. // . f. // . nepos.

P. Clælius * P. f. P. n. * Siculus.

ANNI P. R. C. DXXCI.

Consules.

C. POPILLIUS. P. F. P. N. LAENAS. P. AILIUS. P. F. P. N. LIGVS.
AMBO. PRIMI. DE. PLEBE.

*Lex de ple-
beijs Consu-
libus duobus
simul crean-
dis vetusta.*

C Popillium Lænatem, P. Ælium Ligurem Coss. adfert Liuius: C. Popillium,
primi de plebe Consules facti sunt, vt rectè notarunt tabulæ Capitolinæ; quod miror præ-
teruisse Liuium in eius anni historia, cum tamen de duobus simul plebeijs Coss. creandis
legem datam anno vrbs CDXI. fuisse ex quorundam opinione referat libri VII. fine. An-
tea quidem, post Consulatum plebi communicatum, patricij duo Consules aliquando
simul fuere, plebeij numquam: posthac verò plebeios duos sæpè, patricios vix vnquam
simul inuenies, ante Iulij Cæsaris monarchiam.

Ligures prouincia ambobus Consulibus inuitis etiam decernitur, cum iam imminen-
te bel-

te bello Persico Macedonia prouincia peteretur. De Consularibus Prætorisq̄ exerciti-
 bus nihil item mutatum. Postulâtibus enim Coss. vt nouos exercitus scribere, aut supple-
 mentum veteribus liceret, vtrumque negauit Senatus. Ob hæc irati Consules, Latinis Fer-
 riis in primam quamque diem indiētis, in prouinciam se abituros esse denuntiarunt, nec
 quidquam Reip. acturos, præterquam quod ad prouinciarum administrationem attine-
 ret. Noui tamen Hispaniæ Prætores, fatigato idem sæpè petendo Senatu, tandem perui-
 cerunt, vt supplementum sibi ad exercitum daretur tria milia peditum, centum quinquag-
 ianta equites in Romanas legiones: in socialem exercitum quinque milia peditum, &
 trecentos equites imperare sociis iussi sunt. Hoc copiarum in Hispanias cum nouis Præ-
 toribus portatum est: Liuius lib. XLII. Eumenes Asiæ rex Romam veniens, Persis Ma-
 cedonum regis apparatus bellicum Senatui explicauit, de iniuriis etiam conquestus. In
 reditu apud Delphos infidiis à rege Perse dispositis peritus ferè occubuit. Semianimum
 amici nauigio Æginam portarunt, vbi curatus fuit. Ariarathes Cappadocum rex filium
 Romam educandum misit. Thraces societatem amicitiamq̄ per legatos petierunt, ac-
 ceperuntq̄. Bellum denique Persi regi, amicitia per legatos renuntiata, indictum est.
 Consules ad id tempus in prouinciis nondum exierant, quia neque, vt de M. Popillio,
 Liguribusq̄ restituendis denuò referrent, Senatui obsequabantur, & nihil aliud decer-
 nere prius, Senatui statutum erat. Consensu denique Patrum, Tribunorumq̄ plebis mi-
 nis compulsi, in prouinciam profecti sunt, exercitumq̄ à M. Popillio acceperunt, sed
 nihil magnopere ab iis, quod memorari attineat, est gestum. Exitu propè anni Cos. Po-
 pillius Romam euocatus ante diem XII. Kal. Martij, comitiis habitis nouos magistra-
 tus creauit: Liuius libro XLII.

*Prouinciarū
ordinatio.*

*Supplementū
Hispaniarū.*

*Persicum
Macedonia
bellū gliscit.
Eadem In-
trocurum.*

*Consules
suam, non
Rom. curas.*

Prætores.

C. Licinius C. f. P. n. Crassus. Vrbanam iurisdictionem sortitus cum peregrina.
 extra ordinem obtinuit. Ex Marcio plebiscito Senatū consuluit, quem
 quærere de Liguribus Statellis in libertatem non restitutus aduersus M. Popillium vellet.
 Patres ipsum cum quærere iusserunt. Popillius post multam detractationem agrè Ro-
 mam reuocatus, rogatione Marcia bis causam apud C. Licinium dixit: tertio Prætor
 Cos. absentis gratia & Popillii familiæ precibus victus, Idibus Martiis adesse reum ius-
 sit, quo die noui magistratus iniri erant honorem, ne ius ipse de reo diceret, qui priua-
 tus tum futurus erat. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est. Bello contra Persem
 regem decreto, quinquereemes veteres è naualibus depromptas reficere, & naues quin-
 quaginta parare, socios item nauales libertini ordinis in xxv. naues ex ciuibus Romanis
 scribere iussus est. Si quid ad explendum nauium numerum deesset, C. Memmio colle-
 gæ in Siciliam scriberet, vt eas, quæ in Sicilia naues essent, reficeret, expediretq̄, vt Brun-
 dusium primo quoque tempore mitti possent. Duodequadraginta quinquereemes ex
 naualibus deductæ, duodecim ex Sicilia missæ sunt: Liuius. Meminit huius Prætoris etiam
 M. Cato in dissuasiōe de rege Attalo & vesticigalibus Asiæ, cuius extant hæc verba apud
 Festum in voce Portifculus: C. Licinio Prætoris remiges scripti ciues Romani, sub portif-
 culum, sub flagrum conscripti veniēre passim.

*Iudicium de
M. Popillio
ut elusum
arte Prætoris
improbi.
Idibus Mar-
tijs curulum
magistratum
mutatio.
Apparatus
bellicus con-
tra Persem
regem.*

Cn. Sicinius * Q. f. Cn. * nepos. Peregrinam iurisdictionem sortitus ob-
 tinuit. Missus, antequam iniret, in Apuliam cum imperio extra ordinem, aliquantum
 temporis absumpsit cum ingenti agmine hominum in auertenda locustarum peste, quæ
 suis examinibus agros latè populabantur. Romam reuersus, Ariarathis regis filio comiti-
 busq̄ eius ex Senatus auctoritate ædes Romæ instructas locauit. Et bello contra Persem
 regem decreto, nauales socios libertini ordinis in xxv. naues, item octo milia peditum,
 quadringentos equites à sociis Latini nominis exegit: qui milites Brundusium ducti, primo
 quoque tempore Apolloniam in Epirum ad occupandas maritimas vrbes trajcerentur.
 Ex S. C. deinde legionem secundam, quæ maximè veterana in Liguribus erat, & socios
 Latini nominis quatuor milia peditum, ducentos equites à C. Popillo Cos. accepit, qui-
 bus Idibus Februariis Brundusij adesse iussus, Cn. Sicinius paludatus ex vrbe Brundusium
 profectus est, & Macedoniam prouinciam cum eo exercitu & classe iam dicta extra ordi-
 nem prorogato in annum imperio, donec successor veniret, obtinere iussus est: Liuius
 lib. XLII. Zonaras Annalium lib. 11.

*Bellum cum
locustis in
Apulia.*

*Classis appa-
ratus.*

*Cn. Sicinius
Prætor classis
extra ordinē
prestitur.*

C. Memmius * L. f. L. n. Gallus * II. De priore Prætura quid colligere potue-
 rim, antè dixi. In hac Siciliam sortitus obtinuit. Litteris C. Licinij Prætoris ex auctoritate
 Senatus scriptis instructus, duodecim quinquereemes in Sicilia refectas armauit, & ad
 classem Brundusium misit: Liuius XLII.

Sp. Cluuius. // . f. // . n. Saxula. Sardiniam fortitus cum vetere exercitu obtinuit: Liuius XLII.

M. Iunius. M. f. M. n. Pennus. Hispaniam. citeriorem. fortitus. obtinuit: Liuius. Consul postea sequetur in Capitolinis tabulis.

Sp. Lucretius * Sp. f. * // . n. Gallus. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit: Liuius lib. XLII.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Sulpicius. C. f. C. n. Gallus. Ser. Cornelius * Ser. f. L. n * Lentulus.

Initium fabularum dādarum in theatro.

Consualibus ludis initium fabularum dandarum, auctore C. Sulpicio Gallo homine docto, factum esse, Suetonius in vita P. Terentij poetæ scribit. quod in eius Ædilitate contigisse verisimile est.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Q. Mænius * C. f. L. * nepos. C. Marcius. C. f. Q. n. Figulus.

Huius adhuc extant pulcherrimi ex auro & argento denarij, cum facie Cybeles turratæ, & eius curru, quem duo leones iugati trahunt, in quibus eius nomen sic legitur: C. MARCI. C. F. Q. N. FIGVLVS. EX. S. C. quare cusi videntur ex auro & argento publico ad sumptus Megalensium ludorum decreto.

Tribuni plebis.

Ager Campanus in publicum recuperatus elocatur.

M. Lucretius * M. f. * // . n. Gallus. Rogationem de agro Campano per recognitionem L. Postumij Cos. anno superiore in publicum recuperato, quem maiore parte priuati sine discrimine passim possederant, promulgauit, vt Censores agrum Campanum fruendum locarent, quod factum tot annis post captam Capuam non fuerat: Liuius libro XLII. Hunc fratrem C. Lucretij Prætoris anno sequenti fuisse testatur Liuius. Ambo videntur filij fuisse M. Lucretij Galli Tribuni plebis anno DXLIII.

M. Marcius * M. f. M. n * Sermo. Q. Marcius * Q. f. M. n * Ralla * Consulibus, nisi in prouinciam exirent, multam se dicturos pronuntiarunt. Rogationem ex auctoritate Senatus, de Liguribus deditis ex S. C. restituendis promulgauerunt:

Marcia lex de Statelleis Liguribus scelere M. Popillij Cos. venditis, in libertatem restituendis.

Vt quei ex Statelleis deditis in libertatem restitutus ante Kalend. Sextiles primas non esset: cuius dolo malo is in seruitutem venisset, vt * rogatus Senatus decerneret, quei eam rem quæreret, animaduerteretque.

** al. iuratus in vulgatis.*

Rogationem magno consensu plebes sciuit, iussitque. C. Licinius Prætor vrbæ hoc Plebiscito Senatum consuluit quem quærere vellet, Patres ipsum eum quærere iusserunt. Tum demum Coss. in prouinciam profecti sunt, exercitumque à M. Popillio acceperunt. Qui cum Romam reuerti non auderet, ne causam diceret aduerso Senatu, & infestiore plebe apud Prætores, qui de quæstione in se posita Senatum consulisset; huic detractioni eius Tribuni plebis alterius rogationis denuntiatione occurrerunt: Vt si non ante Idus Nouembres in vrbem Romam introisset, de absente Cos. C. Licinius statueret ac iudicaret. Hoc tractus vinculo M. Popillius Romam redire coactus est: Liuius XLII.

M. Popillius reus sibi malo conscius.

Altera lex de M. Popillio.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

Q. Appuleius * Cn. f. Cn. n. Panfa * L. Appuleius * L. f. P. n * Saturninus.
L. Liuius * L. f. M. n. Denter * P. Terentius. // . f. // . n. Tusciuanus.
M. // . // . f. // . n. Perperna. L. Iunius * M. f. M. n. Silanus *
C. Antistius * Sex. f. C. n * Labeo.

Quæstores vrbani.

Hospitalia in socios Reges liberaliter exhibita.

Eumeni regi Asiæ ex Senatus mandato dona quam amplissima cum sella curuli atque eburneo

eburneo scipione dedere. Thracum item legatis ex more munera * bis denum milium * binum milium in singulos misere. Item Guluffæ Massaniæ regis filio, & Carthaginensium legatis munera & hospitalia ex instituto comiter exhibuere: Liius libro XLII.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinc.

.. .. f. .. n. .. C. Popilli. }
 f. .. n. .. P. Æli. } Coss. in Liguria. & Gallia:
 f. .. n. .. C. Memmi. Pr. in Sicilia.
 f. .. n. .. Sp. Cluui. Pr. in Sardinia.
 f. .. n. .. M. Penni. Pr. in Hisp. citiore:
 f. .. n. .. Sp. Galli. Pr. in Hisp. vltiore.

M. Valerius. M. f. M. n. Messalla. Patre & auo Consularibus natus, & ipse postea Consul & Censor: quamuis Censoria nota fuerat antè perstrictus, vt Val. Max. lib. II. cap. IX. annotauit.

M. Cornelius. C. f. C. n. Cethegus. Qui sic in Capitolinis tabulis Cos. scriptus. In Quæstura eius militari facti denarij argentei esse videntur in stipendium militum, cum Nemesi deæ diademata facie, & aquila legionis inter duo signa cohortium. In quibus legitur: M. CORN. C. F. C. N. CETHEGVS. EX. S. C. Nemesi est pestrus.

L. Bæbius * L. f. n. Diues * Triennio postea, vt Liius lib. XLIV. scribit, cum duobus collegis è Senatu missus est in Maçedoniam, ad visendos exercitus atq; classem. Videtur filius L. Bæbij, qui Prætor in Hispaniam profecturus, à Liguribus in itinere occisus est anno DLXIV. vt suo loco recensuimus.

A. Antonius * C. f. M. * nepos. A. Postumius * Sp. f. L. n * Albinus. Ambo fuere inter Tribunos militum, qui honoribus functi sub L. Paulo Cos. contra regem Persen in Macedonia militarunt an. DXXCV. Quos etiam cum P. Lentulo legatos ad Persen regem prælio victum misit, cum ille per litteras peteret, vt aliqui ad eum mitterentur, cum quibus loqui de statu & conditione suæ fortunæ posset, vt pulchrè narrat Liius lib. XLV.

C. Appuleius * L. f. P. n * Saturninus. v. vir agris inter Pisanos & Lunenses dirimendis à Senatu nominatus, recensetur à Liiuo libro XLV.

M. Antonius * C. f. M. * nepos. M. Pomponius * M. f. M. n * Matho. Ambo reperiuntur Tribuni plebis apud Liiuum. Hic patre Prætorio videtur natus, & ipse fuit Prætor: ille ex gente Antonia plebeia eius temporis.

Prouincia prorogata.

M. Popillius. P. f. P. n. Lænas. Procos. Ligures in Coss. vsque aduentum obtinuit, inuito Senatu in prouinciã reuersus. Non solum non ex S. C. Ligures deditos, ac in seruitutem redactos restituit, verum etiam cum Scatellatibus iterum pugnavit, ac decem milia eorum occidit. Propter cuius iniuriam belli, ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum verò Coss. grauitè à Senatu increpiti, & Tribunorum plebis minis compulsi iuerunt in prouinciã: ac M. Popillius Romam reuocatus, cum prius in Senatu iurgis multorum laceratus esset, causam dicere iussus est. Bis prorogatus ac ambustus ferè, tertio vix C. Popillij fratris absentis Consulis gratia, ac Popillia familiae precibus seruatus, damnationem euasit. Factum in eius inuidiam S. C. vt qui Ligurum populi post Q. Fuluium, C. Manlium Consules hostes non fuissent, eos C. Licinius, Cn. Sicinius Prætores in libertatem restituendos curarent, agrumque iis trans Padum Cos. C. Popillius daret. Multa milia hominum hoc S. C. restituta sunt in libertatem, quibus Padum traductis ager est assignatus: Liius lib. XLII.

M. Popillij tyrannicus animus.

S. C. de Liguribus in libertatem restituendis.

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

.. .. f. .. n. .. M. Popilli. Procos. in Liguria. & Gallia.
 f. .. n. .. Calenus. f. .. n. .. Ostiens:
 f. .. n. .. * Lucerinus *

M. Aufidius. .. f. .. nepos. [Q. Næuius. Q. f. .. n. Pollio.]
 [L. Cincius. M. f. M. n. Alimentus] P. Clælius * P. f. P. n * Siculus.

C. Cicereius T. f. T. nepos. PRO. AN. DXXXI

PR. EX. CORSICA. IN. MONTE. ALBANO. K. OCTOBR.

*Triumphus
in monte Al-
bano.*

Antequam in prouinciam irent Coss. C. Cicereio Prætori anni prioris ad ædem Bel-
lonæ datus Senatus. Is expositis quas in Corsica gessisset rebus, triumphum postulauit.
quicùm negaretur, ipse in monte Albano, vtrum in consuetudinem venerat, sine au-
thoritate publica triumphauit: Liius lib. XLII. Triumphasse Kal. Octobribus, docent
fragmenta Fastorum Capitolina. Quem quidem triumphum & denariis suis publicasse
videtur, in quibus est Romæ caput cum alata galea, & ab alio latere Victoria quadri-
gam agitans: sub qua litteræ, C. CICEREI. T. F. T. N. ROMA.

BELLVM PERSICVM.

*Bellum hoc
Persicum vt
orbis terrarū
ingenti motu
exortum.*

Qvod alij Macedonicū secundum appellant, Fasti Romani bellū Persicum ab ipsius
Macedonię Regis deuidi nomine vocat. Id meritò inter maxima bella numerandū
videtur, quia cum motu ferè totius orbis inchoatum est. Romanos enim sequuta impri-
mis est Italia tota, maior pars Græciæ, insuper Eumenes Asiæ, Ptolomæus Ægypti, Mas-
sanisa Numidiæ, Ariarathes Cappadociæ reges auxiliis iuarunt. Perseus è contrà Thra-
cas, Illurios, Bœotios, Gallorum partem, aliasque gentes in arma traxit. Belli exordium
suis locis sparsim attigimus. causas & initia copiosissimè enarrat Liius, vt iis hîc inhæ-
rere minimè sit necessarium.

ANNI P. R. C. DLXXCII.

Consules.

P. LICINIUS. C. F. P. N. CRASSVS. C. CASSIUS. C. F. C. N. LONGINVS.

*Sexus in ho-
mine muta-
tus prodigi-
osè.*

CONSULES ijdem sic habentur in Liiuo & Orofio: Cassiodorus & Marianus sub-
ijciunt P. Licinium, C. Cassium: tabulæ Græcæ, non secus ac Cuspiniani, Crassum
& Longinum. Meminit eorundem Plinius etiam lib. VII. cap. IV. Cafini puerum in
puellam mutatum eo anno scribens. Verba eius citat item Gellius lib. IX. cap. IV. sed
ibidem Crassi Cos. prænomen corrigi debet. Animaduertendum quoque, eundem Li-
cinium Crassum Cos. in Iustini XXXIII. perperam Sulpicium appellari.

*Prouincia &
exercitus ad
nouum bellū
ordinati.*

P. Licinio Macedonia, & bellum cum Perse rege obuenerit; C. Cassio Italia. Binæ le-
giones nouæ singulis Coss. decretæ, quarum vnaquæque quinū milium peditum, &
ducentū equitum essent, quæ in Galliam: senū verò milium peditum, & trecentū
equitum, quæ in Macedoniam irent. Ita etiam sociali exercitui eiusdem prouinciæ nu-
meros auctus, vt essent XVI. ∞. peditum, octingenti equites, præter sexcentos equites
quos Prætor Cn. Sicinius duxisset. Italiæ satis visa sunt duodecim milia sociorum peditum,
& sexcenti equites. Licinio Cos. præterea concessum, vt quos vellet centuriones
veteranosque scriberet, qui quinquagesimum annum non excessissent. In Tribuni mil-
litum illud nouatum eo anno, cum ex S. C. tum ex Plebiscito, ne crearentur suffragiis,
sed eligerentur Consulium Prætorumque arbitrio. Commeatus classi legionibusque, Ma-
cedonicis ex Sicilia Sardiniaque subuehendos curarent Prætores; vtque alteras decumas

*Delectui mo-
dus prescri-
ptus.**Tribuni mi-
litum Ruffis
omnes, non co-
mittati.**Commeatus.**Alter exerci-
tus.**Exteriorum
socium auxi-
lia.**Vincunt con-
stantia sua
Romani victi.**Rex è Græcia
pulsus.
C. Cassij Cos.
expeditio su-
perbè temera-
ria.*

Siculis Sardinisque imperarent, Senatus decreuit. Præter eos exercitus quos Coss. compa-
rarunt, vrano Prætori negotium datum, vt quatuor legiones scriberet vrbanas iusto nu-
mero, focis Latinis nominis imperaret XV. milia peditum, mille ducentos equites. Is ex-
ercitus vt paratus esset quò Senatus censuisset. P. Licinio Coss. petenti auxilia, ad exerci-
tum ciuilem socialemque addita duo milia Ligurum, Cretenses sagittarij, Numidæ
equites elephanti que, quantum rogati Cretenses, Massanisa, & Carthaginienfes dedis-
sent. In eam rem legati ad supradictos missi sunt: Liius lib. XLII.

P. Licinius Cos. primo congressu ad Peneum amnem à Perse rege prælio victus est:
neque tamen, quamuis inferior, pacem petenti per legatos Regi, nisi se totum & rerum
omnium summam Senatus arbitrio committeret, concedere voluit. Postea cum eodem
Rege leuia aliquot prælia fuerunt Consuli; quidam acrius postremò pugnatum fuisse scri-
bunt, octo milia hostium cecidisse, duo milia octingentos captos cum signis militari-
bus XXVII. pulsoque in Macedoniam Rege, Consulem per vrbes passim in hibernis ex-
ercitum diuississe. Alter Cos. C. Cassius in Gallia, quam sortitus erat, memorabile nihil
gessit: imò in Macedoniam vano incepto tentans, à Senatu per legatos reuocatus est.

Prato-

Prætores duo, qui Hispaniam auarè administrarunt, damnati sunt. Vide Liuium libro XLII. & XLIII. Zonaram lib II. Iustinum XXXIII. Plutarchum in Paulo, Florum libro II. cap. XII. Orosium, & alios.

Prætores.

C. Sulpicius * C. f. Ser. n * Galba. Urbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Ex S. C. tres nominauit legatos, qui eo die proficiscerentur ex vrbe, & quantum accelerare possent, Cassium Consulem, vbicumque esset, persequerentur, nuntiarentque ne bellum cum vlla gente gereret, nisi cum qua Senatus gerendum censuerat. Ex S. C. quatuor nouas legiones urbanas iusto numero peditum equitumque conscripsit, iisque quatuor Tribunos militum ex Senatu legit qui præessent. Socii Latini nominis xv. ∞ . peditum, & mille ducentos equites imperauit: vt is exercitus paratus esset quod Senatus censuisset: Liuius libris XLII. & XLIII.

C. Cassius per tres legatos ex S. C. reuocatus. Noue legiones urbanae quatuor conscriptae.

L. Villius * L. f. Ti. n * Tappulus. Annalis. inter. ciues. & peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit: Liuius XLII.

C. Lucretius * M. f. * n. Gallus. prouinciam, quod Senatus censuisset, sortitus, classem contra Persen regem obtinuit. Cum XL. quinqueremibus ab vrbe profectus, per fratrem M. Lucretium legatum in Cephalenia sociorum naues omnes ad classem coegit: simul opperiens, vt terrestres copiae trajicerentur: simul, vt onerariae per altum dissipatae consequerentur. Aliertum deinde in Bœotia obsidione longa fatigatam per vim expugnauit ac diripuit, captiuos ad duo milia quingentos sub corona vendidit, ornamenta, statuas, tabulas pictas, & quidquid pretiosae prædæ fuit, ad naues deferri, ac urbem à fundamentis dirui iussit. Inde Thebas sine certamine recepit, exulibusque, & qui Romanorum partis erant, urbem tradidit: Liuius libro XLII. Zonaras libro Annalium I I.

Classis expeditio. Aliertus uicapsa. Theba.

C. Caninius. // f. // n. Rebilus. Siciliam. sortitus. obtinuit. Binas frumenti decumas ex S. C. Siculis imperauit, vtque id frumentum ad exercitum in Macedoniam portaretur, curauit: Liuius ibidem.

Decima Siculæ ac Sardis in usum belli duplicata.

L. Furius * P. f. P. n * Philus. Sardiniam. sortitus. obtinuit. Binas frumenti decumas ex S. C. Sardis imperatas in Macedoniam ad exercitum misit: Liuius libro XLII.

L. Canuleius * L. f. M. n * Diues. Hispaniam. vtramque. sortitus. obtinuit. Ita enim tunc prouincias decreuerat Senatus, vt essent duæ Romæ iuri dicundo, præter eas Hispania, Sicilia, & Sardinia: insuper vt vni fors integra, quod Senatus censuisset, remaneret. Igitur Canuleius duobus Hispaniæ Prætoribus successit: cui, antequam in prouinciam iret, negotium à Senatu datum, quando legati aliquot populorum Hispaniæ de magistratu Romanorum avaritia superbiaque conquererentur, vt causas eorum cognosceret, & in singulos, à quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine Senatorio daret, patronosque legatis quos vellent sumendi potestatem faceret. Vocatis in Curiam legatis, recitatum est S. C. iusque; nominare patronos: quatuor nominarunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. f. Scipionem, L. Æmilium L. f. Paullum, C. Sulpicium Gallum. Sic nominat patronos istos Liuius. Verum in meo & aliis quibusdam vulgaris exemplaribus perperam L. Æmilius M. f. Paullus vocatur, qui in Cannensi prælio Cos. ceciderat. Sed hic eius filius, qui Prætor item prius in Hispania fuerat. Ad recuperatores adductus primum M. Titinius, qui Prætor A. Manlio, M. Iunio Coss. in citeriore Hispania fuerat: bis ampliatus, tertio absolutus est reus. Deinde grauissimis criminibus accusati à citerioribus populis P. Furius Philus, ab vltioribus M. Mattienius: ille Sp. Postumio, Q. Minucio Coss. triennio antè; hic biennio, Coss. L. Postumio, M. Popillio, Prætor fuerat. Ampliati, cum de integro dicenda causa foret, exilij causa solum verterunt: Furius Præneste, Mattienius Tibur exulatum abeuntes. Fama erat, prohiberi legatos à patronis, nobiles & potentes compellere: auxitque eam suspicionem Canuleius Prætor, quod omissa ea re delectum habere instituit, dein repente in prouinciam abiit, ne plures ab Hispanis vexarentur. Ita præteritis silentio oblitteratis, in futurum consultum ab Senatu Hispanis, quod impetrarunt, ne frumenti æstimationem magistratus Romanus haberet, neve cogeret vicissimas vendere quanti ipse vellent, & ne Præfecti in oppida ad pecunias cogendas imponerentur. L. Canuleius Prætor Carteiam ad Oceanum coloniam Latinam libertinorum ex S. C. deduxit. Supra quatuor milia hominum erant, natos se memorantes ex militibus Romanis, & ex Hispanis mulieribus,

Vnus Prætor Hispaniam vtramque obtinet.

Hispanorum querela quaestio de recuperandis exciunt.

Prætores tres Hispaniarum rei facti.

Hispani Prætoris potestatis pondere subleuari tribus modis. Carteiam colonia libertinorum deaucta.

cum quibus connubium non esset: qui legatos ad Senatum miserant, orantes, vt sibi oppidum in quo habitarent, daretur: *Liuius lib. XLII. & XLIII.*

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
Cn. Bæbius * Cn. f. Q. n * Thamphilus. Cn. Octavius. Cn. f. Cn. nepos.

Ostia porticus Romæ dicitur.

De hac Octauij Ædilitate commonefacit nos Sex. Pompeius Festus, duas Octauias porticus Romæ fuisse docens. Quarum alteram, ait, theatro Marcelli propiorem Octauia foror Augusti fecit: alteram theatro Pompeij proximam Cn. Octavius Cn. f. qui fuit Ædilis curulis, Prætor, Consul, x. vir. sacris faciendis, triumphauitq; de rege Perse nauali triumpho. Quam combustam reficiendam curauit Cæsar Augustus. Consulatus & Prætura sequuntur ordine suo, Ædilitatis autem hunc annum fuisse vix dubito. Adiunximus collegam plebeium, qui eodem passu videtur ad Præturam peruenisse.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
P. Fonteius .. f. .. n. Capito. L. Anicius. L. f. M. n. Gallus.

Tribuni plebis

M. Furius. M. f. M. n. Nobilior. M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus.

Vincit in hac concertatione tandem honoris ac amor Reip.

Centuriones xxxiii. militiam recusantes appellati ad Coss. reiecerunt, eorum cognitionem esse debere dicentes, quibus delectus, quibusq; bellum mandatum esset. Ceteri ex collegio cognituros se, de quo appellati essent, aiebant; & si iniuria fieret, ciuibus auxilium laturos. Res igitur ad subsellia Tribunorum agi cœpta est. Postea Consule Licinio postulante, populus in concionem vocatus. Denique commilitonis Sp. Ligustini facilitate & oratione moti reliqui centuriones, omiſsa appellatione, obediētes ad delectum nomina dederunt: *Liuius lib. XLII.*

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

M. Acilius * M. f. L. n * Glabrio. P. Manilius * P. f. P. * nepos.

Cn. Domitius * Cn. f. L. n * Ahenobardus. C. Licinius. .. f. .. n. Nerua.

T. Numisius .. f. .. n. Tarquiniensis. C. Titinius * P. f. Q * nepos.

M. Fonteius .. f. .. n * Capito * Cn. Anicius * L. f. M. n. Gallus *

Quæstores vr bani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinc.

.. .. f. .. n. .. P. Crassi. Cos. in Macedonia.

.. .. f. .. n. .. P. Cassi. Cos. in Gallia.

.. .. f. .. n. .. C. Lucreti. Brundisij. in Apulia. & ad classem.

.. .. f. .. n. .. L. Canulei. Pr. in Hispania. vtraque.

.. .. f. .. n. .. C. Rebili. Pr. in Sicilia.

.. .. f. .. n. .. L. Philii. Pr. in Sardinia.

L. Aurelius. L. f. L. n. Orestes. M. Æmilius M. f. M. n. Lepidus.

Vtriusque Consulatus sic in marmoribus Capitolinis exprimitur. Pater Æmilij fortasse fuit M. Æmilius, qui x. vir sacrorum mortuus fuerat a. DXLII. vt *Liuius libro xxvi.*

Ti. Sempronius * Ti. f. Ti. n * Longus. C. Sempronius * Ti. f. Ti. n * Longus. Hic x. vir sacrorum, ille Tribunus pleb. reperitur apud *Liuium.* Ex temporum intervallo conijcere est, filios fuisse Ti. Longi, a DLIX. Consulibus.

Ti. Sempronius .. f. .. n. Musca. L. Næuius. .. f. .. n. Balbus.

Nominantur ambo inter quinqueviros à Senatu lectos, qui inter Pisanos & Lunenses dirimerent agros a. DXXCV. vt *Liuius lib. XLV.*

M. Ser-

M. Sergius * L. f. * // .n. Silus. Præfectus postea socium cohortibus & turmis aliquot in prælio contra Persen, vt Liuius XLIV.
[Cn. Sergius. Cn. f. // .n. Plancus]

Prouincia prorogata.

Cn. Sicinius * Q. f. Cn. * nepos. Propr. Classem. in. aduentum. successoris. vsque. obtinuit: cum quinque milibus peditum, trecentis equitibus, in agro Apolloniati castra habens ad Nymphæum, ad occupanda Dassaretiorum Illyriorumque castella Tribunos cum duobus milibus misit. Duo item milia A. Atilio legato dare iussus est, ad occupandum Larissam in Thessalia, vt eius regionis caput in potestate esset: Liuius lib. XLII.

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.
[L. Cincius. M. f. M. n. Alimentus] [Q. Næuius Q. f. // . n. Pollio]

ANNI P. R. C. DXXXIII.

Consules.

A. HOSTILIVS. L. F. A. N. MANCINVS. A. ATILIVS. C. F. C. N. SERRANVS.

CONSVLVM nomina cum comitiis omnibus, item prouinciarum fortitiones eum constitutione reip. magnaq; parte historię eius anni in Liuiio desiderantur. In Cassiodoro C. Hostilium & C. Atilium habemus, sed falsa prænomena existimo, vt monstrat Capitolinæ tabulæ: Aulos enim vocat etiam postea Liuius; Tabulæ Græcæ Mancinum & Serranum proferunt. Sic Marianus ex Eusebij Chronico L. Attium poetam Mancino & Serrano Coss. natum scribit.

Hostilio Macedonia, A. Serrano Italia obuenerit. P. Licinio Procos. prorogatum imperium, donec A. Hostilius in prouinciam veniret. Carthaginenses tritici decies centum milia * modium, & hordei quingenta milia ad bellum Persicum Rom. pop. obtulerunt. Item Massanisa rex tritici eandem summam est pollicitus, cum mille ducentis equitibus, duodecim elephantis. Quibus à Senatu gratiæ sunt actæ, rogatiq; vt ea quæ pollicerentur, in Macedoniam ad Cos. Hostilium deportari curarent. Hoc ex fragmentis Liuianis. In Liguribus & Gallia quies fuit. Quare Cos. A. Serranus, satis explorata pace eius anni, milites duarum legionum Rom. intra dies XL. quàm in prouinciam venit, dimisit: sociorum nominis Latini exercitu maturè in hiberna Lunam ac Pisas deducto, ipse cum equitibus pleraque Galliæ oppida adiit. In Macedonia bellum ab Hostilio Cos. (quamuis in restauranda militari disciplina satis diligens esset) incertis euentibus administratum fuit, maiore Romanorū damno, quàm Macedonum. Quapropter veriti Patres, ne qua maior ignominia acciperetur, legatos in Macedoniam miserunt, ad res inspiciendas, & vt A. Hostilius ad habenda comitia primo quoque tempore in urbem rediret. Vide Liuium XLIII. Zonaram, & alios.

Prætores.

M. Ræcius * M. f. * // . nepos. Urbanam iurisdictionem fortitus obtinuit. Ob belli Macedonici difficultatem, ex auctoritate Senatus, edicto Senatores omnes ex tota Italia (nisi qui Reip. causa abessent) Romam reuocauit, vetuitq; ne quis ultra mille passus ab Roma abesset: Liuius XLIII. Filius M. Ræcij fuisse videtur, quem anno DXLVI. ad explorandum Asdrubalis iter Senatus in Galliam misit, vt Liuius libro XXVI. refert.

Q. Mænius * C. f. L. * nepos. Peregrinam iurisdictionem fortitus obtinuit. Ex S. C. de Abderitis, qui ab L. Hortensio Præatore per iniuriam venierant, in libertatem restituendis pro concione edixit. Lampfacenos LXXX. pondo coronam auream in Capitolio Ioui donum ferentes, amicitiamque petentes, ex Senatus auctoritate in sociorum formulam rettulit. Eiusdemque Senatus iussu legis Chalcidensium de C. Lucretij & L. Hortensij Præatorum crudelitate & avaritia querelas deferentibus, respondit: Quæ benemeritos sese de pop. Romano dicant bello Macedonico utroque, ea & scire vera eos referre Senatū, & perinde ac debeant, grata esse. Quæ malefacta à Præatoribus Romanis querantur.

querantur, ea neque facta esse, neque fieri voluntate Senatus. Litteras ad Hortensium Prætorem Senatui daturum esse, si qui Chalcidensium in seruitutem liberi venissent, ut eos conquirendos primo quoque tempore, restituendosque in libertatem curaret: utque fociorum naualium neminem, præter magistros, in vrbe vel hospitibus haberet. Ex S. C. Illyrici præsidium C. Furio legato duo milia militum in octo naues armatas conscripsit in ea Italia parte, quæ obiecta Illyrico est: Liuius XLIII.

Classis ad Illyrici præsidium.

L. Hortensij tyrannicum imperium.

L. Hortensius * M. f. M * nepos. classem. atque. oram. maritumam. Græciæ. sortitus. obtinuit. Abderitis centum milia denariorum, & tritici quinquaginta milia modiorum imperauit. Spatium cum peterent, quo de ea re ad Hostilium Cos. & Romam mitterent legatos, oppidum eorum offensus expugnauit, principes securi percussit, ceteros ciues sub corona ventum dedit. Ob quam crudelitatem Abderites legatos de iniuriis conquestum Romam miserunt. Nec multo post Chalcidenses item ob fortunas ciuium ab eodem direptas, quodque in vrbe ac tectis hieme pariter atque ætate nauales focios haberet, sine disciplina inter liberos coniugesque ciuium; sceleratos scilicet, quibus nihil neque dicere, neque facere pensi esset: Liuius ibidem.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Siciliam

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Sardiniam

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Hispaniam

Prouincias sortiti obtinere.

Q. Ælius. P. f. Q. n. Pætus. T. Manlius. A. f. T. n. Torquatus.

C. Hostilius * C. f. * / . n. Tubulus.

Siciliæ, Sardinia, atque Hispania Prætores huius anni cum Liuiana historia intercedere: nec nisi duos Consulares reperio, quorum Præturæ in hunc annum incidere possent. Consulatus eorum in tabulis Capitolinis extant: Q. Pæti anno abhinc tertio, T. Manlij quinto: sed de eorum Præturis, quas hoc anno gessisse ex temporum ratione colligimus, perditio Liuii, nihil apud Auctores alios inuenio. Addo tertium C. Hostilium, forte C. Tubuli, qui anno DXLIV. Prætor fuit, filium. Hic enim anno abhinc altero legatus tertius C. Popillio Consulari, & C. Decimio Prætorio iungitur, Alexandriamque ad finiendum inter Reges Antiochum Ptolomæumque bellum, pop. Rom. nomine mittitur. Neque opinor Hostilium nisi curuli honore functum tam speciosæ legationi deputatum, ac collegis præsertim Consulari & Prætorio adiunctum fuisse. Ceterum in vna ex iam dictis prouinciis rebellionem aliquam eo anno motam fuisse, ac sine multo sanguine sedatam à Prætore prouinciæ, ex fragmento Liuiano colligimus: sed vbinam hoc contigerit, difficile est conijcere. Epitome tamen libri XLIII. subindicare videtur Hispaniam, vbi sic annotatum: Motus qui in Hispania ab Olonico factus erat, ipso interempto confedit. Ex eius motus exitu, qui in Liuiano fragmento nobis est residuus, subolet nobis, in hostium rebellium exercitu magna dissidij seditione ventum ad arma fuisse, & ante congressum prælij cum Romanis, Olonicum & alios belli quosdam principes, ab his qui pacem malebant, occisos fuisse. Qui tantum pauorem, reuerſi in castra ostentantes capita, fecerunt, ut si ad motus extemplo exercitus foret, capi castra potuerint. Tum, inquit, quoque fuga ingens facta est, & ciuitates complures, eo nuntio audito, in deditioem venerunt. Quibus se purgantibus, culpamque in duorum amentiam conferentibus, cum veniam dedisset Prætor, pax sine Romano sanguine tradita prouinciæ.

Noni motus in Hispania excitati ab Olonico.

Opportuna clementia sanguini parcens firmat imperium.

Ædiles curules.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

Ser. Sulpicius * C. f. Ser. n * Galba. C. Postumius * Sp. f. L. n. Albinus *

Ædiles plebis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. ///. ///

Q. Cassius. L. f. Q. n. Longinus. Cn. Fuluius * Q. f. ///. n. Gillo *

Tribuni plebis

M. Iuuentius. T. f. T. n. Thalna. Cn. Aufidius ///. f. ///. nepos.

Superbum ac auarum imperium puniunt.

C. Lucretium, qui Prætor classem obtinuerat, ex agro suo Antiata Romam accersitum, non in Senatu modò accusationibus lacerarunt, sed in concionem etiam protractum, die dicta,

dicta, multis obiectis probris, ad populum accusarunt, multamque decies centum miliūm æris dixerunt. Comitibus habitis, omnes quinque & triginta tribus Lucretium condemnarunt: **Liuius XLIII.**

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Fannius C. f. C. n. Strabo. [L. Silius. P. f. P. n. Nerua.]
 [Q. Mamilius. C. f. L. n. Vitulus] [Q. Manilius M. f. M. nepos.]
 [M. Titius. L. f. L. n. Rufus] [C. Apronius. Cn. f. Cn. n. Limo.]
 [P. Cominius. C. f. C. nepos] [C. Cædicius Q. f. Q. n. Noctua.]

Quæstores vrbani

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ex Senatus decreto legatis Carnorum, Istrorum, & Iapudum, item regis Gallorum Cincibili, qui de C. Cassij superioris anni Cos. iniuriis Romam conquestum venerant, munera misere in singulos ex binis milibus æris. Duobus fratribus regulis torques duo ex quinque pondo auri facti, & vasa argentea quinque ex viginti pondo, & duo equi phalerati cum agasonibus, & equestria arma, ac sagula, & comitibus eorum vestimenta, liberis, seruisque. Legatis item Græcarum & Asiæ ciuitatum multarum, nec non Massaniæ regis, & Carthaginensium, cum in Senatu auditi responsum accepissent, munera omnibus misere in singulos binūm miliūm æris: **Liuius ibidem.**

Liberalitas ac munificentia Romana.

Quæstores prouinc.

//. // . // . f. // . n. // . A. Mancini. Cos. in Macedonia
 // . // . // . f. // . n. // . A. Serrani. Cos. in Italia. & Gallia
 // . // . // . f. // . n. // . L. Hortensij. Pr. in. Apulia. & ad. classē
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Cn. Cornelius. Cn. f. Cn. n. Dolabella. Quemadmodum Consul in Capitolinis recensetur. Cuius pater fortasse fuit Cn. Dolabella, Rex sacrorum factus anno DLXVI. moritur anno DLXXII. vt habet **Liuius libro xxvii. & xl.**

C. Mamilius. Q. f. * C. n. * Turrinus. Qui postea Limeranus appellatus est, vt in eius Tribunatu plebis dicam latius. Patre Prætorio & auo Consulari natum fuisse, colligimus ex Capitolinis, Liuius, & eius argenteis denariis, quorum mētio fiet in Tribunatu.

Ti. Veturius * Sp. f. Ti. n. Caluinus * Gracchus. Sempronianus. Adoptatus à Ti. Graccho Augure, in cuius etiam locum Augur est factus anno DLXXIX. vt **Liuius auctor est libro xli.**

Sex. Iulius. Sex. f. L. n. Cæsar. Quem Consulem sic memorant Capitolini Facti.

[Q. Æmilius. Q. f. M. n. Lepidus] [M. Æmilius M. f. L. n. Regillus]
 [Q. Valerius M. f. M. n. Falto] [P. Curatius. Sex. f. Sex. nepos.]

Prouinciæ prorogatæ.

P. Licinius. C. f. P. n. Crassus. Procos. Macedoniam. vsque. in. aduentum. successoris. obrinuit. Complures in Græcia vrbes expugnauit, & crudeliter diripuit, ^{Turanica P. Crassi expeditiones.} ciuibus sub corona venditis. Quod indignum Senatui visum est, cum à Coronæis, aliisque foetis populis Romæ per legatos accusaretur: & ob id captiui, qui ab eo venierant, ex S. C. in libertatē restituti sunt. De similibus criminibus absens accusatus est à Gallis, Itris, & Iapudibus C. Cassius prioris anni Cos. cum hoc anno in Macedonia Tribunus ^{Item C. Cassij.} militum esset. Epitome Liuiana libr. XLIII. & in ipsius historiæ fragmentis quædam attinguntur.

C. Lucretius * M. f. * // . n. Gallus. Propr. classē. & oram. maritimam. Græciæ.

C. Lucretij. Græciæ. in. aduentum. ſucceſſoris. obtinuit. Multa impotenter, ſuperbè, & auarè in ſocios cõmiſit. Quapropter ab Æmathia, Amphipoli, Maronea & Æno excluſus, Abderitas ſpoliauit, Chalcidentium ſacras ædes omnibus ornamentis compilauiſt, libera corpora in ſeruitutem abſtulit, prædam omnem nauibus Antium deuexit, vbi in agro ſuo aquam ex manubiis deduxit. Ob quæ ſcelera à ſociis accuſatus, populi iudicio repetundarum damnatus eſt: Liuius XLIII.

Pro. Quæſtoribus. f. fuère.

//. //. // . f. // . n. //. P. Craſſi. Procos. in. Macedonia.

//. //. // . f. // . n. //. C. Lucreti. Propr. ad. claſſem.

//. //. // . f. // . n. //. // . // . Pr. in. Hiſpania.

//. //. // . f. // . n. //. Oſtienſis.

Ti. Sempronius * Ti. f. T. n * Longus. Ti. Sempronius. // . f. // . n. Muſca.
M. Sergius * L. f * // . n. Silus. [L. Cincius. M. f. M. n. Alimentus]

ANNI P. R. C. DXXCIV.

Conſules.

Q. MARCIUS. L. F. Q. N. PHILIPPVS. II. CN. SERVILIUS. CN. F. CN. N. CAEPIO.

Liuij locus
notandus.

COMITIA Conſularia, inquit Liuius, a. d. v. Kal. Septemb. fuère. Creati Conſules ſunt Q. Marcius Philippus iterum, & Cn. Seruilius Cæpio. Quo loco malim tamen legere (antè diem v. Kal. Febr.) nam paulò antè refert, Senatam decreuiſſe, vt A. Hoſtilius Coſ. comitia nouis Coſ. ſubrogandis ita ediceret, vti menſe Ianuario comitia haberi poſſent. Igitur conciliandus ille locus eſt, alioquin ſuimet oblitus videtur Liuius: neque illo tantum loco, ſed etiam vbi poſt comitia Conſulum Prætorumque, legatos ex Macedonia, exacto admodum menſe Februario, rediſſe dicit. In Caſſiodoro corrupta ſunt prænomina, qui L. Marcium Philippum, Q. Seruilium ſuperioribus Coſ. ſubiicit. Marianus Q. Marcium Philippum II. Q. Seruilium Cæpionem: ſed item prænomina falſa ſunt, in hoc alterum Seruiliij, in illo vtraque. Rectè Cicero cum in Bruto hos nominat, Q. Marcio, Cn. Seruilio Coſ. mortem obiſſe Ennium dicens, tum in Catone, cum ait, Cæpione & Philippo II. Coſ. mortuum eſſe Ennium poëtam. Pulchrè hos etiam nominat Siccus Polentionius Modèſtus in Ennij poëtæ vita, quam hîc adijcere ſtudioſorum in gratiam lubet, quia elegantem atque ſuccinctam ex Varrone de poëtis, & Suetonio de viris illuſtribus hanc ille deſcripſit:

Q. Ennij poë-
ta vita ex
Siccone Mo-
deſto.

AN. V. C.
DXIV.

Ennius Tarantinus Rudiis natus, Q. Valerio & C. Mamilio Coſ. triginta ſeptem annorum, hortatu Catonis, Romam venit, & ibi M. Cornelium Cethegum oratorem audiuit. Senex podagricus fuit, eoq; tempore decumbens plurima ſcripſit. Ductus à M. Fuluius ad bellum Ætolicum, id poſtea deſcripſit etiam annorum LXVII. qui eſt Annalium duodecimus, vt ait Varro. Ideò tanti habitus, vt Fuluius manubias Muſis Ennij cõſecraret. Obiit Romæ articulari morbo, Cæpione & Philippo II. Coſ. Sepultus Appia via intra primum ab vrbe lapidem, in monumentis Scipionum. Alij ex Ianiculo offa eius Rudias veſta, & illic cum paternis condita. Statua ei inter Cornelias marmorea erecta eſt: Siccus lib. ſecundo.

Prouincia &
exercituum
ſupplementa.

Q. Marcio Macedonia euenit, Cn. Seruilio Italia. Deſignatis Prætoribus præter duas vrbanas quatuor prouinciæ ſunt decreta, Hiſpania, Sardinia, Sicilia, & claſſis. In Macedonia ſupplementum decreta peditum Rom. ſex milia, & totidem ſocium; equites Rom. ducenti quinquaginta, & ſocij trecenti. Veteres milites dimitti placuit, ita vt in ſingulas legiones ne plus ſena milia peditum, trecenti equites eſſent. Alteri Conſuli nullus certus finitus numerus ciuium Romanorum, quem in ſupplementum legeret: id modò conſtitutum, vt duas legiones ſcriberet, quæ quina milia ducenos pedites ſingulæ, & trecentos equites haberent. Peditum Latinorum maior quàm collegæ numerus decretus, decem peditum milia, & ſexcenti equites. Tribunus, Conſulibus non permiſſum vt facerent, ſed populus eos creauit. In claſſem mille ſocij nauales libertini ciues Rom. & totidem ex Sicilia conſcripti, vtque nouus Prætor Sicilia eos in Macedoniam, vbicumque claſſis eſſet, deportaret mandatum. In Hiſpaniæ ſupplementum tria milia peditum Rom. trecenti triginta equites, ex ſociis verò quatuor milia peditum, & trecenti equites conſcripti ſunt.

Tribuni mili-
tum denuo
comitiati.
Clasſis arma-
tura.
Hiſpania
ſupplementũ.

Qua-

Quatuor præterea legiones nouæ scribi iussæ, & focis nominis Latini XVI. 00. peditum, & mille equites imperati. Is exercitus pararetur tantum, vt si quod res posceret, educeretur. Hæc de ordine & apparatu bellico eius anni: Liuius XLIII.

Perseus rex per hiemem in Illyrico multas vrbes partim vi, partim deditioe cepit: Dum Perseus rex in Illyrico res suas agit, Q. Marcius Cos. per montium angustias cum exercitu transit in Macedonia. Gentium Illyriorum regem ad belli societatem sollicitauit. Q. Marcius Cos. initio æstatis exercitum ex Thessalia in Macedoniam per iuga ferè montium, difficili & periculoso itinere traduxit, Regemque securum, & nil tale timentem adeò terruit, vt Pellæ gazam in mare iusserit demergi, classem Thessalonice incendi. Heracleam interea cœpit Q. Marcius Cos. & in Macedonia hibernauit. Interea Perseus, nulla omiſsa paciscendi occasione, per Prusiam Bithyniæ regem & Rhodios denuò pacem tentauit. Eam fortassis intrasset, nisi Rhodiorum legati nimis superba in Senatu oratione Romanorum animos alienassent. De his latissimè Liuius libro XLIII. & XLIV. Zonaras lib. 11. Florus lib. 11. cap. XII. & alij.

CENS. C. CLAUDI VS. AP. F. P. N. TI. SEMPRONI VS. P. F. TI. N.

PVLCHER.

GRACCHVS.

L. F. LII.

Censores è sex ciuitatis principibus candidatis creati sunt eodem anno C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus. Delectum imprimis ad Macedonicum bellum difficilem & rarum, iunioribus ad nomina non respondentibus, sua auctoritate & edicto facilem & copiosum reddiderunt, cum causas missionum cognituros se, & iuramenta militaria aggrauaturos pronuntiaſſent. Cum Senatum legerent, M. Æmilius Lepidus Pont. Max. princeps III. factus est. Septem è Senatu præterierunt. In equitibus recensendis tristis admodum & aspera Censura fuit, multis equos ademerunt. Quapropter cum equestrem ordinem grauiter offendiſſent, inuidiæ flammam adiecerunt, edicendo, ne quis eorum qui vectigalia aut vltro tributa publica conduxisset præterito Lustrò, Q. Fuluius & A. Postumio Cens. ad hastam suam veniret, sociusve aut affinis cõductionis esset. Quod odium vt euomerent publicani veteres, P. Rutilium Trib. plebis priuatim Censoribus iratum nacti, haud leuem tragediam concitarunt. Clientem Libertinum Rutilij partem publico inædificatum demoliri iusserant Censores, & appellanti Tribunos, multa dicta, pignus ceperunt, cum præter Rutilium nemo Tribunorum intercessisset. Qua contentione irritatus Tribunus, incitantibus publicanis, rogationem solus promulgauit, qua irritæ Censuram locationes fierent. Quam cum Censores apud populum dissuaderent, Rutilius Gracchi confestim bona consecrauit, quod Tribuniciam potestatem violasset, intercessioni eius non parendo: C. Claudio diem dixit, quod concionem à se auocasset, rogationem dissuadendo: vtrosque, quod Tribunum plebis in ordinem coëgissent, perduellionis reos fecit. Magna contentione res apud populum acta est. Prior Claudius causam dixit, eoque ab octo imprimis equitum centuriis ex duodecim, permultisque aliis primæ classis, condemnato, Gracchus rem indignam detestatus (succlamante licet populo periculum Graccho non esse) conceptis verbis iurauit, Si collega damnatus esset, non expectato de se iudicio, comitem exilij eius futurum. Qua constantia Gracchum magis plebem vertisse ad absoluendum Claudium, auctores sunt Liuius & Valerius Max. lib. VI. cap. V. quàm principes ciuitatis, qui positis annulis vestem mutarant, & cum reo supplices circumiabant. Actione igitur deposita, Tribunus se Gracchum, absoluto Claudio, non morari dixit. Hanc quidem Ti. Gracchi viri integerrimi summam constantiam, qua collegam defendendo, plebem conuertit ad absoluendum collegam C. Claudium, M. Tullius lib. de republica VI. in exemplum attulit: cuius de ea re quædam extant verba ab A. Gellio Noctium lib. VI. cap. XVI. quæ talia sunt: Quod quidem eò fuit maius, quia cum in causa pari collegæ essent, non modò inuidia pari non erant; sed etiam Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. Meminit exempli & actionis istius etiam Tullius idem libro de inuentione Rhetorica primo, loco tamen admodum trunco: Approbatum, inquit, est, quod homines, cum dubium esset, sua constituerunt auctoritate. Velut Gracchi patris factum * quem populus Rom. ob id factum * quod inſciente collega in Censura nihil gessit, post Censuram * Consulem fecit. Vbi asteriscus videntur, deesse quædam verba docet ipsa hæc historia: ex qua loci trunci in hunc ferè modum suppleri atque restaurari poterunt. Veluti Gracchi patris factum, collegam reum non deserentis, sed vtriusque causam vnam esse volentis. Quem pop. Romanus ob id factum, & quod inſciente collega in Censura nihil gessit, post Censuram iterum Consullem fecit. Seuerius postea Censores censum continuauerunt, multos rursus equi adempti, & in primis P. Rutilio Tribuno, qui eos violenter accusarat. Is tribu quoque motus, & operarius

Dum Perseus rex in Illyrico res suas agit, Q. Marcius Cos. per montium angustias cum exercitu transit in Macedonia.

Iuramenti militaris formulam habet Liuius libro XLIII. Equitum census asper. Edictum Censuram de locatione vectigalium. Publicanorum aduersus Censores motus.

Censores à sedizioso Trib. plebis rei facti. Populi iudicium non declinant.

Equitas constantis & magnanima Ti. Gracchi collegam absoluit.

Ciceronis locus diligentè aduertendus.

Inſus animorum consensus efficitur.

rarius factus ad opera publica facienda. Omnes Senatu motos, & quibus equos ademē-
rant, tribu etiam mouerunt, arariosque fecerunt, nec vllius, quem alter notarat, ab altero
leuata ignominia est. In censu populi accipiendo, causas missioem à stipendiis cogno-
uere: & quorum iusta missio non videbatur, ad signa redire, iureiurando renouato coē-
gerunt. Ex quatuor vrbaniis tribubus, in quibus libertini descritti erant, omnes mouere
decreuerat Gracchus qui seruitutem seruissent, & quibus quinquennio maior filius, præ-
diæ rusticæ pluris xxx ∞ . sestertiū non essent. Sed obijciente collega, Censorem non
posse cuiquam homini iniussu populi lationem suffragij eripere, omnibus tribubus emo-
uere, hoc est, ciuitate priuare, & cēsu excludere; conuētum in eo est, vt ex quatuor vrbaniis
tribubus vnā fortirentur in quam eos omnes conijcerēt. Esquilina euenit: in ea Ti. Grac-
chus pronuntiauit, libertinos conditionis prædictæ omnes cenferi placere. Quæ res ma-
gno honori Censoribus apud Senatum fuit. Hæc ita retuli, vt ex Liuij Ciceronisque frag-
mentis colligere potui: quibus potiūs accedo, quàm iis, quæ in opusculo de viris illustri-
bus sub Plinij titulo nunc extante de hac Censura Gracchi scribuntur: Censorem ipsum
videlicet, libertinos, qui rusticas tribus occuparant, in quatuor vrbanas diuississe, ob idque
collegam reum factum: quæ planè aliena sunt à Liuiana historia. Etenim iam à censu
primū instituto, libertinos in vrbanas quatuor tribus redactos fuisse, perspicuum est ex
eodem Liuiō, aliisque Auctoribus. Atqui Cicero in primo de oratore de Graccho sic
scribit: Ti. Gracchus Censor, Gracchorum pater, non accurata quadam orationis copia,
sed nutu atque verbo libertinos in vrbanas tribus transtulit: quod nisi fecisset, remp. quam
vix tenemus, iam diu nullam haberemus. Is quidem de libertinis, qui in rusticis tribus
diffusi tum erant, in ordinem redactis loquitur: sed nihil de iis quos in Esquilinam solam
coniecit tunc primū Gracchus, scilicet, qui seruitutem seruissent, & quibus quinquen-
nio maior filius, vel prædiæ rusticæ xxx ∞ . sestertiū non essent. Sed vt ad Censores re-
deamus, petiēre à Senatu ad sarta tecta exigenda, & opera publica probanda, temporis
prorogationem: sed C. Tremellius Trib. pleb. intercessit decreto, quia lectus non erat in
Senatum. Dimidium ex vestigalibus eius anni ad opera publica locanda iis ex S. C. à
Quæstoribus attributum est. Sempronius ex pecuniæ parte sua P. Africani ædes ad
Vortumni signum ponē Veteres, Ianienasque & tabernas coniunctas in publicum emit,
basilicamque faciendam curauit, quæ postea Sempronia appellata est. Sed vide de his Li-
uium libris XLIV. & XLV. Auctorem de viris illustribus in Gracchi vita. Lustrum verò
condidisse quinquagesimum secundum vrbis, ex Fastis Capitolinis patet. Quæ Liuius
autem de Lustris & ciuium numero memoriæ prodidit, cum alijs perierunt. In Epitoma
solummodò libri XLV. & vltimi (sed vtinam non diu sit vltimus) de Lustris & ciuium
numero hæc pauca habemus. Lustrum conditum est à Censoribus; censa sunt ciuium
capita ccccxi. ∞ . dcccx. Sic ciuium numerus in Aldino meo antiquissimo.

Prætores.

C. Sulpicius. C. f. C. n. Gallus. Vrbaniis iurisdictionem. sortitus. obti-
nuit. Ludos Apollinæ ex more fecit: de quibus hæc Cicero in Bruto de morte En-
nij scribens: C. Sulpicius Gallus maximè omnium nobilium Græcis litteris studuit, isque
& Oratorum in numero est habitus, & fuit reliquis rebus ornatus & elegans. Iam enim
erat vnctior quædam splendidiorque consuetudo loquendi. Nam hoc Prætor ludos
Apollini faciente, cum Thyestem fabulam docuisset, Q. Marcio, Cn. Seruilio Coss.
mortem obiit Ennius. Hinc etiam constat vrbaniis Prætorum C. Sulpicium fuisse, cuius
erat Apollinæ ludos edere. Cum delectus difficilior Consulibus esset, Prætori vrbano
C. Sulpicio, & qui Hispaniam sortitus erat, collegæ suo M. Claudio is mandatus est
Cæpio Cos. cogere postulare, vt ex S. C. destinarent sibi duas legiones, quas secum in
Galliam duceret; sed Prætores Consuli in eligendo arbitrium fecerunt. Allatis Q. Mar-
cij Cos. litteris, quemadmodum saltu superato in Macedoniam transisset, ibique & ex
aliis locis rempub. com meatus prospectos in hiemem habere, Epirotis pro frumento da-
to pecuniam reddendam, equos ducentos ac vestimenta militibus ab Roma mittenda
esse: S. C. ex litteris Cos. factum, vt C. Sulpicius Prætor sex milia togarum, triginta ∞ . tu-
nicarum, & equos ducentos deportanda in Macedoniam præbendaque locaret: &
legatis Epirotarum pro frumento dato pecuniam solueret: Liuius lib. XLIII. & XLIII.
Anno sequenti Tribunus militum in Macedonia exercitui Rom. eclipsim lunæ prædixit
nocte futuram, quæ prælium præcessit, ac victoriam de rege Perse. Pulchrè omnia Li-
uius, & alij.

C. De-

*Obitus
Q. Ennij
poeta.
Delectus mi-
litaris à Con-
sulibus ad
duos Præto-
res transtulit.
Q. Marcij
Cos. postula-
ta per litteras
à Macedonia.
Equi, toga,
tunicae, mis-
se.
C. Sulpicius
futurorum
præscius.*

C. Decimius * C. f. // . n. Flauus * Peregrinam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Pythonem nobilem Macedonem, qui à Perse rege ad Romanos defecerat, & magno vsui in castris Consuli erat, cum filio Onesimo suisque ex S. C. in sociorum formulam retulit; adibusque Tarenti comparatis, agri Tarentini, qui publicus populi Rom. erat, ducenta iugera dedit: Liuius XLIV.

Macedonis transfuga cuiusdam pramia.

C. Marcius. C. f. Q. n. Figulus. Classem. atque. oram. maritumam. Græciæ. fortitus. obtinuit. Principio veris Chalcidem ad classem contendit. Peruastatis Macedonum maritimis locis, Thessalonicam & Cassandream frustra oppugnauit: Liuius XLIV.

Romane classis expeditiones.

Ser. Cornelius * Ser. f. L. n * Lentulus. Siciliam. fortitus. obtinuit. Ex Senatus decreto, in supplementum classis Macedonicæ, mille socios nauales in Sicilia conscripsit, & in Macedoniam, vbicumque classis esset, deportari iussit: Liuius lib. XLIII.

Socij nauales Siculi in Macedoniam ad classem missi.

P. Fonteius // . f. // . n. Capito. Sardiniam. fortitus. obtinuit: Liuius.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Hispaniam. fortitus. obtinuit. cum supplemento trium milium peditum Rom. & trecentorum equitum, quibus ex Senatus decreto socium quatuor milia, & trecentos equites adiungere iussus est: Liuius lib. XLIII.

Ædiles curules.

P. Cornelius P. f. Cn. n. Scipio. Nafica. P. Cornelius L. f. L. n. Lentulus.

Et iam magnificentia crescente notatum est, ludis Romanis Circensibus LXIII. Africanas, & XL. vrsos, & elephantos * lusisse: Liuius XLIV.

*Venationes Circensium ludis data ab Ædilibus primùm. * Fortè deest elephantorū numerus.*

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

A. Licinius. // . f. // . n. Nerua.

L. Liuius * L. f. M. n. Denter *

Tribuni plebis

C. Sulpicius // . f. // . n * Rufus * M. Claudius * Q. f. // . n. Flamininus *

Aduersus Coss. pro iniunioribus ad delectum non respondentibus causam apud Senatum egerunt; non Consulibus, sed ambitiosis Consulibus quibus non conueniret, & satisfieri nequiret, delectum difficilem esse, dicentes, Neminem inuitum militem fieri. Id ita esse, vt scirent Patres, Prætoribus, quibus videretur, delectum mandarent. A Consulibus igitur ex Tribunorum sententia ad C. Sulpicium vrbantum, & M. Marcellum Hispaniæ Prætores ea res translata est: Liuius lib. XLIII.

Ambitiosos Consulum delectus accusant hi duo Tribuni.

P. Rutilius // . f. // . n. Caluus. Cenforibus iratus ob clientem multatum, spre tamque intercessionem suam, hortatu publicanorum contra edictum Cenforum rogationem promulgauit. Quæ publica vectigalia, vltro tributa C. Claudius & Ti. Sempronius locassent, ne ea rata locatio esset, vtque de integro locarentur, & vt omnibus redimendi & conducendi de integro ius esset. Rogationem dissuadere Cenfores. Graccho dicente silentium fuit; cum Claudio obstreperetur, audientiam facere Præconem iussit. Eo facto auocatam à se concionem Tribunus questus, è Capitolio descendit. Postero die vtrosque perduellionis reos fecit, vt superius in Censura latius ex Liuius & Val. Max. declarauit. Victus tandem consensu Senatus atque populi superbus ille Tribuni spiritus, actioni cedere coactus est, atque Cenforibus pœnas dare: qui tyrannum illum suum non solum mouerunt tribu, sed & operarium ad opera publica fecerunt, vt habet Liuius libro XLIII.

P. Rutilius superbe potestatem Tribunitiam usurpat in Cenfores frustra.

Cedere coactus pœnas dedit.

Q. Voconius // . f. // . n. Saxa. Legem de mulierum hereditatibus tulit, Ne quis census, hoc est pecuniosus, qui centum milia æris professione detulisset, heredem relinqueret mulierem supra xxv. milia sestertiū; neque plus cuiquam legaret, quam ad heredem heredesve perueniret. De qua pulchre multa Cicero de Finibus secundo, Verrina tertia, & ibidem Pædianus. Suasit legem M. Cato Cenforius, cuius extitit oratio in Originibus; ex qua Festus in Receptio seruo quædam adfert ex Verrij Flacci libro secundo, de obscuris M. Catonis, vt eius libri titulu citat A. Gellius in Noctibus Atticis lib. xvii. cap. vi. cum ipsius item Catonis verbis: vbi item Verrij de Receptio seruo interpretationem diligenter refellit & improbat. Lex est apud veteres Iuriconsultos admodum celebris ac laudata, qua nihil æquius salubriusque Romana in ciuitate fuisse censet Sex. Cæcilius apud Gellium cum Phauorino disputans de xii. tabularum æquissimis legibus;

Voconia lex de coercendis mulierum hereditariis.

Noctium Atticarum lib. xx. capite primo. At D. Augustinus de ciuitate Dei lib. III. An eadem Voconia quid iniquius dici cogitarique possit, ignorare se dicit. Legem verò latam his Coss. quibus Ennius mortuus est, ex Ciceronis Catone docti colligunt: sed minor quòd in tam plena eius anni historia nihil de tam celebri lege Liuius. Atque in alia fuisse opinione videtur: nam decennio ferè priùs latam voluisse, satis indicat eius Epitoma libri XLI. vbi multum historiæ anni DLXXV. periisse constat. Derogauit denique legi huic primùm Augustus, quibusdam feminis tribuens, vt supra xxv. milia hereditate possent accipere, licet hoc Voconia prohiberetur, vt apud Dionem lib. LVI. memoriæ proditum legimus. Quid attinet plura de eadem hinc adferre, cum illam elegantissime pro suo ingenio & eximia doctrina nobis explicet Antonius Augustinus?

*De lata legis
anno scrupulus.*

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Anicius L. f. L. n. Gallus. C. Scribonius * C. f. * // . n. Curio.
[Q. Minucius. M. f. M. n. Rufus.] [C. Otacilius. C. f. T. n. Crassus]
[L. Ogulnius L. f. A. n. Gallus] [M. Licinius M. f. // . n. Lucullus]

Quæstores vr bani

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

*Munificentia
in legatos ac
regem Gallo-
ru Balanum
quemdam.*

Ex Senatus auctoritate Balani Gallorù reguli Transalpini, legatis auxilia ad bellum offerentibus munera misere: regulo Balano torquem aureum duo pondo, & pateras aureas quatuor pondo, equum phaleratum, armaque equestria. Legatis autem ipsius, vt & Prusiæ regis, Rhodiorum Pamphyliorumque, vt à Senatu auditi responsum acceperant, in singulos ex more binum milium æris munera distributa. Rhodij tamen, quòd non satis gratum responsum accepissent, munera repudiarunt: Liuius lib. XLIV.

Quæstores prouinciarum.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Philippi. Consul. in. Macedonia.
//. // . // . f. // . n. // . Cn. Seruili. Consul. in. Italia. & Gallia.
//. // . // . f. // . n. // . C. Figuli. Prætoris. in. Apulia. & ad. classem.
//. // . // . f. // . n. // . M. Marcelli. Prætoris. in. Hispania.
//. // . // . f. // . n. // . P. Fonte. Prætoris. in. Sardinia.
//. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Q. Opimius. Q. f. Q. nepos. Cuius Consulatus sic extat in Capitolinis marmoribus. Et eiusdem videntur esse vetusti denarij cum Romæ capite, & Castorum equitum decursione, cusi forsitan ab eodem Quæstore, in quibus extat nomen, Q. OPEIMIUS. ROMA.

L. Pompeius. // . f. // . nepos. T. Minucius * C. f. C. n. * Rufus. Hos Liuius Tribunos militum in Macedonia sub Consule P. Licinio Crasso militasse scribit libro XLII. Pompeius cum DCCC. Romanis militibus à rege Perse in tumulo obsessus diu strenuè se defendit, donec à Cos. liberaretur. Minucius Gurtonem cum valido præsidio contra Regem tenuit.

[L. Æmilius. L. f. M. n. Lepidus.] [Q. Minucius M. f. C. n. Rufus]
[L. Licinius L. f. // . n. Pollio] [C. Aurelius C. f. C. n. Cotta]
[Q. Aulius. M. f. M. n. Cerretanus]

Prouincia prorogata.

A. Hostilius L. f. A. n. Mancinus. Procos. Macedoniam. in. aduentum. successoris. obtinuit. Larissæ hibernans, ex S. C. legatos C. Popillium & Cn. Octauium in Græciam misit, qui sociorum inter se dissensiones conciliarent, atque per omnes Peloponnesi vrbes edicerent publicarentque, Ne quis vllam rem in bellum magistratibus Romanis conferret, præterquam quod Senatus censuisset. Quod S. C. gratiæ plurimùm apud socios populos Romanis conciliauit, atque fiduciam in posterum quoque præbuit, leuatos se oneribus impensisque fore, quibus alia aliis imperantibus exhauriebantur. Procos. intereà Vere ineunte successorem expectans, castra circa Palapharsalum in

*S. C. in ciui-
tibus Gra-
cia publica.
tum de so-
cium immu-
nitatis.*

in Thessalia habebat; sicut nulla re bellica memorabili gesta, ita ad cunctam militarem disciplinam, ab effusa licentia formato milite, & sociis cum fide cultis, & ab omni iniuria defensis admodum gratus. Audito successoris aduentu, cum arma, viros, equos cum cura * in specisset, ornato exercitu obviam venienti Consuli processit. Qui primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac nominis Romani, & in rebus gerendis summe utilis fuit. Procos. enim ad exercitum conuersus, eum commendans successori tradidit, ac Romanam inde reuersus est. Hæc ex deprauato mutiloque mirifice Liuij loco libri XLIV. exordio, qui in hunc ferè modum corrigendus & supplendus videtur:

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

.. .. f. .. n. .. A. Mancini. Procos. in. Macedonia.

.. .. f. .. n. .. Ser. Lentuli. Pr. in Sicilia.

.. .. f. .. n. .. Calenus.

Ti. Veturius. Sp. f. Ti. n. Caluin. Gracchus. Sempronianus.

[M. Æmilius M. f. L. n. Regillus] [P. Curatius. Sex. f. Sex. nepos]

ANNI P. R. C. DXXXV.

Consules.

L. AIMILIVS. L. F. M. N. PAULLVS. II. C. LICINIVS. C. F. P. N. CRASSVS.

CONSULES subsequuntur apud Liuium L. Æmilius Paullus iterum, decimo quarto anno postquam primum Cos. fuerat, & C. Licinius Crassus: apud Cassiodorum L. Paullus II. C. Licinius: in Mariano L. Æmilius Paullus II. C. Licinius Crassus: in tabulis Græcis Paullus II. & Crassus. Hic secundus L. Paulli Consulatus apud Auctores celeberrimus est, quod in eo ipse, Perse rege capto, bellum confecerit Macedonicum: quem magistratum inuitus suscepit, cum iam sexaginta esset annorum, vt cum Liuiio Plutarchus scribit.

Secundus hic L. Paulli non ambitiosus Consulatus fama illustris.

Consulibus, vt auctor est Liuius, Æmilio Macedonia, Licinio Italia sorte euenit; verum Plutarchus Æmilio Macedoniam extra sortem datam fuisse tradit. Omnia quæ ad bellum attinent, eo anno diligentius solito L. Æmilij prudentia in Senatu constituta sunt. Decretum in primis vt in octo legiones parem numerum Tribunorum Consules & populus crearet, ex iis tantummodo qui honores gessissent. Tum ex omnibus L. Æmilio Consuli in duas legiones quos vellet liberum esset eligere. L. Anicium Prætorem Ap. Claudio legatum in Illuricum succedere placuit. Delectus cura C. Licinio Cos. imposita est, is septem milia peditum Rom. & equites ducentos scribere iussus, & tantundem peditum, quadringentos equites Latinis sociis imperare: & Cn. Seruilio Galliam obtinenti litteris significare, vt sexcentos equites conscriberet, & ad collegam in Macedoniam destinaret, neque in ea prouincia plusquam duas legiones esse, quæ fena milia peditum singulæ, & trecentos equites haberent: superfluos milites in præfidiis disponi, vel dimitti visum est Senatui. Decem præterea milia peditum imperata sociis, & octingenti equites. Id præsidium additum Anicio Prætori, præter duas legiones, quas portare in Macedoniam iussus est. In classem quinque milia naualium socium sunt scripta. Vt Licinius Cos. duabus legionibus obtineret prouinciam Galliam, & adderet ex sociis decem milia peditum, sexcentos equites decretum est. Hæc de Rep. eius anni principio ex S. C. constituta sunt, quæ latius apud Liuium habentur libro XLIV.

Prouinciarum & exercituum ordinata constitutio. Tribuni militum honoribus vsq; ad Cos. & populo lecti. Delectus.

Perseus Gentium Illyriorum regem ad belli societatem pactione pecuniæ traxit: Eumenem & Rhodios sollicitauit, ac Romanis suspectos reddidit. Interea L. Æmilius Cos. Latinis Feriis (quæ pridie Kal. Apriles fuerunt) in monte Albano, sacrificio ritè perpetrato, protinus inde tam ipse quam Cn. Octavius Prætor qui classem sortitus erat, in Macedoniam profecti sunt. Ita correctè Liuius eo loco, pridie Kal. Apriles eo anno Ferias Latinas fuisse, quod ipsam attestatur antiquissimæ tabulæ fragmentum, eiusdem anni dierum septem acta vrbana nobis pulcherrimè repræsentans: cuius exemplum exscriptum inter schedas Lodouici Viuis olim repertum, nobis communicauit vir eruditione singulari, antiquitatisque inuestigandæ studio non minus quam nobilitate commendandus Iacobus Sufius. Corrigatur igitur superior ille Liuij locus, vbi Idibus Martiis in Senatu L. Paullus Cos. pridie Idus Apriles Latinis esse constitutam diem dicit. Equidem hunc errorem scriptorum negligentia inductum arbitror, qui pro P R I D. legerunt perperam

Classis supplementum.

Persei regis conatus. L. Æmilius Cos. cum Cn. Octauio Pr. Roma abijt in prouinciam. Diary antiquissimi fragmentum.

Liuij locus.

scripseruntque PR. ID. & reliquum KAL. tamquam superfluum expunxerunt. Pridie namque Kalendas Apriles celebratas Latinas; postridie verò, hoc est, Kalendis ipsis L. Paullum Cos. & Cn. Octauium in Macedoniam profectos, tradit Diarij illius antiqui, cuius iam memini, fragmentum: quod studiosus antiquitatis lector ne deideret, ipsum qualecumque est subijcere volui. Confert enim non modicum ad historiae eius anni reipublicaeque cognitionem: formamque monstrat, qua tam Senatus quam populi diurna acta priscis illis saeculis confici, in tabulasque referri, ac publicari solebant. Quod ipsum ut etiam tum fieret in primo Consulatu suo, & Iulium Caesarem instituisse, Suetonius auctor est. Diaria vocat tales tabulas Gellius, Diurna Cornelius Tacitus; Graeci Ephemeridas appellant. Fragmentum ad huius anni acta pertinens, quod, ut dixi, a D. Sufio accepimus, est tale:

Vtinam & nostro saeculo principes populorum idem curarent.

V. K. APRILEIS.

FASCES. PENES. AEMILIVM.

BENE. MANE. SACRIFICAVIT. AD. APOLLINIS.

OVE. FECIT. LAVREATVS

HORA. OCTAVA. SENATVS. COACTVS. IN. HOSTILIA.

S. C. FACTVM. EST. VTI. PRAETORES. EX. SVIS.

PERPETVIS. EDICTIS. IVS. DICERENT.

Q. MINVCIVS. SCAPVLA. ACCVSATVS. DE. VI.

A. P. LENTVLO. APVD. CN. BAEBIVM. PR. VRB.

DEFENSVS. A. C. SVLPICIO.

SENTENTIIS. CONDEMNATVS. XV.

AMPLIATVS. XXXIII.

*S. C. de in-
visitatione
Praetorum.*

*Iudicium de
vi priuata.*

IV. K. APRILEIS.

FASCEIS. PENES. LICINIVM.

FVLGVRAVIT. TONVIT. ET. QVERCVS. TACTA. IN.

SVMMA. VELIA. PAVLLVM. A. MERIDIE.

Prodigia.

Rixa.

RIXA. AD. IANVM. INFIMVM. IN. CAVPONA. ET.

CAVPO. AD. VRSVM. GALEATVM. GRAVITER

SAVCIATVS

*Lanij mul-
casi.*

C. TITINIVS. AED. PL. MVLCAVIT. LANIOS

QVOD. CARNEM. VENDIDISSENT. POPVLO

NON. INSPECTAM.

*Laverna Dea
cella ad Tella-
buris.*

DE PECVNIA. MVLCATITIA. CELLA. EXSTRVCTA.

AD TELLVRIS. LAVERNAE.

III. K. APRILEIS.

FASCES. PENES. AEMILIVM.

LAPIDIBVS. PLVIT. IN. VEIENTI.

POSTVMIVS. TRIB. PLEB. VIATOREM. MISIT.

AD. COS. QVOD. IS. EO. DIE. SENATVM.

NOLVISSET. COGERE

INTERCESSIONE. P. DECIMI. TRIB. PLEB.

RES. EST. SVBLATA.

*Actio Tribu-
ni plebis ad-
uersus Con-
sulem vana.*

Q. AVFIDIVS. MENSARIVS. TABERNAE. ARGENTARIAE.

AD SCVTVM. CIMBRICVM. CVM. MAGNA.

VI. AERIS. ALIENI. CESSIT. FORO.

RETRACTVS. EX ITINERE. CAVSSAM. DIXIT.

APVD. P. FONTEIVM. BALBVM. PRAET.

ET. CVM. LIQVIDVM. FACTVM. ESSET. EVM

NVL-

P. Fonteius // f. // n. Balbus. Hispaniam. fortitus. obtinuit. iij. Non. Aprilis, priusquam iret in prouinciam, de pecunia credita extra ordinem ius dixit, in causa Q. Aufidij mensarij, qui cum magna vi aris alieni profugus ex itinere retractus, æs totum in solidum soluere iussus est: Diarium vrbatum, Liuius.

Foro cedens mensarius ex fuga retractus damnatus.

Ædiles. curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M. Claudius * M. f. M. n. * Marcellus. Cn. Domitius. Cn. f. L. n. Ahenobardus.

Extant veteres argentei denarij cum nomine, CN. DOMITI. quos ad impensas Ædilitatis cusos esse demonstrant impressæ notæ: spica nimirum retro Romæ galeatæ caput, quod annonæ vilitatem & copiam procurarit. In altero latere, sub Victoriæ biga, videtur bestiarius venabulo leonem, feramve similem insipientem excipiens. Quibus notis euulgari voluit, quod ludis suis Ædilitiis insignem venationem dederit: & quidem ex suo priuato, non publico sumptu, nisi fallor, cum S. C. nota non adfit. Sic eius rei memoriam in moneta sub suo nomine promulgare voluit: quod postea frequens & vsitatum valde fuit, vt sequentes docebunt Annales. Iam enim increbrescente cum vrbis opibus magnificentia, sicut ex Liuiio in anni superioris Ædilitate diximus, venationes tunc primùm dari cœperunt: quas mox ambitiosi homines, aurę popularis captandæ causâ, suis impensis in tam insanas excitarunt prodigalitates, vt Senatufconsultis ac legibus difficulter compesci potuerint.

Numisma Domitij.

Ambitiose largitionis Ædilitium crescere incipiunt.

Ædiles plebis.

C. Titinius * P. f. Q. * nepos. Lanios multauit, quod carnem populo vendidissent non inspectam. Ex pecunia multatitia Lauernæ cellam ad Telluris extruxit: Diarium vrbatum.

//. // . f. // . n. // . C. Fannius. C. f. C. n. Strabo.

Tribuni plebis.

M. Muluium, Cn. Lellium, L. Sextilium iij. viros nocturnos, quod ad incendium in sacra Via ortum extinguendum tardius venerant, die dicta ad populum damnarunt: Val. Max. libro viiij. cap. i. Fragmentum Diarij meminit incendij.

Tremere nocturni ob negligentiam damnati.

* L. * Postumius * L. f. L. n. Tumpanus * Ad Cos. Æmilium iij. Kal. Aprilis viatorem misit, quod eo die Senatum noluisse cogere: Diarium vrb. populi Rom.

P. Decinius * C. f. // . n. Flauus * Actionem collegæ Postumij intercessione sustulit: Diarium vrbatum.

C. Tremellius * C. f * // . n. Flaccus. Senatus decreto de proroganda Censuribus potestate ad facta recta exigenda, operaque quæ locassent, probanda, quia lectus non erat in Senatum, intercessit: Liuius lib. XLV.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // .

Q. Poblicius * C. f * // . n. Bibulus. [L. Cincius. M. f. M. n. Alimentus.]

[Q. Ælius. P. f. P. n. Tubero] [Q. Lollius // . f. // . nepos.]

[Cn. Domitius. M. f. M. n. Caluinus] [P. Claudius P. f. C. n. Asellus]

M. Aufidius // . f. // . nepos.

Quæstores vrbani.

L. Manlius * L. f. L. n. Acidinus * Masgabæ Massaniæ regis filio Puteolis nauem egresso missus obuim cum pecunia, vt Romam eum publico sumptu perduceret: eidemque legatione perfecta, ex S. C. munera emere ex centum pondo argenti, & prosequi eum Puteolos, omnemque sumptum, quoad in Italia esset, præbere, & duas naues conducere, quibus ipse regulus comitesque in Africam deueherentur, & comitibus omnibus liberis seruisque vestimenta dare iussus est: Liuius lib. XLV. Eundem hunc Acidinum puto, quem inter Tribunos mil. ante biennium nominat Liuius, & illustrem iuuenem dicit libro XLII. vnde colligo L. Manlij Fuluiani filium fuisse, qui Cos. fuerat, & ex Prætura Hispaniensi ouationem retulerat.

Magnifica liberalitas Romana.

L. Ster-

*Amica hu-
manitas ex
ga socium re-
gem.*

Munera.

L. Stertinius * L. f. * // . nepos. Eius, ni fallor, filius, qui Procos. ante xxx. annos Hispaniam vltiorem obtinuerat. Cum muneribus Brundisium missus, quò Misagenes alter Massanisæ filius, dispersa in Adriatico classe, appulerat æger, cum à L. Paulo è Macedonia, post deuictum Persea, cum equitibus suis quos in auxilium à patre adduxerat, in Africam remitteretur. Iussus autem à Senatu Quæstor est, curare, vt ædes hospitiumque regulus sumptu publico, donec Brundisij esset, haberet; muneraque eidem emerentur, quæ data Romæ fratri eius erant: Liuius libro XLV. Valerius Max. lib. v. cap. i. filium hunc regis Massanisæ Musicanem appellat. In horum igitur altero error esse librarij videtur.

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . L. Paulli. Cos. in. Macedonia.
// . // . // . f. // . n. // . C. Craffi. Cos. in. Italia. & Gallia.
// . // . // . f. // . n. // . Cn. Octaui. Pr. in. Apulia. & ad. classem.
// . // . // . f. // . n. // . L. Anici. Pr. in. Illurico.
// . // . // . f. // . n. // . M. Æbuti. Pr. in. Sicilia.
// . // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Valerius L. f. P. n. Flaccus. Patre Consulari & Censorio natus, vt indicant Capitolina marmora, in quibus & ipse Consul postea recensetur.

T. Annius T. f. * T. n. * Luscus. Quem inter oratores recenset Tullius in Bruto; fragmentum Capitolinum Consulem prodit, & patrem eius fuisse T. Annium Prætorium, cuius antè meminimus.

L. Marcius C. f. C. n. Cenforinus. L. Cornelius. Cn. f. L. n. Lentulus. Lupus. Consulares ambo fuère. Simul etiam Censores extant in Fastis Capitolinis. Lentulum verò inter eloquentes sui temporis habitum fuisse, Tullius in Bruto scribit. Agnomen Lupi, ad aliorum differentiam Lentulorum eiusdem prænominis, adiectum Fastis, an ab euentu acceperit, rapacitatis conuictus, videndum. Nam repetundarum à populo post Consulatum damnatus fuit, vt dicitur.

Q. Marcius Q. f. // . n. Rex. Cuius patrem Tribunum pl. habuimus. Filius autem huius postea Cos. de Stoniis triumphauit, & appellatur in columnis triumphalibus, Q. Marcius. Q. f. Q. n. Rex.

[T. Claudius C. f. C. n. Canina]

Prouinciæ prorogatæ.

Cn. Seruilus. Cn. f. Cn. n. Capio. Procos. Italiam ac Galliam vsque in aduentum C. Licinij Cos. cui Romæ delectus cura mandata erat, obtinuit: à quo per litteras ex S. C. monitus, equites DC. conscripsit, & ad L. Paullum Cos. in Macedoniam misit: Liuius lib. XLIV.

P. Fonteius // . f. // . n. Capito. Propr. Sardiniam, cum successor C. Carbo Romæ ex S. C. detineretur, prorogato imperio obtinuit: Liuius libro XLV.

M. Marcellus ex Hisp. Romæ victor redit, manubias in ærarium refert.

M. Claudius M. f. M. n. Marcellus. Propr. Hispaniam donec P. Balbus successor aduenisset, obtinuit. Marcolicam nobilem urbem cepit, anni que extremo mense, scilicet Nouembri, Romam reuersus, decem auri pondo, & ad summam sestertium decies in ærarium rettulit: Liuius XLV.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Seruili. Procos. in. Gallia.
// . // . // . f. // . n. // . P. Fonte. Propr. in. Sardinia.
// . // . // . f. // . n. // . M. Marcelli. Propr. in. Hispania.
// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

[L. Æmilius. L. f. M. n. Lepidus] [C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta]
[L. Licinius. L. f. // . n. Pollio] [P. Curatius Sex. f. Sex. nepos]

ANNI P. R. C. DXXCVI.

Consules.

Q. AILIVS. P. F. Q. N. PAETVS. M. I V N I V S. M. F. M. N. P E N N V S.

CONSULEM & Prætorum comitia desiderantur in Liuij XLV. libro. Nominat tamen cum Mariano Q. Ælium, M. Iunium Coss. Cassiodorus & Obsequens adferunt Q. Ælium Prætum & M. Iunium: tabulæ Græcæ Prætum & Pennum. Meminit item Cicero Consul M. Iunij Penni, quem collegam Q. Ælij fuisse dicit in Bruto:

Q. Ælius, M. Iunius Coss. cum initio magistratus de prouinciis referrent; censuere Patres, duas prouincias Hispanias rursus fieri, quæ vna per bellum Macedonicum fuerat. Macedonia Illuricumque eisdem L. Paullum & L. Anicium obtinere; donec de sententia legatorum res bello turbatas, & statum alium eius regni formando, composuissent. Consulibus nouis Pisæ & Gallia decretæ cum binis legionibus peditum, & equitibus quadringentis. M. Iunio Pisæ obuenerunt, Ælio Gallia: Liuius lib. XLV.

Decem legati ex Senatu in Macedonia, & quinque in Illuricum decreti, ex quorum consilio, rebus vndique compositis, imperatores S. P. Q. R. nomine Macedonas & Illurios, qui sub Regibus fuerant, liberos esse, & tributum dimidium, quod ferre soliti erant, pendere quotannis iuberent. Legationes omnium ferè populorum & Regum ad gratulationem victoriæ Romam concurrentes, M. Iunius Cos. in Senatum duxit. Ex his Rhodiorum legatis, quorum animi eo bello suspecti fuerant, ita responsum, vt nec hostes iudicarentur, nec socij permanerent: In præsentia deducere ante certum diem ex Lycia Cariaque Præfectos & præsidia iussi sunt. Consules eo anno Ligurum agro tantum populato, cum hostis non prodiret, nulla re memorabili gesta, Romam ad magistratus subrogandos redierunt. Vide Liuium libro XLV. Plutarchum in Æmilio, Velleium, Iustinum, & alios.

Prætores.

Q. Cassius L. f. Q. n. Longinus. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Ex Senatus decreto ipse, & M. Iuuentius collega, quanta dona Ap. Claudio, M. Sempronio Coss. ob deuictum Antiochum regem data essent, tanta ad omnia deum puluinaria ob victoriam de Perse & rege Gentio regibus dari curarunt. Imperatoribus ex Macedonia & Illurico reuerfis, ex Patrum auctoritate Q. Cassius Prætor cum Tribunis plebis egit, rogationem ad plebem ferrent, vt iis, quo die triumphantes urbem inueherentur, imperium esset. Post triumphum L. Æmilij captiuos Macedonas in carcerem condidit. Persea regem cum Alexandro filio Albam in custodiam misit. Prusiæ regi Bithyniæ Romam gratulatum venienti Senatum dedit. Naualem ex Illurico prædam cccx. lembos de Gentio rege captos ex S. C. Corcyreis, Apolloniatis, & Durrachinis, dono dedit: Liuius libro XLV.

M. Iuuentius T. f. T. n. Thalna. Peregrinam. iurisdictionem sortitus obtinuit. Rhodios ad populum accusauit, quod aduersus Romanos cum Perse rege consensissent; rogationemque promulgauit vt Rhodiis bellum indiceretur, & ex magistratibus eius anni ad id bellum cum classe mitteretur, se eum sperans futurum esse. Rogatio eius intercessione Trib. pleb. sublata est; & Rhodiorum supplicum causam in Senatu plurimum adiuit M. Cato Maior, cuius oratio libro Originum v. ab ipso publicata fuit. Vide Liuium libro XLV. Pulchrè item multa citat ex M. Catonis incluta illa oratione A. Gellius in Noctib. Atticis libro VII. cap. III. eandemque defendit aduersus Censuram M. Tullij Tironis liberi Ciceronis. Quem locum videre, Lector, operæ pretium est.

Ti. Claudius * C. f. Ti. n. * Nero. Siciliam. sortitus obtinuit.

A. Manlius. A. f. T. n. Torquatus. Sardiniam sortitus erat, sed nequit in prouinciam ire, ad res capitales quærendas ex S. C. retentus: Liuius:

Cn. Fuluius * Q. f. // n. Gillo * Hispaniam. citeriorem.

C. Licinius // f. // n. Nerua. Hispaniam. vltiorem. sortiti obtinuerunt: Liuius libro XLV.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 M. Cornelius C. f. C. n. Cethegus. M. Valerius M. f. M. n. Messalla.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 Cn. Aufidius // . f. // . nepos. [L. Silius P. f. P. n. Nerua.]

Tribuni plebis

M. Antonius * C. f. M. * nepos. M. Pomponius * M. f. M. n * Matho.

*Rogationes
de bello pro-
mulgariæ
S. C. Aebat.*

*Vitium in-
tercessionis.*

Rogationi Iuuentiæ aduerfati intercefferunt, quòd nouo maloq̃ exemplo de fua vnus fententia Prætor, non antè confulto Senatu, non Confulibus certioribus factis, legem de bello Rhodiis inferendo ferret: cùm antea priùs femper Senatus de bello confultus effer, deinde latum ad populum. Accufabat rurfus Tribunus Prætor, & vitium interceffionis monftrabat: quòd ante tempus intercedendo, priuatis fuadendi legem difluadendiq̃ poteflatem non feciffent. Vide Liuium libro xlv. qui item à M. Antonio Trib. plebis concionem datam L. Paulo Procos. refert paucis diebus poft triumphum, vt de fuis rebus geftis more ceterorum Imperatorum differeret.

*Rogatio de
triumphan-
tium impe-
rio Sempro-
nia.*

*Summa petit
medijs in-
tis inuidia,
vt ait Liuius.*

Ti. Sempronius * Ti. f. Ti. n. Longus *. Ex auctoritate Patrum rogationem in Capitolio ad plebem tulit, Vti L. Paulo Procos. L. Anicio & Cn. Octauio Propr. quo die urbem triumphantes inueherentur, imperium effer. De Anicij Octauijq̃ triumphis nihil dubitatum. Paulo inuidia & obtreftatione Ser. Galbæ Trib. mil. negotium factum, qui ob feuerius exactam difciplinam, & prædam ex tantis regis opibus diuifam parcius, imperatori offenfus exercitus Macedonici milites ad antiquandam de Paulli triumpho & imperio rogationem impuliffet, nifi principum ciuitatis auctoritas & concursus in Capitolium obftitifset, facinus indignum effer clamitantium, tantæ victoriæ præmium Paulum fpoliari, & obnoxios imperatores tradi licentiæ & auaritiæ militari. Horum igitur confenfu, ac inprimis M. Seruilij Confularis oratione mota plebs, L. Paulo imperium, quo die triumphans inueheretur, decreuit; Liuius, & Plutarchus in Paulli vita.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // .

L. Bæbius * L. f. // . n. Diues *

C. Appuleius * L. f. P. n * Saturninus.

[M. Porcius M. f. // . n. Læca.]

[M. Cofconius M. f. // . nepos]

A. Antonius * C. f. M * nepos

[P. Rutilius. P. f. // . n. Rufus]

[M. Curius M. f. M. n. Dentatus]

Quæftores vr bani

* bis denum
fortè.

Legatis Thracum regis Cotyis munera ex S. C. dedere, in fingulos * binum milium aris: Liuius.

*Prufia regi
Bithynia Ro-
mã venienti
honores exhibi-
bit.*

L. Cornelius * L. f. P. n * Scipio * Afaticus * Hunc Quæftorem P. Cornelium Scipionem appellant Valerij Maximi exemplaria, fed annorum interftitium fubindicat, L. Scipionis Afatici filium potiùs fuiſſe. Quare latam librariorum negligentiam Valerium à Liuiò variatſſe veriſimile videtur, qui L. Cornelium nominat. Capuam ex S. C. miſſus eſt, vt Prufiam Bithyniæ regem Romam deduceret, cui ædes Romæ, quæ ipſum comiteſq̃ eius benignè recipent, conduxit. Munera item ipſi Regi diſceſſuro, filioq̃ Nicomedi ampliffima dare, nec ab eo diſcedere, fed ſumptus ipſi comitibusq̃ ex publico præbere, donec nauem conſcendiſſet, iuſſus eſt: Liuius libri xlv. fine. Val. Max. lib. v. cap. primo, Eutropius lib. iv.

//. // . f. // . n. // .

Quæftores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . Q. Pæti. Cos. in. Gallia.

//. // . f. // . n. // . M. Penni. Cos. Piſis.

//. // .

- // . // . // . f. // . n. // . Ti. Neronis. Pr. in Sicilia
 // . // . // . f. // . n. // . Cn. Fului. Pr. in Hispania. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Neruæ. Pr. in Hispania. vltiore.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Q. Fuluius M. f. M. n. Nobilior. Hic M. Nobilioris, qui Cos. Cens. fuerat, & de Ætolis triumphauerat, filius alter. Iam ante decennium prætextatus III. vir Epulo, patre adhuc Censore, cooptatus fuerat, vt ex Liuij XL. libro nobis constat. Laudat eum in Bruto Tullius à litterarum studiis & eloquentia, sicut postea dicemus opportuniore loco; nam Consulem & Censorem adducemus.

* P * Licinius. // . f. // . n. Murena. Gentis Liciniæ Murenarum familiam amplam Lanuuiio municipio oriundam esse testatur Cicero in oratione pro L. Murena, quem Consulem designatum Consul ipse defendit ambitus accusatum à M. Catone, & aliis. In qua oratione proauum illius rei Murenæ cum auo & patre triumphali Prætorios omnes affirmat fuisse. Quorum magistratus ordine temporum ad annos suos si reducere velimus, hoc quasi tempore proauum eius Licinium Murenam, de cuius prænomine nil certi nobis constat, Quæsturam gessisse possumus opinari.

C. Afranius * C. f. // . n. Stellio * Patre Prætorio natus. Et huius fortè meminit Liuius libro XLIII. in Macedonia militantis ante biennium.

P. Porcius P. f. // . n. Læca. Et huius pater III. vir Epulo primus, & Prætor fuerat.

M. Tuccius M. f. // . nepos. Filius M. Tuccij, qui III. vir coloniarum deducendæ fuit, & Prætor, vt ex Liuiio demonstrauit.

M. Heluius. M. f. P. n. Blasio. Cuius pater ex Prætura ouationem ex Hisp. citeriore retulerat.

[Q. Fulcinius M. f. C. n. Trio.]

Prouinciæ prorogatæ.

L. Æmilius L. f. M. n. Paullus. Procos. Macedoniam prorogato imperio. obtinuit. Cum decem legatis Amphipoli conuentum habuit, ac in tribunali con-
 dit, Macedonas liberos esse iussit habentes vrbes easdem, agrosque vtentes legibus suis, Macedonum libertas Amphipoli publicata.
 annuos creantes magistratus, sed tributum, dimidium eius, quod pependissent Regibus, vt penderent pop. Rom. Deinde in quatuor regiones Macedoniam diuisit, capitaque Macedonia regnum in quatuor regiones diuisit. Quatuor regionum capita.
 nominauit vrbes quatuor, in quibus concilia sua cuiusque regionis indicerentur, pecuniæ conferrentur, & magistratus crearentur. Erant autem, primæ regionis Amphipolis, secundæ Theſſalica, tertiæ Pella, quartæ Pelagonia. Prohibuit denique connubia extra fines regionis suæ quemquam facere, sale inuecto vti, metalla auri vel argenti exercere, & naualem materiam cedere. Regionibus verò, quæ affines barbaris essent, vt in finibus extremis armata præſidia haberent permisit. Omnibus autem exercere ferri atque æris metalla, liberum esse voluit: sed vectigal exercentibus dimidium eius impositum, quod pependissent Regi. Legibus deinde Macedoniae datis, rebusque passim constitutis, vt seditiosis liberaret prouinciã, omnes principes Macedonum qui vniquam in aliquo ministerio regio fuerant, vel partibus regis fauerant, sub mortis pœna iussit cum liberis, maioribus quam xv. annos natis, Macedoniae excedere, atque in Italiam ire. Postremò ludis epulisque magno apparatu datis, cum exercitu ex itinere profectus, Illurici & Epiri oppida septuaginta, quæ Perſea bello iuarant, dimissis vndique cohortibus, vno die in hoc designato, militibus in prædam dedit. Quæ tanta fuit, vt in equitem quadringenti denarij, in peditem ducenti diuiderentur. Centum quinquaginta milia capitum humanorum eodem die in seruitutem abducta, & muri direptarum vrbiũ diruti sunt. Paullus postea ad mare Oricum descendit, exercituque in naues imposito, in Italiam traiecit: Liuius libro XLV. Plutarchus, Appianus in Illyrica, & alij. Rebellionis ac seditiosum faces extinctæ. Ludorum in discessu magnificentia. Oppida LXX. militibus in prædam data.

C. Licinius C. f. P. n. Crassus. Procos. Galliam Cisalpinam prorogato imperio habebat, sed inter decem Macedoniae legatos nominatus prouinciã successori Q. Ælio Consuli tradere iussus est: Liuius XLV.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. Propr. Apuliam & classem prorogato imperio obtinuit, Demetriade Amphipolim ad conuentum Macedoniae vocatus, quæ S. P. Q. R. & L. Paullus Procos. ex decem legatorum sententia decreuisset, concioni Macedonum Græco sermone rettulit, rebusque in prouincia constitutis, cum præda regia classi imposta Romam nauigauit: Liuius XLV. Plutarchus in vita L. Paulli.

P. Fonteius // . f. // . n. Capito. Propr. Sardiniam, successore Manlio Romæ detento, obtinuit: Liuius libro XLV.

L. Anicius L. f. M. n. Gallus. Propr. Illuricum prorogato imperio obtinuit. Illurico in potestatem redacta, præfidiisque firmata, Epirotis qui Persei rebus studuerant, bellum intulit, plurimisque oppidis partim vi partim deditione receptis, regressus in Illuricum Scodra, quò quinque legati Româ venerant, euocatis ex tota prouincia principibus, conuentum habuit. Ibi de concilij quinque legatorum sententia pro tribunali pronuntiauit, S. P. Q. R. Illurios esse liberos iubere, præfidia ex omnibus oppidis, arcibus & castellis se deducturum: non solum liberos, sed etiam immunes fore Issenses, Taulantinos, Dassaretios, aliosque populos, qui incolumi Gentio rege ad Romanos defecissent: ceteros Illurios vectigal dimidium quod Regi pependissent, daturus. Inde, in tres partes Illurico diuisa, in Epirum Passaronem ad hiberna rediit: Liuius lib. XLV.

Epirotæ bello subacti.

Illuriorum libertas publicata.

Qui populi immunes à tributo & vectigalibus.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

// . // . // . f. // . n. // . L. Paulli. Procos. in Macedonia.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Octaui. Propr. in Apulia. & . ad. classem.

// . // . // . f. // . n. // . L. Anici. Propr. in Illurico.

// . // . // . f. // . n. // . P. Fonte. Propr. in Sardinia.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

L. Valerius L. f. P. n. Flaccus. L. Marcius C. f. C. n. Censorinus.

L. Cornelius Cn. f. L. n. Lent. Lupus. [C. Aurelius C. f. C. n. Cotta]

[Q. Aulius. M. f. M. n. Cerretanus]

L. AIMILIVS L. F. M. N. PAVLLVS. II. PROCOS. A. DXXXCVI.
EX MACEDON. ET REGE. PERSE. PER. TRIDVVM.

IIII. III. PRIDIE. K. DECEM.

Confecto Macedonico bello, & rebus in Græcia Macedoniaque ex Senatus sententia & decem legatorum consilio compositis, L. Æmilius Procos. prædam omnem regiam classi impositam Cn. Octauium Romam deuehere iussit. Ipse, cum exercitum in Italiam traiecisset, regia naue ingentis magnitudinis, quam sedecim versus remorum agebant, ornata spoliis Macedonicis armorum insignium, & regiiis ornamentis aduerso Tiberi ad urbem est subuectus, completis passim ripis obuiam effusa multitudine. Paucos post dies L. Anicius & Cn. Octauius Prætores classe sua aduecti sunt etiam. Tribus iis omnibus triumphus ab Senatu est decretus, latumque ex auctoritate Patrum ad plebem, Ut iis, quo die triumphantes in urbem inueherentur, imperium esset. Inter pulcherrimos, quos Roma vidit triumphos, hic L. Æmilij quoque fuit ex Macedonia & rege Perse, cuius spectaculo triduum impendit. Quarto Kal. Decemb. signa, tabulæ, colossi ducentis quinquaginta vehiculis transuehebantur. Tertio Kal. Decemb. Macedonum ornatissimæ galeæ, scuta, thoraces, ocreæ, peltæ, sarissæ, cetræ, pharetræ Cretenfens, Thracensque, & alia omnis generis arma curribus traducta sunt. Pecuniæ item regiar, vasæque ex auro, argento, ære & ebore fabrefacta transportata sunt. Pridie Kal. Decemb. hostiar primùm traductæ sunt, boues videlicet auratis cornibus centum viginti, aurum deinde signatum in vasis LXXVII. aureis, vasa item regia Antigoniam, Seleuciam, Thericleam, & Persei ipsius, phialaque Æmilij aurea decem talentorum, quam gemmis ornauerat. Currus posthæc Persei cum armis & ornamentis regiiis, quem sequebantur liberi regis, duo filij, & vna filia, cum matre, & omni alumnorum & pædagogorum turba: item Bithus Cotyis regis filius. Post hos Perseus ipse pullo amictus, catenis onustus, ad omnia trepidus & stupens: illi proxima purpuratorum, & amicorum, familiariumque turba ingens ducebatur. Coronas deinde aureas quadringentas transfulerunt à ciuitatibus Græciæ donatas. Ipse postremò Paullus in curru vectus ornatissimo, magna cum dignitate alia corporis tum senectæ ipsa dignitatem præ se ferens. Sequebantur currum inter alios nobiles filij eius duo, quos in adoptionem dederat, Q. Maximus & P. Scipio. Equites deinde turmatim, & peditum cohortes suis ordinibus subsequebantur, carmina militaria more solito canentes. Liuius ex Valerio Antiæ summam omnem captiuæ auri argentiq; in hoc triumpho translatis h. s. milies ducentis fuisse tradit; quæ haud dubiè maior, inquit, aliquanto ex numero plaustrorum, ponderibusque* generatim ab ipso scriptis efficitur. Et ita videtur etiam intelligendus Velleius, ubi bis milies centies h. s. arario L. Paullum contulisse scribit: Suidas in L. Æmilio sena talentorum milia auri argentiq; in ipso regio

Naue Persei regis ornatis.

Prætorum classis.

Triduanus triumphus L. Æmilij Paulli Procos.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

IV. K. Dec. Ornamenta transuacta.

III. K. Dec. Arma, argenti.

Summa manubiarum auri argentiq;.

** Ipeiatim f. rectius.*

thelau-

thesauro capto, præter alias opes & copias reperta fuisse refert. Plinius libro xxxiii. cap. 111. L. Æmilium Paullum memorat, deuiçto Perse, intulisse in ararium auri prædam trium milium pondo: & exinde populum Rom. tributum pendere desiisse. Idem refert Plutarchus, tantum auri argentiq̃e Paullum retulisse in ararium, vt nullum tributum solui à ciuibus opus fuerit, vsque ad Hirtium & Pansam Coss. & Augusti tempora. Comprobat idem Cicero off. lib. 11. prædicans abstinentiam Æmilij: Omni, inquit, Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potius est Paullus. Tantum in ararium pecuniæ inuexit, vt vnus imperatoris præda finem attulerit tributorum, at hic nihil in domum suam intulit præter memoriam nominis sempiternam. Post triumphum militibus dedit ex præda in singulos pedites centenos denarios, duplex centurioni, triplex equiti. Q. Ælio Tuberoni genero suo virtutis causa quinque pondo argenti, in cuius domo nullum antè argenti scrupulum fuerat visum, vt Valerius Max. auctor est libro 1v. cap. 1v. Triumphus eius descriptio in Liuij xlv. libro, maiore ex parte intercidit: quæ verò desiderantur, ex Plutarcho, L. Floro, Velleio, Zonara, Orosio, & Eutropio concinnari, vt vides, possunt. Meminere eiusdem triumphus Cicero Catilinaria quarta, & aliis passim locis, Val. Max. libro v. cap. x. Auctor de viris illustribus in Paulli vita, illud addens, à Senatu populoq̃e eidem concessum fuisse, vt ludis Circensibus triumphali veste vteretur. Et hic secundus triumphus L. Æmilij fuit ex Fastorum Romanorū sententia, quum priore eius in Consulatu de Liguribus triumphasset. Quos duos tantummodò triumphos agnoscunt etiam Liuius & Auctor de viris illustribus Sex. Aurelius Victor. Velleius tamen Patriculus in Prætura quoque triumphasse, si modò correctus est liber, videtur insinuare his verbis libro priore vbi de bello Persico: Tum S. P. Q. R. inquit, L. Æmilium, qui & Prætor & Consul triumphauerat, virum in tantum laudandum in quantum intelligi virtus potest, Consulem 11. creauit. Et sanè tres huius Æmilij triumphos supputasse quosdam, ex denario argenteo Paulli Lepidi, postea sub Augusto cusi, perspicuum est: in quo Perseus extat vincis à tergo manibus cum duobus filiis Philippo & Alexandro, vt eos Liuius nominat libro xlii. Astat Consul togatus, ad trophæum erectum affigens clypeum, cui suprâ inscriptum, T E R. subter verò, P A V L L V S. Me quoque vidente marmor erutum fuit Romæ in comitio ante aliquot annos, idem comprobans, cum his litteris, & in Capitolio positum:

L. AEMILIVS L. F. PAVLLVS
COS. II. CENS. AVGV
TRIUMPHAVIT. TER.

CN. OCTAVIVS. CN. F. CN. N. PRO. PR. AN. DXXXVI.

EX MACEDON. ET. REGE. PERSE. NAVAL. EGIT. K. DEC.
Postridie quàm L. Æmilij triumphauerat, Kal. quippe Decembris, Cn. Octavius classis Præfectus de eodem rege Perse naualem egit, sed sine captiuis & spoliis. Dedit focis naualibus in singulos* septuagenos quinque, gubernatoribus duplex, magistris nauium quadruplex, vt auctor est Liuius libro xlv. Huc etiam spectant denarij argentei cum Romæ capite & anchora, à quorum altera parte rostrata nauis septiremis in corona laurea sculpta est cum titulo, CN. OCTAVI. PRO. PR. EX S. C. In tali namque Prætoria nauis regem Persem cum liberis & pecunia regia captiuum ex insula Samothracia transfuexerat Romam ad triumphum. Sed ne prætereamus Velleium, Quo anno, inquit, L. Paullus nobilissimum Regem in triumpho duxit, Octauij Prætoris naualis, & Anicij regem Illuriorum Gentium ante currum agentis, triumphus fuere celebres. Plinius libro xxxiv. cap. 111. memorat Cn. Octavius, qui de Perse rege naualem triumphum egit, fecisse porticum duplicem, quam à capitulis æreis Corinthiam appellarunt. Eandem combustam, ab Augusto postea fuisse resectam, memorix prodidit Sex. Pompeius libro xiii. mentionem quoque faciens eiusdem triumphus. Sed ad ipsum Auctorem te remitto, nam lectu dignus est locus, cuius in Ædilitate eius meminimus.

L. ANICIVS. L. F. M. N. GALLVS. PRO. PR. DE. REGE. AN. DXXXVI.
GENTIO. ET ILLVRIEIS. QVIRINALIBVS.

L. Anicij Gallus Propr. xiii. Kal. Martias, ipsis Quirinalibus triumphauit de rege Gentio Illuriisque. Cuius triumphus quamuis magnificentia, spoliis, rerum gestarum victoriæve fama, non comparandus videretur Macedonico Paulli triumpho: per se tamen intuentibus non erat contemnendus. Perdomuerat enim intra paucos dies terramariq̃e ferocem, locisque munitis audacem Illuriorum gentem, & Regem cum omni stirpe ceperat. Transtulit in triumpho multa militaria signa, spoliaque omnia & suppellecti-

Donatium
Paulli.

Q. Tubero
gener Paulli
parcus &
fugalis.

Paulli honos
additus ludis
Circensibus.

* 11. secundus
Consulatus
desit in ex-
emplaribus.
Ter trium-
phasse L. Paul-
lum, denarij
& marmora
antiquate
stantur.

Donatium
Cn. Octauij.
Denarij
triumphales.
Prætoria nauis
Cn. Octauij.

Octavia por-
ticus Corin-
thia.

Triumphus
Macedonico
non compa-
randus.
Compendiosa
eius victoriæ.
Manubia
translata.

leſtilem regiam: auri item pondo xxvii. argenti xix. denarium tria milia, & cxx. Illurici argenti. Ante curram duxit Gentium regem cum coniuge & liberis, fratremque eius Carauantium, & alios multos nobiles Illurios. De præda militibus in ſingulos dedit quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex equiti: ſociis nominis Latini, quantum ciuibus, & ſociis naualibus, quantum militibus. Latior hunc triumphum ſequebatur miles, multiſque dux ipſe carminibus eſt celebratus. Lembi ex præda Illurica cxx. Corcyreis, Apolloniatis, & Durrachinis ex S. C. diſtributi ſunt. Hæc ferè Liuius in ſine libri XLV. De eodem triumpho nonnulla quoque memoria prodidit Athenæus in Sophiſtarum conuiuio, libro XIV. cap. III. L. Anicium Romanorum Prætorem, qui Illurios ſubiugauit, captiuumque duxit Gentium Illyriorum regem vnà cum eius filiis, ludos Romæ Victoriales edidiſſe narrans ex Polybij xxx. conuocatis paſſim ex Græcia ſcænicis artiſtibus celeberrimis, quos ibidem nominat Athenæus, & ex eodem Polybio ludos ipſos diſſuſius deſcribit, vt hæc ea repetere foret ſuperfluum. Meminerunt huius triumphi item Velleius, Eutropius, & Appianus in Illurica. Cuſi in huius triumphuſum videntur fuiſſe bigati denarij argentei, cum Veneris Viſtricis capite laurea coronato: hoc enim inſignuar titulus inſcriptus, L. ANICI. L. F. GALLVS. PRO. PR. EX. S. C.

Donatium.

Prædanaualis ſocij vicinis Illurico donata.

Ludi ſcænicj Victoriales.

Denarij triuſphales.

ANNI P. R. C. DXXCVII.

Conſules.

C. SVLPICIVS. C. F. C. N. GALLVS M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS.

Obſequens corrigendus.

P. Terentij Comædia Roma ludis ſcænicis exhiberi cœperunt. A. ædilyua propter deſectum Liuij, ſe opus imperfectum.

Eumenis Aſia regis reſpuſa. * hoſtis in manuſcripto. * in comitio in vulgatis mendosè. Galli & Ligures victi. Prodigium rarum.

CONSVLES ſubſequentur apud Liuium M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius Gallus: in tabulis Græcis, Gallus & Claudius: in Caſſiodoro, M. Claudius & C. Sulpicius: licet mendosum M. Claudij nomen habeatur in vulgatis exemplaribus. Benè Marrianus M. Marcellum, C. Sulpicium ſuggerit. Iulius Obſequens eius anni prodigia multa referens, M. Marcellum, P. Sulpicium Coss. memorat: ſed C. Sulpicium eſſe debere, cum ex ſupraſcriptis Auſtoribus manifeſtum eſt, tum ex Plinio: nam hunc Sulpicium eundem eſſe docet, qui in Macedonia ſub L. Emilio Trib. mil. exercitui eccliſim prænuntiauit, cuius alios magiſtratus ordine ſuo recenſui. At rationem, inquit, defectus ſolis & lunæ primiſ Romani generis in vulgus extulit Sulpicius Gallus, qui Cos. cum M. Marcello fuit; ſed tum Tribunus militum, ſollicitudine exercitu liberato, pridie quàm Perſeus rex ſuperatus à Paulo eſt. Andria Terentij iuſdem Coss. primùm edita eſt ludis Megalenſibus, vt ex titulo Comædiæ colligimus. Sed magno deinceps deſtituimur præſidio, quòd ex Liuiana hiſtoria, præterquam Epitome vel breuiarium quoddam nihil nobis ſit reliquum. Laborabo tamen pro viribus in tâta antiquæ hiſtoriæ penuria, ne quid omittatur ex aliis Auſtoribus, quòd ad horum Annalium illuſtrationem pertineat: & vt cœpimus, minores etiam qui occurrent, magiſtratus per ſuos annos diſtribuemus: rogantes interim candidum Lectorem, vt boni conſular, ſi minùs certa, plena, & exquisita poſthac in medium producamus.

M. Marcello Gallia, C. Sulpicio Ligures obuenerè, vt ex Liuiano Compendio colligimus, Eumenis Aſiæ rex Romam verſus veniebat, de victoria Macedonica gratulandi cauſa; ſuſpectus alioquin Romanis, quòd medium ſe geſſiſſet, partibus regiis fauiſſe viſus. Igitur ne aut * inimicus iudicatus videretur, ſi exclusus eſſet, aut liberatus crimine, ſi admitteretur: lex * in commune lata eſt, ne cuiquam Regum Romam venire liceret. Claudius Marcellus Cos. Alpinos Gallos, C. Sulpicius Ligures ſubegit: Liuius, vt libri XLVI. Epitoma. Iulius Obſequens etiam hiſ Coss. Ligures & Gallos deletos ſcribit: & cum comitia in annum ſequentem ambitioſiſſimè fierent, & ob hoc Senatus in Capitolio haberetur, miluus volans muſtelam raptam de cella Iouis in medio conſeſſu Patrum miſit. Vrbe luſtrata, pax domi foriſque fuit. Hæc ex Obſequentè libuit aliquantò correctiùs, quàm in vulgatis habentur, adijcere.

Prætoreſ.

..	f.	..	n.	..	Urbanam	} iuriſdictiones.
..	f.	..	n.	..	Peregrinam	
..	f.	..	n.	..	Siciliam	
..	f.	..	n.	..	Sardiniam	

//. // . f. // . n. // . Hispaniam citeriorem
 //. // . f. // . n. // . Hispaniam vltiorem
 Prouincias. fortiti. obtinuerunt.

L. Liuius * L. f. M. n. Denter * L. Appuleius * L. f. P. n * Saturninus.
 A. Licinius // . f. // . n. Nerua. P. Rutilius // . f. // . n. Caluus.
 P. Quinctilius * P. f. P. n * Varus. M'. Fonteius // . f. // . n * Capito *

Extremo quadagesimi quinti libri nominat hos Prætores Liuius, altero post Coss. die creatos dicens: prouinciasque his decretas duas vrbanas, duas Hispanias, Siciliam, ac Sardiniam: verum fortitio earum, cum reliqua sequentium librorum historia periit, vt quæ cuique Prætori prouincia fit adiungenda, incertum nobis sit.

Ædiles curules.

M. Fuluius M. f. M. n. Nobilior. M. Acilius M. f. L. n * Glabrio.
 Vt titulus Andriæ Terentianæ testatur. Edita namque scribitur M. Marcello, C. Sulpicio Coss. & acta ludis Megalensibus, M. Fulvio, M'. Glabrione Ædilibus curulibus: quibus antequam daret auctor Comœdiam, M'. Acilio admodum miranti eam domi recitauit, vt refert Suetonius in illustribus in vita Terentij, & ex eodem Eusebius in Chronico. Sed pro Cæcilio, Acilium in his Ædilem reponere. Non enim potuit esse Cæcilius Comicus poëta, cui recitare iussus est Terentius, vt falsus est opinione sua Petrus Crinitus, cum Cæcilius biennio prius, quemadmodum Eusebius etiam testatur, esset mortuus, L. Paulo II. & C. Crasso Coss. anno post Ennij mortem sequenti.

Andria P. Terentij populi data. Error detegitur in Suetonio & Petro Crinito. Cæcilius Comicus poëta.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . L. Anicius. L. f. L. n. Gallus. // . // . f. // . n. // . C. Sulpicius // . f. // . n. * Rufus *

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. // . // . f. // . n. // . C. Sempronius * Ti. f. Ti. n * Longus.
 //. // . f. // . n. // . Ti Sempronius // . f. // . n. Musca L. Næuius // . f. // . n. Balbus.
 [C. Virfanius. C. f. // . nepos] [T. Pedanius T. f. // . nepos.]
 [Sex. Staius L. f. L. nepos] [C. Numitorius. P. f. P. n. Pullus]
 [C. Fescennius L. f. L. nepos] [P. Sallonius C. f. C. n. Satra.]

Quæstores vrbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . C. Sulpici. Cos. in Liguria
 //. // . f. // . n. // . M. Marcelli. Cos. in Gallia
 //. // . f. // . n. // . Pr. in Sicilia
 //. // . f. // . n. // . Pr. in Sardinia
 //. // . f. // . n. // . Pr. in Hisp. citer.
 //. // . f. // . n. // . * Lucerinus *

L. Postumius. Sp. f. L. n. Albinus. Flamen Martialis inauguratus anno DXXXIV. vt Liuius annotauit libro XLV. Filium fuisse Sp. Albini Cos. a. V. DLXV. testantur Capitolini Fasti, in quibus & hic Cos. legitur, sicut suo loco constabit.

L. Licinius * L. f * // . n. Lucullus. L. Cornelius L. f * L. n * Merula.
 L. Merulam patre Prætorio natum, vt ex annorum interuallo colligimus, Ædilem curulem

rulem fuisse docebo. Lucullus hic Consulatum primus in domum suam intulit, cuius pater fuisse videtur L. Lucullus, quem Ædilem curulem anno DL1. suspitione peculatus infamatum ex Liuij libro xxx. diximus. Hunc autem auum fuisse L. Luculli qui de Mithridate triumphauit, Cicero testatur in Lucullo.

M. Acilius M. f. C. n. Glabrio. Cuius pater de Antiocho rege & Ætolis Procos. triumphauerat, vt ex Liuij & Fastis constat Capitolinis, in quibus & hic Cos. extat fuffectus in locum mortui. Clarus fuit & ante magistratus gestos, quod Romæ Pietatis ædem insignem ac celebrem in Olitorio foro, regione Circi maximi, absoluerit & dedicauit anno DLXXII. prius à Patre suo votam, quo die cum rege Antiocho ad Thermopulas depugnarat, qui eandem locarat ex S. C. In hac filius II. vir equestrem statuam auratam, quæ prima omnium in Italia * statuta aurata est, patris Glabronis posuit. Sic pulchrè Liuius libro XL. & ex eodem Val. Max. libro II. cap. v. additque statuam equestrem fuisse. Adfert Hubertus Goltzius in Fastis suis Consularibus huius Glabronis nummum aureum pulcherrimum cum Coronidis nymphæ capite, & Apollinis tripode: cui circumscriptum eius nomen, M. ACIL. M. F. C. N. GLABRIO. Ad vsum Quæsturæ forsan cufus est. Insignia respiciunt ad nominis originem, & ad Aciliorum gentilitia sacra, de quibus alibi plura.

*Pietatis ædes. Statua equestris aurata prima Roma. * Statua in vulgari habetur, superfluam & ineptam repetitione superioris vocis Nummus M. Glabronis.*

Q. Marcius * Q. f. L. n. * Philippus. Tribunus militum fuit in Macedonia ante biennium, vt Liuius libro XLIV. cum pater eius Cos. II. contra Persen bellum gereret. Nam filius videtur fuisse Q. Philippi L. f.

M. Manilius P. f. P. nepos. Consul sic in marmoribus Capitolinis descriptus est. Huius videtur esse nummus æreus artis elegantissimæ, cum naui rostrata, & Herculis clauigeri capite. Adfunt litteræ, M. MANILI. ROMA. M. Tullius in Bruto numerat hunc inter eius temporis eloquentes, ipsum non multò minùs prudenter quàm P. Scæuula, causas orasse dicens.

C. Ælius * Q. f. L. n. Tubero * Cuius pater Trib. plebis legem de coloniis Latinis tulerat, vt Liuius libro XXXIV. est auctor. Hunc autem Trib. militum in Istria militasse scribit idem lib. XLI.

Sex. Digitius * Sex. f. * // . nepos. Pater coronam muralem sub P. Africano Carthagine noua capta, meruerat, & per militiæ gradus etiam ad magistratus atque Præturam euectus, Hispaniam citeriorem anno DLIX. rexit, vt antè diximus. Hic eius esse videtur filius, qui Trib. militum anno DXXXIII. militauit in Macedonia, teste Liuij libro XLIII.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hispania. vltiore.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis // . // . f. // . n. // . Calenus
 [M. Heluius M. f. P. n. Blasio] [Q. Aulius M. f. M. n. Cerretanus]
 [Q. Fulcinus M. f. C. n. Trio]

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. COS. A. DXXXVII.
 De GALLEIS. CONTRVDIEIS. ET. LIGVRIBVS.
 // . // . // . TIBVSQVE // . // . INTERK.

C. SULPICIVS. C. F. C. N. Gallus. COS. ANN. DXXXVII.
 De Liguribvs. TAR // . // . // . RNEIS. X. K. MART.

Vtrumque Consulem huius anni triumphasse in magistratu, vno eodemque mense, scilicet Interkalarario, ex solo columnarum triumphalium fragmento Capitolino cognoscimus. Apud alios Auctores quos videre potuimus, de ea re nil annotatum reperimus; nisi quòd de bellis istis obiter pauca quædam annotarint Iulius Obsequens & Liuiana Epitome libri XLVI. At interkalatum fuisse superioris anni exitu, Liuius idem non præterit libri XLV. sine, qui addit, postridie Terminalia Kal. Interkalares fuisse, post designatos Consules & huius anni Prætores. Cum autè triumphales columnæ dicant, ante Kal. Martias Interkalarario mense Consules istos triumphasse, videntur ante Idus Martias consuetum diem Kal. Interkalaribus ipsis magistratum iniisse, propter subitam fortasse Ligurum rebellionem; & confecto breui bello, mox eodem mense triumphasse. Vel oportet vt opinemur, Liuium interkalationis illius tempus inter acta superioris anni perperam redegisse, quod in huius anni DXXXVII. exitu notari debebat, post designatos T. Manlium, Cn. Octauium Coss. ante sequentis anni historiam. Populorum deuictorum

Modus de tē. pore, quo Coss. magistratum iniunt, & bello res gesserint.

rum nomina, quæ in marmore detrita perierunt, ex sola coniectura supplere, mihi difficile est: quum inter alios vel Ligurum vel Gallorum populos, quorum apud veteres auctores mentio est, hos non reperiam. Contrubios quidem nominat Lilius non inter Gallos, sed inter Ligures. Alios obscuros admodum fuisse verisimile est. Et sanè de huiusmodi Ligurum populis triumphulos, vt paræ dignitatis, suggillat nonnūquam Cicero, Castellanorum triumphorum memoriam in antiquis argenteis nummis, C. Sulpicij nimirum, cum Victoria alata pectore tenens expressa, & ab altero latere cum quadriga triumphali, in qua stat ipse Consul, lauri ramum dextra tenens, cui subscriptum: C. SVLPICI. C. F. C. N. GALLVS. In aliis Romæ deæ caput est, & læurea corona in vno latere; in alio Victoria curiū triumphalem agitans & regens: sub quo visuntur characteres, M. MARCELLVS. ROMA.

ANNI P. R. C. DXXCIIX.

Consules.

T. MANLIVS. A. F. T. N. TORQVATVS. CN. OCTAVIVS. CN. F. CN. NEPOS.

CASSIODORVS, Marianus, Julius Obsequens, & Hecyræ Terentianæ titulus Cn. Octavius, T. Manlium Coss. produunt, tabulæ nostræ Græcæ, Torquatum & Cn. Octavius, sic & Cuspiniani, Octavius & Torquatum. M. Tullius refert de Finibus libro primo, T. Torquatum, qui Cos. cum Cn. Octavio fuit, filium proprium damnasse, quod Prætor Macedoniam avarè administrasset: de qua re suo loco plura dicemus. De Cn. verò Octavij hoc Consulatu, repete quæ in eius Quæstura retulimus ex Cicerone, qui & Philippica in Antonium nona de eodem sic: Cn. Octavij clari & magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit Consulatum, statuam videmus in Rostri. Caussam istius honoris suo loco postea declarabimus.

Pestilentia & fame sic laboratum in vrbe est, vt ex Sibullinis populis circa compita sacellaque operaturus sederit. In æde Penatium nocte sua sponte fores adaperatæ sunt, & lupi in Esquilis & colle Quirinali meridie apparuerunt, exagitatiq; fuerunt. Vrbe lustrata, triste nihil accidit. Hæc tantum ex huius anni actis adfert Iulius Obsequens, ex aliis nil reliquum nobis est, nisi quod ex Liuij Epitoma appareat, hoc item anno Prusæ regis Bithuniæ legatos Romam venisse conquestum de iniuriis Eumenis Asiæ regis, quod fines suos popularetur, quodq; cum Antiocho rege Suriæ contra populū Rom. conspirasset. quæ Liuius libro XLVI. Consulū provinciarū, Gallia & Ligures, vt suspicor, fuere.

Prætores.

U. U. U. f. U. n. U. Vrbanam. U. U. U. f. U. n. U. Peregrinam
U. U. U. f. U. n. U. * Quæstionem. ambitus. & rerum. capitalium *
Nam comitia creandorum magistratum ambitiosissima fuisse in hunc annum habita, superius ex Iulio Obsequente retuli.

U. U. U. f. U. n. U. Siciliam U. U. U. f. U. n. U. Sardiniam

U. U. U. f. U. n. U. Hispaniam. citeriorem

Prouincias. fortiti. obtinuere.

P. Cornelius. P. f. Cn. n. P. Cornelius. L. f. L. n.

Scipio. Nafica. Lentulus.

Collegæ fuerant ante quadriennium in Ædilitate curuli, & eodem anno ab hinc tertio Consules sequentur. Et quando simul item post Ædilitatem Tribuni militum cum L. Paulo Cos. vt auctor est Liuius, in Macedoniam iuerint, ante hunc annum procul dubio Præturam gessisse non videntur.

Cn. Domitius. Cn. f. L. n. Ahenobarbus. Qui Cos. cum P. Lentulo successit vitio factis Naficæ & Figulo, anno abhinc, vt dixi, tertio. Eius Præturæ locus antea non vacat, sine qua tamen ad Consulatum peruenisse non puto. Eundem verò post Ædilitatem inter decem legatos nominatum, ac in Macedoniam anno DXXCVI. profectum esse patet ex Liuij. Vnde reuersum anno superiore hanc Præturam petiisse verisimile est.

Ser. Sulpicius * C. f. Ser. n * Galba. Is qui L. Paulli triumphum impedire conatus fuerat.

M. Claudius * Q. f * U. n. Flamininus * C. Postumius * Sp. f. L. n. Albinus *

Ædiles curules.

Sex. Iulius. Sex. f. L. n. Cn. Cornelius. Cn. f. Cn. n.
Cæsar Dolabella.

Hecyra Terentiana primum acta.

Qui ludis Megalensibus Hecyram P. Terentij poetæ comœdiam his Coss. populo primum dedere, quemadmodum ex eiusdem Comœdiæ vetusta tituli inscriptione colligimus. Quæ cum in libris vulgatis per imperitos scriptores, immixtis litteratorum notulis, ac ordine turbato, sit mirificè vitiata, atque extet mendosissima; duxi operæ pretium esse, eandem ex antiquorum exemplarium fideli collatione correctiorem huc adferre, quò temporum ratio, atque historiæ veritas aliquantò magis elucefcet. Est autem talis:

HECYRA. P. TERENTIÏ. ACTA LVDIS. MEGALENSIB.
SEX. IVLIO CAESARE. CN. CORNELIO. DOLABELLA
AEDIL. CVRVLIVS. EGERE. L. AMBIVIVS. TVRPIO
L. SERGIVS. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDÏ. TIBIS.
PARIBVS TOTA. GRAECA. APOLLODORV. NON. EST.
PERACTA. CN. OCTAVIO. T. MANLIO. COS. RELATA
EST. L. AEMILÏ. PAVLLI. LVDIS. FVNEBRIBVS.
RELATA. II. EST. LVDIS * ROMANIS * Q. FVLVIO. L. MARCIO.
AEDIL. CVRVLIVS. EGERE. L. AMBIVIVS. L. SERGIVS.
ET. PERACTA EST. L. ANICIO. M. CETHEGO. COS.

Ter igitur in scœnam Romæ producta fuit, vt suis locis annotabo: nec auctor ipse hoc dissimulat, qui in Prologo huius Comœdiæ causas adfert, cum ageretur tertia vice, cur antè bis peracta non fuisset. Et primum quidem, Megalensibus iam dictis cum ageretur, introducta ab Ædilibus alia pugilum & funambuli spectacula non priùs visa, populum auertisse, conqueritur actor fabulæ. Cum deinde sequentibus annis Heautontimorumenus & Adelphi data populo placuissent, Hecyra denuò relata peragi rursus non potuit, vt anno abhinc quinto demonstrabimus.

Ædiles plebis.

Q. Voconius f. n. Saxa. P. Decimius * C. f. * n. Flauus.

Tribuni plebis.

C. Mamilius. Q. f. * C. n. * Turrinus. Qui. in. hoc. mag. Limetanus. appellatus. est. Extat sic ferè nomen eius in antiquis eleganterque cufis argenteis denariis, quorum insignia nobis indicare videntur, ipsum hunc C. Mamilium fuisse, qui legem de limitibus ex XII. tabularum lege iusta latitudine finiendis tulit. Vnde vulgò Limetanus vocari cœpit. Quod cognomen ad eius quoque filios & posteros profluxisse constat. Videntur in vno nummi latere diademata Iustitiæ deæ facies, & litteræ, E X. S. C. quæ produnt legem ex Senatus auctoritate ad populum latam esse: in altero nomen Tribuni legislatoris habetur, C. MAMILIVS. Q. F. TVRRINVS. in exteriore circulo: plani verò medij figuræ legem ipsam demonstrant. Est mensa quadripes Iustitiæ sacra inter arma eiusdem deæ, fasces videlicet & secures posita. In hac iacet aratrum, quo finalis limitum sulcus in agris terminandis duci solet. Quod instrumentum Iustitiæ deæ consecratum esse, lauri ramulus in stiuâ positus notat. Nam omnibus ferè sacris laurum veteres adhibere solent, quia noxas pellere, dæmones malos auertere, Genioque bono plantam hanc amicam & gratam esse, persuasum habebant. Pluribus hoc declarare superfluum hinc autumo, cum antiqua Romanorum monimenta nobis reliqua gentium vbique satis idem demonstrent, in quibus rei sacre nihil ferè videmus, sine lauri ramis aut coronis adiunctis expressum. Moris autem fuit antiquitus, & ex regia Numæ Pompilij lege sic manda-

Mamilia lex de limitibus. Antiqui denarij argentei argumentum in signo. Iustitiæ diademata facies. Mensa dea inter fasces & secures. Aratrum cum lauri ramo. Lauri virtus. Sacris rebus propria.

mandatum erat, vt in omnibus agrorum limitibus ritè designandis, & terminis legitime figendis adhiberentur sua sacrificia. Quin etiam, vt quotannis mensis Februarij exitu, scilicet vii. Kal. Martias, Terminalia celebrarentur, statoque die festo vicini apud ipsos agrorum suorum finales lapides conuenirent, sacrificia facerent, atque epularètur. Quos ritus eleganter describunt Ouidius Fastorum lib. 11. & Flaccus Siculus de agrorum conditionibus. Iam quatuor bacilli ante aratrum in eadem mensa per ordinem dispositi, vim ipsam Mamiliæ legis, atque eius argumentum repræsentare velle videntur. Non enim commodius aptiùve quinque pedum latitudo lege præscripta, quàm iter ad culturas accedens, vel circumactus aratri requirit, exprimi, atque oculis in tam angusto nummi campo subijci potuit, quàm quatuor paxillis bacillifve, qui in spatio dictæ latitudinis proportionatim defixi, dum singuli pedem à pede discernunt, & quartus binos vltimos pedes notat, iuste summam latitudinis absoluunt pedum quinque, vt schemate monstratur isto*. Lex autem Mamilia de linearum limitum modo, finibusque regundis lata, iubebat arbitrum finitorem vnum esse, limitibusque non minùs, quàm quinque pedum communium latitudinem præscribere, queis vsucapio numquam esset, vt olim xii. tabularum lege fuerat cautum. Meminit eius eleganter M. Tullius in primo de legibus Academicæ veteris ac nouæ, de boni mali que finibus controuersias excutiens, & ad easdem metaphoricòs iuris ac legum verba pulcherrimè traducens: Ex hac autem, inquit, non rerum, sed verborum discordia controuersia nata est de finibus: in qua quoniam vsucapionem xii. tabulæ inter quinque pedes esse noluerunt; depasci veterem possessionem Academicæ ab hoc acuto homine non finemus: nec Mamilia lege singuli, sed ex xii. tres arbitri fineis regemus. Sic ibi Cicero. In arbitrorum igitur numero discrepabat à xii. tabulis lex ista Mamilia. De modo quidem latitudinis causam hanc adfert Aggenius Urbicus in commentario de limitibus, ita: De fine lex Mamilia quinque aut sex pedum latitudinem præscribit, quoniam hanc vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri, quod vsucapi non potest. De eadem latitudine sic item Flaccus Siculus de agrorum conditionibus scribens, vbi de finalium arborum signatura: Signantur autem vtrisque, id est, ex vtraque possessione intra pedes quinos, vt legis Mamiliæ* commentationem habeant. Mentio legis istius frequens est apud veteres Iurisconsultos, Iulium Frontinum & alios, qui de finibus agrorum regundis scripsere. Et eandem in vsu mansisse, Romano imperio stante, per Italiam atque prouincias omnes, vel ad extrema Imperij tempora ex Imp. Constantini Magni, & sequentium, Valentiniani, Theodosij, Arcadij, & Honorij rescriptis cognoscimus. Quam hoc quidem tempore latam primùm fuisse non dubito; quo controuersias de finibus suis, prouinciæ, ciuitates, municipia, & coloniarum frequenter ad Senatum populumque Romanum reijcere cœperant.

Pompilia lex regia de finium consecratione. Terminalia dies sacer. Bacilli quatuor. Quinque pedum latitudinis nota.

* limes latitudo communis finis

* commentationem f. rescriptis.

- | | |
|---------------------------------------|--------------------------------------|
| [P. Curatius Sex. f. Sex. nepos] | [Q. Scantius M. f. Q. nepos] |
| [C. Pontificius M. f. M. nepos] | [M. Urbinius // f. // nepos] |
| [C. Tarquitius L. f. L. n. Flaccus] | [L. Tuccius M. f. // nepos] |
| [P. Sestius L. f. Q. nepos] | [L. Iulius L. f. // n. Sequetrus.] |
| [L. Cæditius Q. f. Q. n. Noctua] | |

Quæstores vr bani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinc.

- | | | |
|--------------------------------|---------------------------------|--------------|
| // . // . // . f. // . n. // . | } T. Manli. Cn. Octau. Coss. in | } * Gallia * |
| // . // . // . f. // . n. // . | | |
| // . // . // . f. // . n. // . | Pr. in. Sicilia. | |
| // . // . // . f. // . n. // . | Pr. in. Sardinia | |
| // . // . // . f. // . n. // . | Pr. in. Hisp. citeriore | |
| // . // . // . f. // . n. // . | Ostiens. | |

M. Fostlius. C. f. // . n. nepos. Sex. Poticius // . f. // . nepos. Collegas hos autè fuisse, denarius argenteus antiquus ostendit, eorum nominibus insignitus in hunc modum: M. FOSTLIVS. C. F. SEX. PO // . Sed quo in magistratu, vt in multis aliis item, non est annotatum. Procliuius igitur est opinari, Quæstores vrbanos hos simul fuisse, licet Quæsturæ nota non sit adiuncta: quod, vt vulgò satis erat notum, sapissimè in nummis prætermisum esse videmus. Lubenter autem magistratus quilibet, cui

Fostlij à Faustulo pastore Romuli Remij, genus ducere volebans.

cui erat monetaria cura mandata, nominis sui memoriam in noua pecunia propagare solebat, vt in omnibus ferè nummis ante monarchiam eius factum esse cognoscimus. Quemadmodum & hi duo collegæ iam adducti fecere. Quorum alter M. Fostlius, vt ambitioso illo sæculo moris erat, in numismate suo glyphicis notis originem suæ stirpis ostendere, & genus suum ab antiquissimo pastore Faustulo, Romuli ac Remi nutritore, deducere voluit, quem prisco nomine FOSTLVM, non Faustulum inscripsit, ab eodem FOSTLIAM gentem suam prognatam volens, quæ in Capitolinis Fastis sine T. littera, dulcius FOSLIA exprimitur. Vides itaque in dictis denariis lupam lassare geminos sub ficu, atque in eadem arbore sedens picus Martius alis applaudens. Adstatque pastor Faustulus pedo suo innixus, & tutulo capite tectus, dextera tenens lituum; iuxta sunt litteræ, M. FOSTLIVS C. F. & in aliis nummis quibusdam nil aliud quàm FOSTLVS. Vnde colligere forsân poterimus, cognomen hoc illius esse, & ipsum ex antiquissima Flaccinatorum illa patricia familia prognatum non fuisse, cuius in Fastis aut historia Romana post annum urbis CDXL. circiter non reperitur memoria. Alter collega Sex. Poticius, à potu ciendo dictus, ansato poculo in nummi dicti altero latere retro Romæ deæ caput signato, similiter ad gentile nomen suum alludendo, tacite suæ domus antiquitatem ad Euandri regis tempora, & ad Herculis sacerdotis epulones Poticios extendere conatur. Quamuis autem nobilissima gens illa prima Poticia iam dudum interierat, ante annos ferè centum sexaginta, quemadmodum Liuius, Valerius Max. & alij plures Auctores scripsere: comperimus tamen ex Ciceronis Verrina tertia, eius æuo, si non eiusdem sanguinis, eiusdem tamen nominis Poticios Romæ fuisse, quos tamen inter plebeios habitos opinor.

Poticij vnde.

L. Calpurnius C. f. C. n. Piso. Cæsoninus. Vt fragmina Capitolina Consulem hunc recensent. Hinc apparet, patrem eius fuisse C. Pisonem, qui ex Prætura de Lusitanis triumphauerat, & in Consulatu veneno vxoris sublatus credebatur, vt antè diximus. Adoptatus tamen ex obscura Cæsonia in illustrem Calpurniam domum transit, vt alterum cognomen indicat, quod in eius familia deinde permanfit, vt ab alijs Calpurniæ gentis Pisonibus distingueretur.

Cn. Tremellius * C. f. * // . n. Flaccus. Patre Prætorio qui anno DLI. Siciliam rexerat, natus, vt ex annorum interuallo videri potest, & frater C. Tremellij, cuius item magistratus eodem tempore reperiuntur.

P. Cornelius * Ser. f. L. n. * Lentulus. Illustrem iuuenem vocat Liuius XLII. fine, & in Macedonia Tribunum militum contra Persen militasse scribit. Frater fortasse fuit Ser. Lentuli Prætoris anno DXXXIV. & filius Ser. Lentuli quem Ædilem curulem fuisse anno DXLVI. dicit Liuius lib. XXIIX.

M. Manlius M. f. * L. n. * Acidinus. Liuius libro XL. professionem ab vrbe C. Licinij Crassi Cos. cum anno DXXXII. paludatus ad bellum contra Persen abiret in Macedoniam, graphicè describens, inter alia sic ait: Duo Consulares Tribuni militum cum eo missi, C. Claudius, Q. Mucius, & tres illustres iuuenes, P. Lentulus & duo Manlij Acidini; alter M. Manlij, alter L. Manlij filius erat. Sic Liuius. Patruelus igitur hi duo fuisse videntur, & hoc quasi tempore magistratus occepisse. Nam Lucium anno abhinc tertio priùs Quæstorem vrbani fuisse docui.

[C. Heluius. C. f. P. n. Blasio.] Cuius pater Galliam Prætore anno DLV. obtinuerat, vt Liuius libro XXXII.

[M. Fundanius M. f. M. n. Fundulus] Pater eius Trib. plebis anno DLXVIII. à Liuio nominatur libro XXXIX.

Prouincia f. prorogata.

// . // . // . f. // . n. // . // . * Propr. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit *

M. Fonteius // . f. // . n. Capito.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . * Propr. in Hispania vltiore *

// . // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

M. Heluius. M. f. P. n. Blasio. [Q. Fulcinius. M. f. C. n. Trio]

Sex. Digitius * Sex. f. * // . nepos.

ANNI P. R. C. DXXCIX.

Consules.

A. MANLIVS. A. F. T. N. Q. CASSIVS. L. F. Q. N. LONGINVS
TORQVATVS IN. MAG. MORT. EST

Hos ita describunt Capitolini Fasti, qui soli nos certiores faciunt, ex his alterum Cassium in Consulatu mortuum esse. Et quia nemo subrogatus, hoc anni extremo, iam nouis designatis Consulibus, contigisse videtur. Cassiodorus A. Manlium & Q. Cassium huius anni Coss. suggerit: Marianus Scotus A. Manlium Torquatam & Q. Cassium Longinum. Tabulæ Græcæ Torquatam & Longinum habent. in Obsequente vel aliis Auctoribus hos non reperi. Collegas autem biennio prius in Prætura fuisse, supra ex Liuiο demonstrauit.

Consules Galliam Liguresque prouincias consuetas obtinuisse possumus opinari. Romæ societas cum Rhodiis deprecantibus iuncta est, ut habet Liuiana Epitome libri XLVI. Corfos item & Sardos rebellionem moliri cœpisse, sequentis anni historia insinuat.

CENS. L. AIMILIVS L. F. M. N. PAULLVS. Q. MARCIVS. L. F. Q. N. PHILIPPVS
LVSTR. FEC. LIII.

Lustrum hoc anno quinquagesimum tertium numerant Fasti Capitolini, quod Censor L. Æmilius Paullus cum collega Q. Marcio Philippo condidit. Hi Senatū cum legerent, sicut ex Liuiο videtur scribere Plutarchus, principem locum dedere M. Æmilio Lepido Pont. Max. qui ter antea princeps lectus fuerat. E Senatū tres tantum eieci, & equitum etiam Censura moderatior fuit. Lustrō condito inuenta sunt ciuium capita CCCXXVII. ∞. XXII. ut extat hic numerus in Compendio libri XLVI. historiae Liuianae, vulgatis scilicet in exemplaribus. Placet tamen magis manuscriptum Iacobi Susij, in quo CCCXXVII. milia XXII. notata sunt; sicut in Plutarcho, qui in L. Paulli vita totidem ipsum milia ciuium recensuisse refert: atque sub fine magistratus, iam magna ex parte peractis Censuræ negotiis, morbo correptum ab vrbe recessisse Veliam, valetudinis causa. Val. Max. lib. VII. cap. v. de candidatorum repulsis agens, hunc L. Paullum inter alios clarissimos viros recenset, qui contumeliam istam populi magno animo dissimularunt. In prima namque Consulatus petitione, tribus continuis annis, antequam obtinere quarto posset, præteritum fuisse Liuius memorat. Hinc ait Valerius: Aliquoties frustra Consulatum petiit; idemque cum iam campum repulsis suis fatigasset, bis Consul & Censor factus, amplissimum dignitatis gradum obtinuit. Meminit porro Censorum Plinius historiae naturalis libri VII. fine, vbi de horologiis agit, ex M. Varrone referens Q. Marcium qui cum L. Paulo Censor fuerat, horologium solare secundum Rostra in columna posuisse, aliquanto diligentius ordinatum quam illud quod bello Punico primo ibidem statuerat M. Valerius Messalla Cos. ex Sicilia deportatum, ut in eius triumpho retuli. Non enim congruebant illius ad horas Romanas linee, quamuis paruerat ei populus Rom. annis vndecentum: donec hoc Lustrō LIII. Q. Marcus Censor aliud iuxta locasset: idque munus inter alia Censoria eius opera gratissimè acceptum fuit. Eadem ferè narrat Censorinus in libello de die natali cap. XIX. Illud satis constat, inquit, horarium nullum in foro prius fuisse, quam id quod M. Valerius ex Sicilia aduectum ad Rostra in columna posuit. Quod cum à climate Siciliae descriptum ad horas Romæ non conueniret, Q. Philippus Censor aliud iuxta constituit. Hæc Censorinus, in cuius exemplaribus prænomena Romana in hunc modum corrigi debent, vbi mendosè M. Valerius & L. Philippus exscripta & excusa sunt. Idem Q. Marcus in hac sua Censura signum Concordiæ fecerat atque in publico collocarat, quod postea C. Cassius in curiam transfudit, ut in Ciceronis oratione pro domo sua legimus. Plinius rursus libri XXVI. principio, Censoribus L. Paulo & Q. Marcio, morbum carbunculum in Italiam primum venisse, ex Annalibus refert; peculiari Narbonensis, ut addit, prouinciæ malum.

Census ac Lustrum vrbis.

Ciuium numerus.

L. Æmilij Paulli morbus.

Horologium alterum solare in foro positum.

* Locus suspectus ac dubius, foris, Publicio Carbunculus morbus primum in Italia nasci cepit.

Prætores.

Urbanam. Peregrinam iurisdictiones

///.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Siciliam. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Sardiniam
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Hisp. citer. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Hisp. vltiorem
 Prouincias sortiti obtinuere.

*M. Messalla
 Prætura ex
 antiquo de-
 nario reper-
 ta.*

*Mentis deæ
 imago diade-
 mate & in-
 auribus de-
 cora.*

*Pericula me-
 tum faciunt.
 Metus vota
 concipit.*

*Metus reli-
 gionem exci-
 tans, ex ora-
 culorum pla-
 citis remediū
 quaerit.*

*Mentis ad-
 cur in Capi-
 tolio apud Io-
 uem.*

*Mentis vir-
 tus.
 Quid diade-
 ma signet.*

*Quid in-
 auris.*

M. Valerius. M. f. M. n. Messalla. Cuius Consulatus anno abhinc tertio sequitur in Fastis, vt hic annus Præturæ ipsius verisimile sit fuisse. Reperimus argenteos denarios cum facie cuiusdam deæ diademata, quæ Mentis esse videtur, & eius mensa sacra, cui hoc anno cum huius Messallæ & Consulibus Manlij nominibus. Nam supra mensam legitur, A. TORQUAT. A. F. COS. EX. S. C. sub mensa verò, M. MESSALL. M. F. Ex his forsitan diuinare licebit, Consulem ac Prætorem vrbis maiores in vrbe magistratus ex S. C. huic deæ sacra voto concepta soluisse, & eius rei memoriam tali numismate promulgasse. Quod sæpenumerò fieri solere, non solum ex antiquis nummis colligimus, sed etiam ex Lilio & aliis Auctoribus probari poterit. Quando nimirum urgente periculis metum, vel propter prodigia consulti libri fatales Sibullini remedia sua proferunt, & vota publica diis concipere, sacrificia, ludos, & lectisternia facere vel restaurare, atque ædes sacras exstruere iubent. Et plerumque tunc ex maioribus in vrbe magistratibus, quibus oportebat, rerum diuinarum procurandarum cura demandabatur à Senatu. Et sic aliquando iussum oraculo fuisse constat, & vno nunc exemplo probare sufficiet. Clade ad Trasimenum lacum accepta, cum Annibal C. Flaminium Cos. & eius omnem exercitum occidisset, trepidus Romæ Senatus à superis remedia quaerens, x. viros adire libros Sibullinos iussit, ex iis responsum fuit, inter alia sacra ad iram deorū placandam faciendam, vouendas etiam ædes esse Mentis, atq; Veneri Erycinæ. Huic autem is voueret, cuius maximum imperium in ciuitate esset. Vouit itaque, biennioque post dedicauit ædem Veneri Q. Fabius Max. Verrucosus tunc Dictator, & Mentis ædem T. Otacilius Prætor. Alia vota sacraque tum faciendi Prætores alij procurarunt, sicut in Annali DXXXVI. me latius exposuisse libro nono memini. Quid si hoc item anno simile quid obuenerit? & propter instantes bellicos Corforum, Sardorum, ac Ligurum motus, aut ob prodigia, libris Sibullinis inspectis, responsum fuisse, Mentis in Capitolio sacra non ritè facta restaurari debere per duos in vrbe maiores magistratus, Consulem, & Prætorem vrbis, & hoc idem muneris A. Torquatus Cos. & M. Messalla Prætor obiissent? Quandoquidem deinde Cimbrico bello rursus eandem religionem repetitam fuisse constat per M. Æmiliū Scaurum, testibus Cicerone de natura deorum, & Plutarcho de fortuna Romanorum. Mentis autem deæ simulachrum in nummo iam adducto potius apparet, quam alterius numinis. Cuius ædem Romani in Capitolio consecrarunt, non secus ac Platonici vim mentis diuinam cum rationis virtute collocat in capite, tamquam in arce, velut moderatricem operum, prospecturamque labori, quemadmodum Claudianus poëta verissime cecinit. Est etenim præstantissima pars animi nostri, qua intelligimus, meminimus, ordinamus, & ratiocinamur, vt haud dubie sit rector rerum omnium. Hinc eius in nummo dicto, præcipuum insigne est, supra frontem exurgens in capite lato diadema regium, quo reginam cognoscas, & in aure dextra monile pulchrum, memoriæ nobilitatem commendans. Est enim auris ima pars memoriæ sacra, quam tangentes antestamur, vt ait Plinius, cum volumus rei actæ memoriam alicui præsentem tamquam testi commendare. Sed de his iam satis.

C. Fannius. C. f. C. n. Strabo. Qui Consul cum M. Messalla iam memorato sequetur.

M. Claudius * M. f. M. n * Marcellus. Cn. Aufidius 11. f. 11. nepos.

C. Titinius * P. f. Q * nepos.

C. Scribonius. * C. f * 11. n. Curio.

Ædiles curules.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

M. Antonius * C. f. M. * nepos.

M. Pomponius * M. f. M. n * Matho.

Ædiles plebis.

11. 11. 11. f. 11. n. 11.

C. Tremellius * C. f * 11. n.

Flaccus.

11. 11. 11. f. 11. n. 11.

* L * Postumius * L. f. L. n.

Tumpanus *

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

L. Pompeius . // . f. // . nepos C. Antonius * C. f. M. * nepos.
 T. Minucius // . f. // . n. Rufus. Q. Opimius. Q. f. Q. nepos.
 [L. Licinius. L. f. // . n. Pollio] [Q. Minucius M. f. C. n. Rufus.]
 [C. Aurelius C. f. C. n. Cotta] [Q. Aulus M. f. M. n. Cerretanus]
 [M. Seruilius C. f. C. n. Geminus] [C. Æbutius C. f. T. n. Carus]

Quæstores vrbani.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . f. // . n. // . A. Manli. }
 // . // . f. // . n. // . Q. Cassi. } Coss. in * Liguria. & Gallia *
 // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. citeriore.
 // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. vltiore.
 // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Mummius L. f. L. nepos. Qui. postea. Achaicus. appellatus. est. Gentis ac originis obscuræ: cuius pater patruusque Tribuni plebis nomen sibi, vulgiquæ fauorem nacti fuerant, accusando P. Scipionem Africanum maiorem. Hic rudis ac priscæ frugalitatis, ad summos etiam magistratus euectus, bis triumphauit, ex Prætura & Consulatu, vt patebit.

L. Atilius * L. f. L. n. Regulus * Nobilem adolescentem vocat Liuius libro XLV. narrans, quomodo Samothracum in insula, dicendi accepta à magistratibus licentia, in concione populo persuaserit, Persea regem fugitiuum homicidam cum suis sicariis in sacratissimo templi asylo tolerandum aut defendendum non esse.

M'. Acilius L. f. K. n. Balbus. In hunc modum Consulatus ipsius in Fastis Capitolinis descriptus est. Et illius esse videntur denarij, cusi forsân in Quæstura, cum notis Romæ Martiæ Victricis, in quorum vno latere pulcherrimè deæ Romæ facies galea alata comam tecta in laureæ coronæ medio posita est: in altero Mars armatus quadrigam suam agitans expressus est, & inscriptus titulus hic, M. ACILI. BALBUS, ROMA.

[C. Cornelius. C. f. L. n. Cethegus] Filius C. Cethegi L. f. qui Cos. anno DLVI. triumphauit de Insubribus, & postea Censor fuit, vt declarauimus.

[Cn. Cornelius. Cn. f. P. n. Merenda] Cuius pater Sardinæ Prætor fuerat anno DLIX. vt Liuius lib. xxxiv.

[L. Rutilius // . f. // . n. Flaccus] Antiqui reperiuntur eius temporis denarij Romani bigati, cum huius nomine & notis vulgaribus.

[L. Furius L. f. // . n. Purpureo] Patre Senatore natus, cuius Liuius libro xxxi. meminit, & anno DLIII. legatum in Græcia fuisse dicit.

C. Rutilius * C. f. * // . n. Rufus. Meminit illius Cicero in diuinatione contra C. Verrem, dicens P. Lentulum principem Senatus accusasse M'. Aquillium subscriptore C. Rutilio Rufo, quod anno vrbis DCXXIIX. contigit. Itaque tunc Rufus honoribus & auctoritate magnus videretur fuisse, qui ausus est Consularem & Triumphalem virum reum agere.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . * Pr. in. Sardinia *

//. // . // . f. // . n. // . Ostiens // . // . // . f. // . n. // * Lucerinus *
M. Manlius M. f. * L. n. * Acidinus. [M. Fundanius M. f. M. n. Fundulus.]
Sex. Digitius * Sex. f. * // . nepos.

FINIS LIBRI XI. QVI EX AVCTORIBVS HISCE.

T. Lini. Plutarcho. Horatio. Sculpturis marmorum antiquis. Strabone. M. Cicerone. Herodoto. Philone. Iosepho. Aniphilo. Homero. Dionysio Afro. Eschylo. Dione Cassio. Simmia Rhodio. Aristotele. Eliano. Ouidio. Eudemo. Nummis antiquis. Statuis antiquis. Lucophrone Chalcidensi. Iulio Obsequente. Cassiodoro. Mariano Scoto. Emilio Probo. Polybio. Sex. Aurelio Victore, vel Auctore de viris illustribus. Valerio Maximo. Atcio Capitone. Cassio Hemina. C. Plinio maiore. Dino Augustino. Lactantio Firmiano. C. Pisone Censorio. Macrobio. Sex. Pompeio Festo. M. Catone Censorio. Vlpiano. Velleio Paterculo. L. Iulio Floro. Lampridio. Iustini Sex. Trogo. A. Gellio. Tabulis antiquis Prefectorum urbis Rome. Ammiano Marcellino. Suetonio. Santra. P. Terentio Afro poeta. Eumenio Rhetore. Appiano Alexandrino. Paulo Orosio. Sex. Iulio Frontino. Fragmento antiquissimo Diarj unius urbis Rome. Prisciano. Carulo Sigonio. Huberto Goltzio. Ti. Sempronio. Graccho patre. M. Varrone. Pontificum Annalibus. Ennio poeta. Ioanne Zonara. Eufebio Pamphilo. Siccone Polentonio Modesto. Verrio Flacco. Sex. Cecilio. Phavorino. Antonio Augustino. Eutropio. Valerio Antiate. Suida. Athenæo. Petro Crinito. Flacco Siculo. Aggenio Urbico. Censorino. Titulis Comædiarum P. Terentij poeta.

IN QVEIS LOCI NOTATI.

T. Lini, pag. 326. 327. *ibid.* 329. 333. 336. 338. 339. 340. 341. 343. 345. 346. 355. 357. 364. 365. 367. 369. 372. 374. 377. *ibid.* 379. 382. 389. 390. *ibid.* Plinij maioris. 329. 337. 343. 355. M. Ciceronis. 337. 358. 373. 395. Iulij Obsequentis. 337. 341. *ibid.* 352. 388. A. Gellij. 337. 366. Valerij Max. 337. 357. 382. Mariani Scoti. 341. 348. 352. 355. 372. In tabulis Gracis. 348. In tabulis Cuspiniani. 348. Sex. Iulij Frontini. 349. Cassiodori. 352. 355. 269. 372. 388. Sex. Aurelij Victoris, vel Auctoris de viris illustribus. 325. 354. 378. M. Varronis. 360. Ouidij. 361. Iustini. 366. Suetonij Tranquilli. 389. Eusebij. 389. Petri Criniti. 389. Censorini. 395.




CHARACTER HERMERA CLIS

LIBRI XII.

ANNALIVM ROMANORVM

STEPHANI VINANDI PIGHII.



HERMERACLES hic libri XII. Character erit, annorum triginta populi Romani magistratus, acta, leges, resque bello gestas ordine referentis. Quo tempore, cum Macedones & Illurios (Regibus eorum captis atque sublatis) in libertatem asseruissent, regionumque tributorum populos omnes illos semisse subleuassent Romani: vim

maiestatemque sui imperij verae gloriae fama per orbem terrarum inter gentes omnes in tantum ad ampliarunt, ut undecumque ex Asia, Africa, Europa, Reges, principes ac populi, missis legatis, cuperent per foedera ac amicitias eorum potentiae sociari. Nec puduit tum maximos eius aevi Reges ac ciuitates, iura legesque à S. P. Q. R. accipere, controuersiarum publicarum huic iudicia committere, sese, liberos, suaque omnia horum tutela subijcere. Creuit itaque iustitiae fortitudinisque verae cultu adeo maiestas atque

potentia Romana, ut orbis uniuersi Reges & populi, ad quos fama nobilis tantarum virtutum peruenisset, ad eius nutum haud illubenter respicerent, seseque componerent.

Insurrexere tamen aliquando feroces quidam, quibus foenum in cornu, gratumque sanguine & publicis malis saginari. Ceterum conatus istorum Gigantei contra iustitiam

& Romanorum potentiam irriti fuerunt, & tristes habuerunt exitus. Macedones regio iugo assuetos Pseudophilippus Andriscus quidam, Regis se filium mentitus, temere facileque traxit ad rebellionem resque nouas: sed victus, captus, & in triumphum ductus, pulcherrimum libertatis donarium à Romanis acceptum uniuersae Macedo-

num genti in perpetuum eripuit. Quid Pœnus Asdrubal contra foedus, arma classeque parans aliud quam patriae excidium, Pœnicæque gentis perpetuam seruitutem est assequutus? Eadem Achaorum, imò totius ferè Græciæ fortuna non diu post propter

discor-

Quibus virtutibus imperij Romani maiestas atque potentia creuerit in immensum.

Fortitudo vera, iustaque ratio, regina rerum omnium populorumque.

Turannici motus compressi claua Herculeæ. Perfonatus Rex Macedones secum perdidit. Perfidus Pœnus dux Carthaginiæ euerit.

Carthaginis
& Corinthi
fatalis idem
exitus.
Violatum
ius gentium,
Achæia Græ-
ciæque iugum
imposuit.

Iustitiæ filia
Nemesis.

Nemesis
quid.

Iudicij an-
gelus.
Cur Noctis
& Oceani
filiam dicat
Hesiodus.

Iustitia do-
mina ac re-
gina virtutū.

Vera fortitu-
do quæ, se-
cundum
Stoicos.

Iustitia re-
pulsâ quid
mali sequa-
tur.]

Ianus Her-
meracles,
Prudentiæ,
Fortitudinis,
atque Iusti-
tiæ tessera.

Consi sacra
navis.

discordias fuit. Arsit etenim eodem quasi quo Carthago tempore Corinthus Achæia ca-
put, & pulcherrimum Græciæ decus; ubi in publico conuentu Achæorum principes
quidam, Critolaus & Diæus, ausi Romanorum violare legatos fuerant: sed duobus præ-
lijs victi per patentis Elidis campos prostrati, Corinthum ipsam cum publica gentis li-
bertate secum internecioni dedere. Atque ita tum Romanus populus in optimo reipub.
statu degens, omnium arbitram rerum ac reginam caussarum Iustitiam cum filia Nemese
observabat, & arma moturus ritè in Capitolio suo colebat; quamvis, Plinio teste, La-
tinum nomen deæ istius apud eos ignorabatur, inter sacra arcana sublimia tectum: sed
Græcum Nemesis deæ vulgabatur. De cuius numinis vi atque virtute sunt variæ
veterum Philosophorum opiniones, fabularum multarum ambagibus perplexæ, pro opi-
nionum diversitate: quæ tamen eò collimare videntur, ut ex ijs colligere sit, theologos
illos priscos imprimis censuisse, Nemese diuinæ Iustitiæ latentem energiam quamdam
esse, Ultricem scelerum impiorum, bonorumque præmiatricem, ut Ammiani Marcelli-
ni verbis hæc dicam. Hanc ait è celo terrena despectantem rebus humanis trutinam
adhibere, superbos supplantare, humiles ac oppressos erigere, dum conciliat discordia,
& adequat iniqua. Quapropter Iouis ipsius filiam nonnulli fabulantur, sed alij potiùs
Iustitiæ diuinæ filiam volunt, cum eius sit occulta quædam operatio. Nec discrepat ad-
modum Plato, qui de legibus libro quarto Nemese Iudicij angelum appellat. Cuius
item sectator Proclus in Hesiodum scribens, Iustitiæ nunciam dixit. Ipse tamen poëta
Hesiodus, eò quòd eius numinis rationes in continuo semper motu sint, & ab humano
ingenio incomprehensa in obscuro lateant, nec ante euentus casuum elucescant, Oceani
& Noctis filiam esse fabulatur in Theogonia. Sed ne ulterius progrediar, atque diutius
sublimi hoc obscuroque perplexus inheream argumento; declarasse satis videtur, Iusti-
tiæ cultu tum temporis excreuisse laudabiliter potentiam Romanam; nec desisse cresce-
re, quàm diu illa domina atque regina virtutum (ut eam appellat Tullius officiorum
tertio) civitatis gubernacula tenuit, in Capitolio, Curia, Rostris, Foro, & Comitio
semper præsidens. Tum sui amore principum virorum pectora inflammando, aduersus
omnes iniquitatis insultus armauit vera fortitudine, quam Stoici probè, M. Tullij ex
sententia, virtutem pro æquitate pugnantem definierunt. Hæ enim tum temporis glo-
riose atque excellenter pro salute communi, non pro priuatis cuiusque commodis, Iusti-
tiæ auspicijs res gerebantur à civitatis principibus Ordinum consensu; ius societatis hu-
manæ defendebatur, imperijque Romani maiestas ad summum potentiæ culmen euebe-
batur. At quoties verò tam felix hæc rerum gerendarum domina reginaque virtutum
repulsam per nefas passa, sæpiùs è Foro, Curia, Rostris, & Comitio cedere, ac urbem,
terrasque cæde madentes linquere coacta fuit: protinus, ut Ovidius pulchrè canit,

— Simul fugère, Pudor, Verumque, Fidesque
In quorum lubière locum, Fraudisque, Doli que,
Insidiæque, & Vis, & Amor sceleratus habendi.

atque omnis denique impietas, quemadmodum subsequentes Annales apertè demon-
strabunt. Huius autem duodecimi libri, qui Romam Iustitiæ cultu pollentem potentem-
que tum adhuc representat, Character congruus videri poterit IANVS HERME-
RACLES, ex æreo prisca antiquitatis semisse magno delineatus: in cuius vno latere
bifrons Hercules & Mercurij diuersum, quæ ante, quæ post sunt, prouidenter intuen-
tium caput est expressum. Noscitur Hercules, quamvis iuuenis imberbis, ex rhopalo suo,
& leonis exuuiis, quo caput eius tectum est; & Mercurius ex alato diadematoque ga-
lero, & suo caduceo. Alterum verò numismatis istius latus habet nauem rostratam,
cuius

cuius puppis mira metamorphosi est mutata in adis sacre speciem, cum ara rotunda, cui circumuolutus est draco. Sub nauis sunt litteræ, ROMA. Sic ingeniosam antiquitatem hisce figuris, tamquam hieroglyphicis Ægyptiorum litteris, politicam suam philosophiam euulgare voluisse, cognoscimus ex his similibusque reliquijs: & hoc numismate docuisse, nauem ciuitatis ac reipublicæ cuiusque, religionis ac consilij secreto in puppe regi debere, atque insuper fortitudine rationi iusta inseparabiliter in unum velut caput iuncta, defendi aduersus pericula que uis, feliciter item prouehi posse. Per Herculem uero fortis ac iusti principis animum in varijs fabulis delineasse antiquos, Politicæ doctrinæ non minus quàm Physicæ scientiæ testam in Hercule meo Prodigio, & alijs locis iam antè per occasionem me declarasse memini. Alcidem propterea vocat um docti volunt ἄλλοι δὲ τῆς ἀλλοίης, à robore ac potentia magis, quàm ab auo Alceo. Quin etiam à virtute sic appellatus est. Cuius Alcidis uiam sequutus Romanus populus, per labores & pericula immortalẽ gloriam assequutus tum erat, imperium suum longè lateque per orbem terrarum proferens, dum Iustitiæ claua leonisque magnanimi fortitudine armatus, damnata queque monstra domare non cessat. Pulchrè quidem C. Sallustius in Iugurthina sue exordio scribit, quòd uerus dux atque imperator uita mortalium animus sit. Qui ubi ad gloriam uirtutis uia grassatur, abundè pollens, potens, & clarus est, neque eget auxilio fortune, uel nature sue: quam Theophrastus nouercam potius, quàm matrem animi humani appellauit, atque illa ipsa in fabulis Iuno semper Herculi aduersa: donec eius laborum patientia uirtuteque uicta reconciliatur. Atque tum maximè, cum Hercules ille ualidus istam nouercam suam à stupro Porphyriõnis gigantis liberat, cum scilicet animus constans ac firmus fluxas ac turbidas nature sue infirmæ passiones exuperat, uitiorum stimulos repellit. Infestissimus autem nature nostre gigas est, ad prauas quasque cupidines procliuus quædam nobis ingenita: hic ille Porphyrio gigas, qui naturam rectam uitare uel constuprare conatur: cui nomen dedere Græci poëta à confundendo, turbando, denigrando, malignandoque, Πορφύριος namque τῆς ἐστὶν τῆς ἐπιπορφύρεως, ἢ ἀποφύρεως, ἢ ἀποφύρεως, ἢ ἀποφύρεως interpretatur Hesychius. Eius igitur gigantis, ut dixi, subactor Hercules, in magistratu ac imperio positus, non solum pollentis atque potentis, sed & inuicti cognomen meretur: dum uincit incubonem illum nature, ac tendit constanter benefaciendo ad pubescentem uigentemque semper immortalis gloriæ famam, Heben scilicet illi connubio stabili iungendam, à nouerca Iunone, beati nectaris haustu à sua sponsa potionandus inter calicolas, ut Ouidius, Papirius, alijque poëta fabulantur. Tam enim excelsus ac incorruptus animus agit, ac habet in se cuncta, nec ipse habetur: armatus scilicet æquæ rationis industria atque uirtutum intelligentia, fit rector humani generis, HERMERA CLIS typo nobis figuratus, ut dixi, ab antiquis; quo Iani bifrontis in modum Herculis & Mercurij capita coniungere, & ista miscere numina solent, sociam numinum copulantes potentiam. Qua quidem forma colebatur in palaestra, ut obuersaretur memoriæ certantium, rectæ rationis ac ingenij industria fortitudinem regendam esse. Qui enim solis viribus corporis fretus rationem artium inuentricem, expediendarumque rerum moderatricem negligit, huic admodum concinnè quispiam occinet: O miser, perdet te tuum robur: Δαίμονις, φθίσει σὲ τὸ σὸν μὲν & ut apud Phornutum legimus. Hercules igitur non ineptè Mercurio iunctus formabatur ab antiquis. Quid enim aliud fortitudo sine rationis atque iustitiæ ductu, quàm temeraria periculorumque plena quædam audacia? Mercurius autem Nomius illi in rebus gerendis indiuiduus esse comes debet, à lege nomen habens, quam æqua iustaque ratio principi præscribit, hominum societati salutarem ac uilem. Rationis etenim & eloquentiæ uis maxi-

Nauis symbolum ciuitatis aut reip.

Alcides Hercules.

Hercules animus dux ac imperator uita humane nature. Natura Iuno nouerca Hercules.

Porphyriõnis fabula.

Infestissimus gigas praua cupidido.

Hebe Iuuentas æterna.

Hermera-cles in palaestris cur cultus. Ratio moderatrix.

Cur Hercules iunctus Mercurio.

Mercurius Nomius.

Rationis vis ma est, & quadruplex: animos scilicet excitans, viam monstrans, motu ducens, termino-
 quadruplex. mino-que firmans. Hinc etiam dictus τετραγωνος. Formabatur ab antiquis sine mani-
 Tetragonus bus & pedibus, quadratus ut Terminus, quorum officio non indiget ratiocinatio. Cui
 Mercurius fine mani- quidem Mercurio Julianus Caesar callidissimus Imperator media semper nocte solus è
 bus & pedi- militari strato surgens occultè supplicabat, ut Ammianus Marcellinus scribit historia-
 bus. rum libro XVI. quem, ut ait, in mundo velociorem sensum esse, motum mentium susci-
 tantem, theologicæ prodidère doctrinæ. Simulque tunc Caesar rerum principalium curas
 Confusus deus animo reuoluens, & arcana mente statuens consilia, Consum votis sibi propitium re-
 bus exequendis optando peruigilium agere sacrum consueuerat. Ad eum modum Ale-
 xander Magnus, & alij plures populorum principes, exercituumque summi imperato-
 res, non immemores Homericæ Palladis oraculi,

Οὐ γὰρ πανύχρον ἐὺδεν βουλευόμεν ἀνδρα.

nocturnas etiam horas rebus curandis impendere, & secreta coëgere sæpè consilia, Taciturnitati, vel Conso arcani consilij Genio consecranda. Is enim optimus atque tutissimus administrandarum rerum ductor ipsis esse videbatur: qui ad clauum nauis reipublicæ positus, eandem posset feliciter regere, perque periculorum scopulos atque Syrtes tuto traicere. Hinc in altera, ut dixi, numismatis parte nauis expressa Consi cum eius æde sacra & ara, quam circumplectitur eius Genius, serpens aut draco peruigil, sub ædis tecto, perinde ac anguim genus omne in terrarum latebris ut plurimum delitescit, sedesque suas in occulto tenet. Et quia est animal motu varium, agile, & ad quæque perpetranda promptum, arcani consilij typus aram Consi obseruare ritè videtur, cum nomen habeat ab acuto visu. Nam draconi similis est mentis virtus indagatrix, diligenter omnia considerans & inquirens, summaque cura temporum & rerum momenta obseruans. Quare draconis capiti cristas & palearia galli gallinacei congruè veteres applicarunt, docentes prudentiam curæ vigilantissimæ stabiliendam esse. Talem videmus draconem comitem gradientis armatæ Palladis victricis in affabrè factis nummis æreis, C. CLOVI. PRAEF. castrorum Caesaris bello civili contra Pompeium, qui Quaestor Gallie Cisalpinæ sub eodem Procos. fuerat, ut suo in Annali latius explicabo. Ab vna nummi facie videtur pulcherrimum alatae Victoriæ deæ caput crinibus inuolutis, & ad verticem in nodum collectis, cum titulo tali, CAESAR. DIC. TER. Ab altera verò, Palladis victricis armatæ simulachrum gradientis, quam comitatur à dextris draco peruigil cristatus, capite surrecto sibila tollens, pectoreque sinuoso progrediens. Ipsa Pallas galeato capite, & Gorgoneo thorace pectus armata, dextro humero gestat contum varijs hostium, instar trophæi, spolijs onustum: sinistrum humerum brachiumque tegit parma, cui vastum gigantis ab eadem occisi caput insculptum est. Totum autem hoc emblema tendit in Caesaris laudem, quod scilicet multis in bellis infinitas victorias summa sua prouidentia, vigilantissimaque sua cura nactus fuisset. Verùm Character iste meus euagatur nimis latè, cum in tam amœno fabularum campo exspatiari sit volupe nimis. Sed obè iam satis est, ad historiam redeamus.

Arcani consilij Genius. Ad clauum nauis Confusus.

Serpens Genij symbolū.

Draco vigilantiae & curæ nota.

Cur illi cristæ & palearia gallorū.

Nummus C. Caesaris Dictatoris.

Enceladi caput in Mineruæ vel Palladis insculptum.

HERMERACLES.

LIBER XII.

ANNALIVM ROMANORVM

STEPHANI VINANDI PIGHII.

ANNI P. R. C. DXC.

Consules.

TI. SEMPRONIUS. P. F. TI. N. M'. IUVENTIUS. T. F. T. N.
GRACCHVS. II. THALNA.



ONSVLES in Cassiodoro subsequuntur Ti. Sempronius I I. & M. Iuuentius. Rectè, si M'. pro M. restituas in exemplaribus. Referuntur etiam in titulo Heautontimorumeni P. Terentij poetæ: ommissa tamen est iterati Consulatus Semproniani nota. Reperiuntur item exemplaria, quæ non rectè pro Ti. Graccho II. C. Cornelium, pro M'. Iuuentio, M. Iunium vel Iuuenium Coss. supponunt, vt mirum in modum Comædiarum istarum elogia sunt deprauata. Iulius Obsequens, Ti. Gracchum, M. Iuuentium Coss. rectè proferet, si prænomina corrigas: tabulæ nostræ Græcæ Cuspinianique Gracchum & Thalnam. Pleniùs à Mariano referuntur Ti. Sempronius Gracchus II. & M'. Iuuentius Helua; sed malè pro Thalna. Ti. Gracchum P. f. patrem Gracchorum bino Consulatu, duobusque triumphis, & Censuræ gloria illustrem valdè, virtutum tamen dignitate multo magis illustrem fuisse, Plutarchus in filiorum vita scribit: Cicero de inuentione rhetorica libro primo hunc Gracchum patrem, ob id quòd in Censura nihil insciente collega gesserat, post Censuram iterum Consulem fecisse populum Romanum scribit. Quo loco vox, iterum, in Tullij locus. multis exemplaribus deest.

Varia eius anni prodigia narrat Iulius Obsequens, sed historia præterea nihil. De Consulatum rebus gestis admodum pauca memoriæ proditum reperio in tanta veteris historia inopia. Prouincias tamen his obuuisse non dubito, Galliam & Ligures Ti. Graccho, Sardiniam & bellum cum Corsis M'. Iuuentio Thalnæ, quando propter belli difficultatem ea prouincia Consulari duce indigebat. De M'. Iuuentio Consule tantum hæc ex Plinio & Valerio Maximo nouimus, ipsum in Corsica res feliciter gessisse, & demum inter sacrificandum repentina morte periisse. Valerij verba libro IX. cap. XII. sunt hæc, vt in manuscripto Campensi quodam exemplari rectè habentur: Man. Iuuentius Thalna collega Ti. Gracchi Cos. iterum, cum in Corsica (quam nuper subegerat) sacrificaret: receptis litteris decretas ei à Senatu supplicationes nuntiantibus; intento illas animo leges, caligine orta, ante foculum collapsus mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus? En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur. Idem Plinius historiae naturalis libro VII. cap. LIII. obiter annotauit, cum sacrificaret, ipsum interiisse scribens. In magistratu verò mortuum M'. Thalnam, Capitolinorum Fastorum Auctores non annotant; quare suspicor anni extremo hoc accidisse, collegam verò Ti. Gracchum Cos. Romæ morte Iuuentij cognita, mox euocatum ad habenda comitia. Nam ex sequentibus constabit, ipsum, designatis in annum sequentem Consulibus in collegæ locum prorogato imperio missum in Sardiniam, eamque prouinciam in aduentum successoris obtinuisse.

Ptolomæus Philometor Ægypti rex à minore fratre suo pulsus regno, Romanus ignotus cum paucis venit, petendi auxilij gratia. Quod ubi Senatus rescivit, adolescentem pro dignitate regia more maiorum excepit, & missis ad fratrem legatis, auctoritate sua in regnum restitui curauit. Hac itaque, ni fallor, occasione Senatus Romanus, qui pupillorum in Ægypto Regum curam atque tutelam propter antiqua fœdera & societates iam sæpius antè susceperat, & quadriennio priùs Antiochum Suria regem

Virtutis dignitas honores omnes exsuperat.

Prouincia Consulatus.

M'. Iuuentius Cos. victor in Corsica gaudens subito moritur.

Ptolomæus Philometor Ægypti regno pulsus à minore fratre. Romanus auctoritate Senatus Regum pupillorum tutor Romanus apud socios.

*M. Æmilius
Lepidus ex
S. C. tutor re-
gis pupilli in
Ægypto.*

*Iustini error
deregitur.*

*Renouata
societas cum
Cappadocum
rege filio
Ariarathe.*

gem ab Alexandria obsidione, & horum fratrum (quos νεωτάτους πάνυ, vt Zonaras ait, hoc est prorsus puerulos pater Ptolomæus Epiphanes moriens reliquerat) regno inuadendo per C. Popillium legationis suæ principem dextrè repulerat; tunc demum (ne simile quid propter fratrum discordiam denuò tentaretur) M. Æmilium Lepidum Pontificem Maximum, summæ auctoritatis virum, è Senatu cum legatione tamquam tutorem Regum mittere in Ægyptum voluit, qui maiorem natu Philometora factionibus pulsus restitueret, minorem fratrem Physcona compesceret, & regni ipsè gubernacula teneret, donec inter fratres concordiam conciliasset. Quod hoc quasi tempore contigisse mihi verisimile videtur. Si nobis Liius esset integer de eo non dubitaremus. Quocirca Iustinus satisfacere non potest, qui Trogum redigens in epitomen, tempora conturbare videtur. Nam multò priùs M. Lepidum Ptolomæi Philopatoris quinquenni filio Epiphani, fratrum horum patri tutorem missum scribit, nondum finito bello Punico secundo. quo tempore M. Lepidus nec sacerdotium nec magistratus ullos attigerat. Quare Ti. Liuius M. Lepidij honores omnes annorum ordine referenti, & aliis Auctoribus, antiquisque monumentis hoc aduersatur. Valerius etenim Max. lib. vi. cap. vi. Lepidum Pontificem Max. bis Cos. Alexandriam missum testatur. Cui item antiqui denarij in huius rei memoriam cusi suffragantur, quos argenteos vidi plures, repræsentantes in vno latere vrbs Alexandriæ faciem cum corona murali turrita, cui subscriptum antiquè, ALEXANDREA. In altero M. Lepidum togatum senem caluum, qui à dextris stantem adolescentulum cum scepro in manu, diademate regio coronat. Adscriptus autem titulus M. Lepidum Pontificem Maximum tunc fuisse declarat, ita: S. C. M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG // . Quadriennio M. Lepidus Pontifex Maximus fuerat, cum Consul iterum crearetur in annum vrbs DLXXIIX. iam septem annis mortuo Ptolomæo pupillorum patre. Potuit igitur Epiphane rege mortuo tutor non diu post à Senatu quidem nominari, & absens per vicarios tutelam gerere, sed non videtur in Ægyptum missus nisi post secundum Consulatum, cum nimirum Philometor pulsus, ex S. C. restitutus, an librariorum culpæ sit imputandum, quod in Valerio legimus, vnus pueri Regis tutelam M. Lepido commissam fuisse. A qua discrepat opinione Cornelius Tacitus Annalium libro 11. scribens Coryis in Thracia, Regis occisi liberis nondum adultis Trebelenium Rufum Prætura functum à Tiberio Cæsare præfectum, qui regnum interim tractaret, exemplo, inquit, quo maiores M. Lepidum Ptolomæi liberis tutorem in Ægyptum miserant. Videndum igitur est, si historiæ concentum quærimus, num perperam in Valerij exemplaribus scriptum olim fuerit (filio) pro (filiis) & (pueri) pro (puerum vel puorum.) Sed hoc studiosis vterius indagandum relinquo. Cum Rhodiis eodem anno miserè deprecantibus denuò societas inita est, & Ariarathe rege Cappadociæ mortuo, Ariarathes filius eiusdem nominis accepit regnum, & per legatos amicitiam societatemque cum populo Rom. renouauit: Liius libro xvi. Epitoma, Valerius Max. libro v. cap. i. Zonaras Annalium libro 11.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit * Ptolomæum regem Ægypti ex hospitio priuato accersitum in Senatum duxit *

//. // . f. // . n. // . peregrinam iurisd. fortitus. obtinuit.

//. // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . f. // . n. // . Classem.

//. // . f. // . n. // . Hisp. citeriorè. // . // . f. // . n. // . Hisp. vltiorem. Prouincias. fortiti. obtinere.

M. Cornelius C. f. C. n. Cethegus.

L. Anicius L. f. L. n. Gallus

M. Fuluius M. f. M. n. Nobilior.

C. Sulpicius // . f. // . n. * Rufus *

M. Acilius * M. f. L. n. * Glabrio.

Q. Poblicius * C. f. // . n. Bibulus.

Ædiles curules

L. Cornelius. Cn. f. L. n.

L. Valerius L. f. P. n. Flaccus.

Lentulus Lupus.

*Heautontimorumenus
comædia Terentij acta.*

Ludis Megalensibus Heautontimorumenon P. Terentij poetæ comædiam primum

mum dedere, vt testatur titulus eiusdem Comœdiæ in hunc ferè modum ex vetustis exemplaribus correctus:

GRAECA EST MENANDRVS. ACTA LVDIS MAGALENSIB. v. pro 1. in secundo casu, phrasi Graeca.
 L. CORNELIO. LENTVLO. L. VALERIO. FLACCO. AEDILIB.
 CVRVLIBVS EGIT L. AMBIVIVS. TVRPIO. MODOS. FECIT.
 FLACCVS. CLAVDI. ACTA. PRIMVM. TIBI IS. IMPARIB.
 DEINDE. DVABVS. DEXTRIS. ACTA. ETIAM. TERT.
 TI. GRACCHO. II. ^M. IVVENTIO. COSS. AN. AB. V. C. DXC.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . // . // .
 Ti. Sempronius * Ti. f. Ti. n. * Longus. L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.

Tribuni plebis

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Stertinius * L. f. * n. nepos. T. Annius T. f. * T. n. * Luscus.
 L. Marcius C. f. C. n. Cenforinus. Q. Marcius Q. f. // n. Rex.
 [M. Minucius M. f. Cn. n. Fessius] [C. Terentius Q. f. Q. n. Culeo]
 [Q. Ogulnius Q. f. A. n. Gallus] [C. Oppius C. f. C. n. Cornicinus]
 [M. Decius Q. f. Q. n. Mus.] [M. Cælius // . f. // . n. Rufus.]

Quæstores vrbani

* Legatis Cappadociæ regis Ariarathis munera more maiorum bis denum milium æris grauis ex S. C. dedere * Horum alter Senatus mandato Ptolomæum Ptolomæi regem Ægypti, qui ignotus Romam cum paucis seruulis veniens, Alexandrino pictoris exulis miseranda conditio liberaliter erant. regem Ægypti, qui ignotus Romam cum paucis seruulis veniens, Alexandrino pictoris exulis miseranda conditio liberaliter erant, & quotidie lautia, muneraque more maiorum procurauit: Valerius Max. lib. v. cap. I.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . // . // .

Quæstores prouinciar.

// . // . // . f. // . n. // . Ti. Gracchi Cos. in. Gallia. & Liguribus.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Iuuentij Cos. in. Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. vltiore.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiens.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Magni illius Catonis Censorij atque Triumphalis maior natu filius ex vxore priore, cuius expressum nomen nondum repperi. Colligo tamen ex Plinij septimo Liciniam vocatam, & ex illa natam stirpem ab ipsa Licinianam postea dictam fuisse, ad differentiam alterius, quæ in Catonis senio prodiit ex Sallonia vxore altera. Sic enim ibidem Plinius capite xiv. Clarum est generasse filium M. Catonem Censorium, anno ætatis octuagesimo exacto, è filio Sallonij clientis sui. Qua de causa aliorum eius liberorù propago Liciniani sunt cognominati; hi Salloniani, ex quibus Vticensis fuit. Hic magnæ spei ac indolis eximiæ, cum ab ipso patre diligenter esset institutus à puero, summos in iuuentute virtutum fructus de se domi militiæque præbuit. Nam egregios de iuris disciplina libros reliquit, A. Gellio & Pomponio de origine iuris testibus, quorum etiam Cicero de Oratore libro II. meminit: & bello Macedonico militans, inter sui ordinis præcipuos semper excelluit, adeoque insignem supremo contra Persem regem prælio nauauerat operam, vt L. Æmilius Paullus imperator dignum affinitate

nitate sua iudicaret: qui filiam illi suam Tertiam Æmiliam vxorem dedit, generumque sibi adsciuit: ex qua natus M. Cato Consularis, de quo postea. Hic autem Cato Præturam non excessit, in quo magistratu, patre adhuc viuo, mortuum esse, suo loco demonstrabo.

*Rerum Romanarum historiam Græcam Romanus hic Postumius scripsit. Nugatorem vocat M. Cato, quod cul-
pam stylo maluerit deprecari, quam vitare.*

A. Postumius. A. f. // n. Albinus. Homo nobilis valdè, Græcarum litterarum studiosus, historiam Romanam Græcè scripserat. Quàm autem venustè M. Cato senior præfationem eius sui operis excusatoriam, quòd Romanus Romanas res Græcè voluerit scribere, redarguerit; A. Gellius libro Noctium Atticarum XI. cap. VIII. pulchrè memorat ex Cornelio Nepote, quemadmodum & Macrobius in Saturnalium præfatione, verborum eodè, quo Gellius ferè, contextu. Meminit & Plutarchus in Catonis vita.

[T. Veturius T. f. L. n. Philo] Cuius pater Flamen Martialis recensetur à Liuiolibri XXIX. fine.

[M. Opimius // f. // nepos] Extant eius denarij antiqui, in quibus expressum est Romæ caput alata galea tectum, iuxta quod foculus tripes: & ab alia parte videtur Apollo sagittarius in biga, cui subscriptum nomen, M. OPEIMI. ROMA.

[L. Oppius L. f. // n. Salinator] Pater huius anno DLXXV. reperitur Prætor apud Liuium libro XXXV.

[M. Licinius M. f * C. n * Stolo] Cuius patrem anno DLXXV. tribunum militum in Istria, fugiente reliquo exercitu, in castris desertis remansisse, & cum tribus signis occisum scribit Liuius libro XLI. Sed cognomine Strabo, mendosè, ni fallor, vocatur in exemplaribus.

[L. Pinarius L. f. L. n. Natta] [M. Minucius Q. f. Q. n. Thernus]

Pro Quæstorib. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // * Lucerinus *

C. Rutilius * C. f * // . n. Rufus. Sex. Digitius * Sex. f. * // . nepos,

ANNI P. R. C. DXCI.

Consules.

P. CÖRNELIVS P.F. CN.N. SCIPIO. NASICA. C. MARCIVS. C.F. Q.N. FIGVLVS.

P Scipionem Nasicam & C. Marcium Consules legimus in Cassiodoro, Mariano, & Julio Obsequente: in tabulis autem Græcis Scipionem Nasicam & Figulum: in Cuspiniani tabulis antiquis Nasicam & Siculum, mendosè, pro Figulo. Eorumdem mentio fit apud Plutarchum in M. Marcelli vita, Valerium Max. & Ciceronem de natura deorum, vt nunc dicemus.

VITIO. FACTI. ABDICARVNT. IN. EOR. LOC. FACTI. SVNT.

P. CORNELIVS L.F. L. N. LENTVLVS. CN. DOMITIVS. CN. F. L. N. AHENOBARBUS

*Vt religionis
sua Roma
tunc culerix
curiosa.*

Scribunt Plutarchus in Marcello, & Valerius Max. lib. I. cap. I. Ti. Sempronium superioris anni Consulem, quum ad successores sibi subrogandos comitia haberet, auspicia repetendo tabernaculum non mutasse, atque postea vitium animaduertisse in Sardinia prouincia, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret: inde igitur rem ipsam perscripsisse Romam collegis Auguribus. Qua ab his relata ad Senatum, iussu eius C. Figulum è Gallia, Scipionem Nasicam è Corsica reuocatos, ob vitium istud se Consulatu abdicasse. Hinc est quòd Cicero ad Q. Fratrem suum scribit epistolarum libro II. cap. II. Sed habet, inquit, Sardinia quiddam appositum ad recordationem præteritæ memoriæ. Nam vt ille Gracchus Augur, posteaquam in istam prouinciam venit, recordatus est quid sibi in campo Martio comitia Consularia habenti contra auspicia accidisset: sic tu mihi videris in Sardinia, de forma Minuciana, & de nominibus Pomponianis in otio recogitasse. Verum multò disertius ac latius idem Auctor in principio libri secundi de natura deorum rei totius euentum enarrat, vt & Plutarchus loco iam antè citato. Meminit etiam Auctor de viris illustribus in vita P. Nasicæ, sed perperam tota hæc de Nasicæ narratio ad patrem P. Nasicam Cn. f. refertur, qui error in isto opere non primus est. Porro de Consulibus quos suspectos esse videmus in Romanis marmoribus, apud alios Auctores nihil reperio.

Ex

Ex iam nominatis Auctoribus manifestum nobis fit, P. Nasicæ Cos. Corsicam provinciam, C. Figulo Galliam obtigisse; Ti. Sempronium, vt dixi, prorogato imperio, in Sardinia successisse M. Iuuentio collegæ. Prodigia eius anni quædam in Iulio Obsequente habemus, qui historię hoc solum adiecit, Cn. Octauium Consularem legatum in Suetria Laodiceæ in gymnasio occisum fuisse. Cuius meminit etiam Cicero Philippica nona, memorans statuam in Rostris Cn. Octauio positam fuisse apud legatorum statuas, quos Fidenis Lar. Tolumnius rex interemerat. Erat autem princeps istius legationis Octauius à Senatu hoc anno missus in Suriam ad animos Regum liberorumque populorum inspiciendos, vtque mortuo Antiocho Epiphane rege, qui filium puerum eiusdem nominis sub Lusias cuiusdam propinqui procuratoris sui tutela reliquerat, & contra fœdus istum cum auo Antiocho magno à Scipionibus debellato, classem instructam, & elephantos habebat, officij admoneret. Classis itaque regia Cn. Octauij & legatorum iussu combusta est, & elephantis interfecti. Quapropter seditio est orta, Lusias, vt quidam scribunt, impulsu: & Cn. Octauius legationis princeps à Leptine quodam in gymnasio occisus est, & Laodiceâ ceteri Romani expulsi. Lusias tamen, vt facinus à se declinaret, Octauij corpus sepulturæ mandauit, & legatos Romam misit, qui excusarent. Historiam latius enarrant Iustinus lib. xxxiv. Appianus in Suriaca, & Zonaras Annalium II. Quædam habentur etiam obiter in Compendio libri XLVI. historię Liuianæ, sed valde mutilatæ, vbi quæ de Cn. Octauij cæde, & de Demetrii regis ab vrbe fuga relata fuere, desiderantur.

*Provincia
Consulares.
Fœda cades
contra ius
gentium.
Statua Cn.
Octauij in
Rostris*

*Origo &
caussa in-
multus Lao-
dicensis.*

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . // . f. // . n. // . Peregrinam.
// . // . // . f. // . n. // . Sicilian. // . // . // . f. // . n. // . Classem.
// . // . // . f. // . n. // . Hisp. citeriorem. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vltioriẽ.

Prouincias. fortiti. obtinuerunt.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Cn. Cornelius. Cn. f. Cn. n. Dolabella.
Q. Voconius. // . f. // . n. Saxa. P. Decimius * C. f. // . n. Flauus.
L. Bæbius * L. f. // . n. Diues. * A. Antonius * C. f. M * nepos.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Manlius * L. f. L. n. Acidinus * L. Cornelius * L. f. P. n * Scipio.
Afiaticus *

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Mamilius Q. f. * C. n. * Turrin. L. Pompeius. // . f. // . nepos.
Limetanus.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Q. Fuluius M. f. M. n. Nobilior * P * Licinius // . f. // . n. Murena.
C. Afranius * C. f. // . n. Stellio * [P. Porcius P. f. // . n. Læca]
[M. Tuccius M. f. // . nepos] [Q. Fulcinus M. f. C. n. Trio]
[M. Heluius M. f. P. n. Blasio] [Sp. Caruilius. Sp. f. C. n. Maximus.
[Cn. Domitius Cn. f. M. n. Caluinus] [C. Cosconius C. f. // . nepos.]

Quæstores vrbanis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæ-

Quæstores prouinciar. f. f.

//. // . f. // . n. // . P. Naficæ. Cos. in. Corfica.

//. // . f. // . n. // . C. Figuli. Cos. in Gallia.

&. posteà. P. Lentuli. Cn. Domiti. Coss. in. iisdem.

//. // . f. // . n. // . // . Pr. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . // . Pr. in. Hisp. citeriore.

//. // . f. // . n. // . // . Pr. in. Hisp. vltiore.

//. // . f. // . n. // . Lucerinus.

T. Quinctius *. T. f. T. n * Flamininus. Eius qui Philippum Macedoniæ regem deuicit, filius videtur fuisse. Nam Liuius xli. sine scribit in anni DLXXIX. historia, T. Flamininum hunc mortis causa patris sui, munus gladiatorium inter alia eius anni parua munera præclarum dedisse quatrinduo, cum visceratione, epuloque, & ludis scænicis. Magni sanè muneris tunc ea summa fuit, vt per triduum quatuor & septuaginta homines pugnarint. Eius ceteri magistratus sequentur, sed in marmoribus Capitolinis nomen eius lemitruncum remansit.

Munera gladiatoria Roma varia.

C. Liuius. Mamiliani. f. M. n. Drusus. Qui sic Consul est scriptus in Capitolinis Fastis. Hinc constat, eius patrem adoptatum è Mamilia in Drusorum familiam fuisse: quapropter hic eius Filius C. Drusus vsus esse videtur agnomine naturali patris loco prænominis, quo distingueretur ab alio quodam sui temporis C. Liuiio Druso C. filio. Reperiuntur eiusdem argentei denarij elegantissimi cum Iunonis Sospitæ caprina pelle vestito capite: iuxta est sella matronalis, & in auerso nummi latere stans innixa sinistro cubito columnæ dea, draconem Lanuuinum ablandientem dextra tenet. Adscriptum, C. LIVIVS. MAMILIANI. F. DRVSVS.

Sp. Postumius * A. f. A. n * Albinus. Magnus. A statura sic agnomine dictus, ad differentiam fortè alterius Sp. Postumij Albini Paulluli patris, de quo prius egimus, ac aliorum eiusdè prænominis. Filius videtur hic fuisse A. Albini, qui Cos. anno DLXXIII. fuit, & Cenfor a. DLXXIX. Habet eius æreum nummum depictum Hub. Goltzius in suis Fastis Consularibus cum Herculis capite leonina pelle adornato, naui rostrata, & litteris, SP. ALBIN. MAG. ROMA. Videtur nummus in vrbanâ Quæstura cusus cum consuetis vrbi ab antiquo notis aduenæ in Italiam dei. Cicero in Bruto multas eius orationes extitisse scribit.

[C. Aurelius C. f. // . n. Scaurus] Patre Prætorio, qui Sardiniam obtinuit anno DLXVII.

* A. * Gabinus // . f. // . nepos. Præfectus præsidij Scodræ in Illurico fuit, capto Gentio rege, quemadmodum Liuius xlv. scribit.

[L. Æmilius L. f. M. n. Regillus] Filius L. Regilli, qui naualem triumphum de rege Antiocho retulit.

[C. Cosconius M. f. // . nepos] Cuius Pater Tribunus militum legionis XII. fuit, occisus in prælio contra Magonem Pœnum anno DL. vt Liuius libro xxx. latius.

[L. Fabricius C. f. C. n. Luscinus] Patre Prætorio, qui vrbanam iurisdictionem obtinuerat anno DLVIII.

Prouinciæ.

Ti. Sempronius P. f. Ti. n. Gracchus. Procos. Sardiniam. prorogato. imperio. obtinuit. extra. ordinem. M'. Iuuentio collegæ mortuo successor missus, vt in Annali superiore diximus ex Cicerone, Valerio Max. & Plutarchi Marcello.

//. // . f. // . n. // . * Propr. Siciliam. prorog. imp. obt.

M'. Acilius M'. f. L. n. Glabrio.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

//. // . f. // . n. // . Ti. Gracchi. Procos. in Sardinia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . * Calenus * // . // . f. // . n. // . // . Ostiës. ad classè. M. Opi-

M. Opimius. // f. // nepos. [L. Oppius L. f. // n. Salinator]
 [L. Pinarius L. f. L. n. Natta] [M. Minucius Q. f. Q. n. Thermus.]

ANNI P. R. C. DXCII.

Consules.

M. VALERIUS. M. F. M. N. MESSALLA. C. FANNIUS C. F. C. N. STRABO.

HVIUS anni Coss. in hunc modum recensentur in Capitolinis Fastis. Cassiodorus & Marianus M. Messallam & C. Fannium memorant; tabulæ Græcæ Messallam & Strabonem, Cuspiniani verò, Valerium & Strabonem. Elogia comœdiarum Eunuchi & Phormionis apud Terentium poëtam, proferunt M. Valerium & C. Fannium. Sed horum Consulum alij plures item meminerunt, vt mox dicturus sum.

De Consulum huius anni prouinciis, rebusque bello gestis nil aded certi nobis liquet ob historiæ defectum, amisso præsertim Liui. Suspicio tamen, cum Gallis & Liguribus, Corsis ac Lusitanis nondum omnino cessasse bella, si quid ex libri XLVI. Epitoma colligere possimus, vbi legimus, aduersus Ligures, Gallos, Corsos, & Lusitanos vario euentu res gestas fuisse. Galliam igitur cum Liguribus, atque Sardiniam cum bello Corsico Consulares prouincias opinamur fuisse.

Consulium prouincia:

Senatus decreto conuiuiorum impendia restringi cœperunt, gula luxuq; pereuntibus in ciuitate bonis moribus. Ad victus igitur parsimoniam auitam restaurandam S. C. factum est, quod A. Gellius Noctium Atticarum lib. I. cap. xxiv. sic ex Ateij Capitonis collectaneis transcripsit: C. Fannio & M. Valerio Messalla Coss. Senatus decretum factum, in quo iubentur principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutarent, id est mutua inter se conuiuia agitent, iurare apud Coss. verbis conceptis, non amplius in singulis cœnas sumptus esse facturos, quàm centenos vicenosq; æris: præter holus, & far, & vinum, neq; vino alienigena, sed patrio vsuros: neq; argenti facti in conuiuio plus pondo, quàm libras centum illaturos. Post id S. C. lex Fannia lata est, quæ ludis Romanis, ite plebeis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies cœtenos æris infumi concessit, decemq; diebus aliis singulorù mensium tricenos, ceteris autem omnibus diebus denos. Cautum in super erat, ne quid volucrum poneretur præter vnâ gallinam, quæ non esset altilis. Quod deinde legis capit translatum per alias omnes sumptuarias postea latas ambulauit, vt auctor est Plinius lib. x. cap. l. qui Consulẽm Legislatorem C. Fannium nominat, & annis XI. ante Punicum tertium bellum latam scribit, quàm Lucilius poëta festiue Fannij centussim appellauit. Itaque cum Orcia lex numerum solummodò conuiuiarum terminasset, intereaque dilapidare non minus inter paucos bona liceret: impensis modum præscribere, statu rerum ita poscente, Fannia cogebatur. Quæ sumptuaria lex prima fuit, lata post Orciam anno vigesimo, post Romam conditam secundum Gellij opinionem DLXXXII. vt apud Macrobius legimus in Saturnalibus: in cuius exemplaribus annorum notas mirè vitiatas esse, & pro LXXXII. haberi LXXXIX. transpositis characteribus, diligens Lector ex Annalium nostrorum collatione animaduertet, sicut errorem in notis anni legis Orciæ latæ non XXII. sed XX. ante Fanniam. Videat locum Lector lib. III. cap. VII. vbi etiam plura de hisce legibus, & quibus plerumque moribus tum Romæ vivebatur, scitu dignissima Macrobius adfert ex C. Titij oratione, qua legem hoc anno Fanniam suasisit, & ex Sammonici Sereni oratione ad Seuerum & Antoninum Augg. sed ipsum videat audis eius argumenti Lector: sic & A. Gellium loco prius citato, nec non Athenæi sophistarù cœnas libri VI. extremo capite, non pœnitebit, opinor, operæ. Demetrius Seleuci Suriæ regis filius, Antiochi Magni à Romanis deuidi nepos, quem obsidem Pater Seleucus regnum adeptus in locum fratris Antiochi Romanis dederat, cum prius, patre Seleuco patruoq; Antiocho mortuis, missionẽ à Senatu frustra petiisset, & denique patru filio Antiocho puero in regnum sub tutela misso, motus Suriæ nouos, & Cn. Octauij legati cædem cum intellexisset, clam ab vrbe profugiens, suorum auxilio Suriam occupauit, patruem Antiochum cum tutore suo Lusiam cepit, & occidit. Legatos deinde Romam cum aurea corona x. milium aureorum, & Cn. Octauij legati percussoribus misit. Senatus præter coronam auream Ioui Capitolino dicatam nihil acceptare voluit, admissi criminis vltionem in aliud tempus referuans. Historiam latius enarrant Iustinus lib. xxxiv. Appianus in Suriaca, & Zonaras Annalium secundo, Liuij Epitoma lib. XLVI. obiter ac carptim pauca.

Conuiuiorum luxus in vrbe gliscens compefcitur.

Mutare, frequenter mutare conuiuia.

Fannia lex sumptuaria prima.

Fannij centussim.

Orciam legem corrigis Fannia.

Fuga Demetrii Regis Suriæ ex vrbe Roma.

Suriam occupat.

Aurea corona Demetrii.

M m

Prætores.



Prætores:

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. iurisd. fortitus. obtinuit.

//. // . f. // . n. // . Inter. ciues. & peregr. iurisd. fort. obtinuit.

M. Pomponius * M. f. M. n * Matho. Ex S. C. philosophos & rhetores ex vrbe discedere iussit. Extant ipsa ferè S. C. verba apud A. Gellium libro xv. cap. xi. & in præfatione libelli, qui Suetonij extat titulo De claris rhetoribus: cuius verba correctius aliquantò, quàm in vulgatis extant, hic adscribere non pigebit: Rhetorica quoque apud nos perinde atque Grammatica, ferè recepta est, paulò etiam difficilius: quippe quam constat nonnumquam etiam prohibitam exerceri. Quod ne cui dubium sit, vetus S. C. item Censorium edictum subiiciam, * C. Fannio Strabone, M. Valerio Messalla Coss. M. Pomponius Prætor Senatam consuluit. Quòd verba facta sunt de philosophis & Rhetoribus, * P. C. D. E. R. I. C. Vt M. Pomponius Prætor animaduertet, curaretque (si ei è republica fideque sua videretur) vti Romæ ne essent. Tali S. C. primùm vrbe Roma pullos fuisse philosophos & rhetores illos mercenarios, scribunt Gellius & Suetonius hisce Consulibus per M. Pomponium Prætozem: sed quam in vrbe iurisdictionem is obtinuerit, non expriment S. C. verba. Quare inter dubia id ipsum reliqui. Opinor tamen magis, iurisdictionem peregrinam eius prouinciam fuisse, quia de extraneorum scholis aduentitiis ad Senatam rettulit. Suspectus propterea mihi est A. Gellij locus, vbi legitur S. C. de philosophis & rhetoribus Latinis factum esse, cum nec Suetonius, nec ipsum S. C. eius meminerit. Fortassis indocti librarij pro voce Inquilinis, supposuere magis tritam, Latinis.

* S. C. deest in exemplaribus vulgariis.

* C. deest.

* S. Cons.

de ea re ita censuerunt,

mendose in

Suetonio. In

Gellio P. C.

id est, Patres

consulti deest.

A. Gellij locus

suspectus.

//. // . f. // . n. // . Siciliam // . // . f. // . n. // . classem.

//. // . f. // . n. // . Hisp. citeriorem // . // . f. // . n. // . Hisp. vltiorem. Prouincias. fortiti. obtinuere.

Sex. Iulius. Sex. f. L. n. Cæsar M. Antonius * C. f. M. * nepos.

C. Tremellius * C. f. // . n. Flaccus. Hic autem secundus in ea domo Prætor, vt in Quæstura filij L. Tremellij docebo, quæ sequetur.

* L * Postumius * L. f. L. n. Tumpanus * [P. Sextius L. f. Q. nepos.]

Ædiles curules

L. Postumius Sp. f. L. n. Albinus. L. Cornelius L. f * L. n * Merula.

Eunuchus
& Phormio
Comœdia
Terentiana
populo data.
L. Postumij
Ædilis argenti
de ludorum exordio.

Ludis Megalensibus P. Terentij poetæ Eunuchum dedere, & ludis Romanis Phormionem: quemadmodum ex dictarum Comœdiarum elogiis manifestum fit. Atque in hoc L. Postumij magistratu videntur esse cusi denarij argentei, qui reperiuntur cum Confidei capite, Apollinis vittati vultu, adiuncto sceptro, quia secreto consilio regi omnia tutò possunt. cui numini Romulus primos Romanos ludos sacrauerat. In altera parte, Neptuni simulachrum est, dextera pinna nauales, sinistra fuscina tenens, & dextero pede nauis proram premens. Expressisse idcirco in hoc numismate Romanorum ludorum Confualium sacra initia suspicor (cum notæ S. C. non adfint) suo ex priuato: quòd ludos illos solemnes suis maximè sumptibus ad ampliasset. Nam adscriptum est eius nomen notis hisce, L. POST. S. F. L. N. ALBIN.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
Q. Opimius Q. f. Q. nepos. C. Antonius * C. f. M * nepos.

Tribuni plebis

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
L. Licinius * L. f * // . n. Lucullus. M. Mamilius P. f. P. nepos.
M. Acilius M. f. C. n. Glabrio. C. Ælius * Q. f. L. n. Tubero *

Q. Mar

Q. Marcius * Q. f. L n * Philippus. Sex. Digitius * Sex. f * //, nepos
 [Sex. Pomponius. Sex. f. Sex. nepos] [L. Flavius L. f. Cn. nepos]
 [Ti. Sempronius Ti. f. // . n. Rutilus] [L. Atilius L. f. L. n. Bulbus]

Quæstores vrbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

//. // . // . f. // . n. // . M. Valeri. }
 // . // . // . f. // . n. // . C. Fanni. } Coss. in * Gallia & Sardinia *
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. citeriore
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. vltiore.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

C. Sempronius. C. f * M. n * Tuditanus. Fortasse C. Tuditani poterit videri filius, qui Prætor anno DLVI. in Hispania occisus est, vt tum dixi. Fuit hic pater C. Tuditani, qui Cos. postea de Iapudibus triumphauit, in columnis capitulinis C. F. C. N. scriptus, vt constabit. Proauum verò maternum Q. Hortensij oratoris hunc fuisse, & Prætorium inter decem legatos ad Corinthum Achaiam prouinciam constituisse, ex Ciceronis ad Atticum libro xiii. discimus, nam eius non vna tantum in epistola mentionem facit. Et de hoc ipso intelligi debent quæ scribit in epistola eiusdem libri vi. sic: Tuditanum istum proauum Hortensij planè non noram, & filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Sed de huius filio, Q. Hortensij oratoris auo, nos postea suo loco.

Q. Hortensij proauus.

C. Titius * Sex. f. Sex. * nepos. Orator huius temporis eximius, cuius verba quædam lectu dignissima citat Macrobius libro Saturnalium tertio, cap. xvii. ex eius oratione, qua legem Fanniam hoc anno perlatam suavit: ex quibus sanè mores vrbis Romæ, atque luxum eius temporis multorum ciuium, tamquam in tabula quadam picta cognoscere poteris.

* Q. * Ælius * Q. f. Q. n. Pætus * Auus eius magister eq. Prætor, & Pontifex, post Consulatus repulsam in Cannensi prælio occisus erat anno dxxxvii. vt est apud Liuium lib. xxii. & xxxii. Suo loco sequetur lex Ælia de comitiis, cuius ob causam hunc adfero.

[M. Iunius. M. f. M. n. Silanus] Pater Præfectus socium anno dlvii. à Boiis Gallis in prælio occisus erat, vt Liuius xxxiii.

[Q. Fuluius Q. f. Cn. n. Flaccus] Patre Consulari, qui suffectus C. Pisoni mortuo fuit, vt antè diximus.

[P. Sempronius P. f. P. n. Blæsus] Cuius pater Trib. plebis fuerat anno dlxii. vt suo loco demonstratum.

M. Atilius * A. f. C. n. Serranus * Filius A. Serrani bis Prætoris, & Consulis anno dxxxii. Forfan hic Prætor M. Atilius, de quo Appianus in Iberica, vt nos in ann. dci. referemus.

[C. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus] M. Tuditani Pontificis filius, qui Cos. anno dlxix. fuerat, & repulsam anno sequenti in Censura retulerat, vt Liuius libro xxxix.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
 [M. Minucius Q. f. Q. n. Thermus] [L. Fabricius C. f. C. n. Luscinius]

ANNI P. R. C DXCIII.

Consules.

L. ANICIVS. L. F. L. N. GALLVS. M. CORNELIVS. C. F. C. N. CETHEGVS.

CASSIODORVS, Marianus, & Adelphorum P. Terentij poetæ titulus L. Anicium & M. Cornelium Coss. edunt: tabula Græcæ & Cuspiniani produnt eorumdem cognomina, Gallum & Cethegum. Sed Hecyræ Terentianæ titulus in antiquis L. Anicium & M. Cethegum habent.

L. Emilij
Pauli sum-
ma probitatis
& abstin-
entia virtus
post mortem
inclarescit.
Error in Au-
ctore de viris
illustribus.

Eius frugali-
tas & pau-
peritas.

Exequia
L. Pauli.

Ludi fune-
bres à filiis
dati.

Hecyra Te-
rentij bis ve-
lata in scænâ.

Ludis Me-
galensibus
Cæsaris &
Dolabella
Ædi. cur.
a. DXXCIIIX.

Ludis fune-
bribus L. Pauli,
a. DXCIII.

His autem Consulibus L. Æmilium Paullum, qui Perfen regem prælio victum ceperat, mortuum esse, ex Adelphorum P. Terentij titulo nobis apertum fit. Idem insinuare videtur historiæ Liuianæ Compendium libri XLVI. sine, vbi & legimus, ipsum tantæ fuisse probitatis & abstinentiæ in plurimis maximisque victoriis, vti vix ex auctione bonorum eius redactum fuerit, vnde dos vxori eius redderetur. Adstipulatur huic Auctor de viris illustribus, qui sic ait: Ob huius licentiam & paupertatem, post mortem eius dos vxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exfolui. Ceterum ab hoc vitarum compilatore, quisquis ille fuerit, vt multa passim, ita & hic falsè, (nisi librorum hic error est) licentiam, pro prodigalitate intellectam fuisse, eamque inter paupertatis & bonorum venditorum causas relatam esse colligimus. A quo vitio princeps ille ciuitatis prudentissimus longè remotus fuit. Laudant abstinentiam & frugalitatem eius M. Tullius officiorum lib. 11. & Valerius Maximus lib. 1v. cap. 111. sed de bonis eius venditis nihil addunt: vti nec Plutarchus, qui eius vitam accuratè descripsit. At patrimonium mortui vix triginta septem milium tradit hic, instituisseque suos heredes ex asse duos filios superstites. A Scipione tamen, qui minor erat, integram hereditatem Fabio fratri maiori relictam ait, cum ipse in domum Africani locupletiore adoptatus transisset. Non igitur prorsus exheredes Æmilij filios reliquit, cuius exequias magnificentissime totius populi studio & fauore celebratas fuisse constat ex eodem Plutarcho. Insuper ludis scænicis & gladiatoris exornatas fuisse, discimus ex antè citatis Comœdiarum titulis: quos ludos filij ipsius Q. Fabius Max. & P. Scipio Æmiliani populo exhibuere: quemadmodum more maiorum, à defunctorum illustrium virorum filius, vel sanguine proximis heredibus post funus priuatis extra ordinem sumptibus fieri solet. Non igitur Ædiles tunc curules Q. Fabius & P. Cornelius fuere, sicuti falsò & mendosè titulus Adelphorum Terentij præ se fert, haud dubiè truncatus, inuersus, atque corruptus ab imperito litteratore quopiam. Qui cum alias Terentij Comœdias Ædilium curulium ludis datas animaduertisset, & Adelphos qui dederunt, Ædiles curules fuisse putauit, ignarus ludos funebres à priuatis extra ordinem impensa priuata dari solere, non vti solemnes & ordinarij sumptu publico. Quod ex Liuij, Ciceronis, aliorumque veterum Scriptorum variis locis manifestum est. Dederunt igitur hos ludos funebres Q. Fabius & P. Cornelius Scipio, priuati, non Ædiles, in honorem mortui patris, cum ad annos Quæsturæ vel Ædilitatis nondum peruenissent, vt Annales nostri docebunt. Quibus præter Adelphos Hecyram quoque Terentij retulerunt in scænâ, prius ante quinquennium ab Ædilibus datam, sed non peractam, vt suo loco tunc ostendimus. Quæ nec hisce ludis peragi potuit, propter gladiatorum expectationem, vt poetâ in Prologo testatus est, cum postea ludis Romanis per Ædiles curules in theatrum reducta perageretur. Cuius verba subijcere non pigebit, quibus Comœdiæ istius suæ fortunam lepidè declarat Prologus:

Cum primum eam agere cæpi pugilum gloria,
Funambuli cõdem accessit expectatio:
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cæpi vti consuetudine,
In experiundo vt essem. Refero denuò.
Primo actu placeo. Cum intere à rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus conuolat.
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego intere à meum non potui tutari locum.

Sed hæc aliquantò latius studiosæ iuuentutis in gratiam, quia ad veteres Auctores facilius intelligendos faciunt, & causas clariùs ostendunt, cur sæpius in scænâ hæc Comœ-

Comœdiæ reductæ fuerint, antequam peragi potuerint. Quod accidisse puto, non quòd displicerint, aut explosæ fuerint, sed propter inopinas turbas, aliæve subita impedimenta, quæ leui de causa solent in tanto variorum hominum confluxu frequenter exoriri. Videntur igitur imperitorum hæc glossæmata, PLACUIT: item, NON. EST. PLACITA. in quarumdam Comœdiarum titulis temerè librariorum incuria esse inserta. Vt autem Adelphorum titulus historica veritati magis congruat, si quis ad istam ipsum formam refarcire volet ac concinnare, à genuina fortasse non procul aberrabit:

ADELPHI. P. TERENTIÏ. ACTA. LYDIS. FVNEBRIBVS.
L. AEMILIÏ. PAVLLI. DATIS. A. Q. FABIO. MAX. ET.
P. CORNELIO. SCIPIONE. AFRICANO. AEMILIANÏS.
EGERE. L. ATILIVS. PRAENESTINVS. // MINVCIVS
PROTIMVS. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI.
TIBIÏS. SARRANIS. L. ANICIO. M. CORNELIO. COS.
FACTA. EX. GRAEÇA. MENANDRV.

Pontinæ paludes à M. Cornelio Cethego Consule, cui ea prouincia obuenerat, siccatae sunt, agerque ex iis factus. Sic in Epitoma XLVI. libri sine Liuius. Vnde colligimus alteri Consulium Galliam ac Ligures, cum quibus ferè perpetuum bellum; alteri Italiam prouincias decretas fuisse. M. Cethegum Cos. in nulla alia belli materia, militari opera ductis emissariis fossis per Latium, ex Paludibus Pontinis agros fecisse. Nil aliud nunc temporis apud Auctores de horum Consulium rebus certi reperio.

Consulium
Prouincia.

Pontinae
paludes exsiccatae,
culturae.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . // . f. // . n. // . Peregrinam.
iurisdictiones.

// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam
// . // . // . f. // . n. // . Hisp. citer. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. vltiorem
Prouincias. sortiti. obtinuerunt.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. L. Cornelius. Cn. f. L. n. Lentul. Lupus.
T. Sempronius. * Ti. f. Ti. n. * Longus T. Minutius // . f. // . n. Rufus.
[L. Iulius. L. f. // . n. Sequestris] [L. Tuccius M. f. // . nepos.]

Ædiles curules.

Q. Fuluius M. f. M. n. L. Marcius. C. f. C. n.
Nobilior Censorinus.

Horum ludis (ni fallor) Romanis, mense Septembri Hecyra Terentiana, cum Funebribus, vt dictum est, L. Paulli nequisset peragi, denuò relata in scenam, & peracta est. Quod non adedò diu post funebres contigisse, ex Prologi verbis quasi elicere est, qui sibis paulò antè citatis mox subiicit:

*Nunc turba nulla est, otium, & silentium est;
Agendi tempus mihi datum est, vobis datur
Potestas condecorandi ludos scænicos.*

His indicat referendi fabulam suam sibi locum & tempus ab Ædilibus datum esse; quorum Q. Fuluius Nobilior ipse doctus ingeniorum fautor & patronus erat, vt in eius Quaestura docui.

Ædiles plebis

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
T. Annius T. f * T. n * Lufcus. L. Stertinius * L. f * // . nepos.
Frumenti copiam & annonæ laxitatem Romæ procurasse, colligo ex Annij huius denariis argenteis, in quibus Castores in equis decurrentes expressi, & in Romæ galea spicam pro ala positam videmus.

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ius religionis
 pollens po-
 tensq; tunc
 Roma.
 Tribunus
 plebis mul-
 tatus.

Cn. Tremellius * C. f. // . n. Flaccus. Cum M. Æmilio Lepido Pontifice
 Maximo aufus est iniuriosè contendere: sed sacrorum magistratum ius potentius fuit,
 Tribunoque plebis damnato multa dicta est, vt in Liuiana notatum est Epitoma
 lib. XLII. sed contentionis illius nullæ sunt additæ causæ.

L. Calpurnius C. f. C. n. Piso.

M. Foslius. C. f. // . nepos.

Cæsonius

Sex. Poticius // . f. // . nepos

[C. Heluius C. f. P. n. Blasio.]

[M. Fundanius M. f. M. n. Fundulus]

[Q. Lutatius. Q. f. C. n. Catulus]

[L. Antistius Sex. f. Sex. n. Labeo]

[P. Petillius P. f. L. n. Geminus]

[C. Albius C. f. // . n. Carrinus]

Quæstores virbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

// . // . // . f. // . n. // . L. Anicij Cos. in Gallia & Liguribus.

// . // . // . f. // . n. // . M. Cethegi. Cos. in Italia & Latio.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardinia

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. citeriore.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. vltiore.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Qui. postea. Macedonicus appellatus. est.
 Cuius Pater Pontifex, magister equitum, Consul, & Dictator fuerat bello Punico secun-
 do, quemadmodum ex Plinij lib. VII. colligimus, & à nobis antea demonstratum est.
 Hic eius filius summos ite honores in ciuitate sua adeptus est, de quo Tullius in Bruto sic:
 Q. Metellus is, cuius quatuor filij Consulares fuerunt, imprimis est habitus eloquens: qui
 pro L. Cotta dixit, accusante Africano. Cuius & aliæ sunt orationes, & que cõtra Ti. Grac-
 chum, exposita est in C. Fannij Annalibus. Itaque Metelli orationes istæ Ciceronis tem-
 pore extitisse videtur, & eius Gracchianam Annalibus Fannianis insertam fuisse. Milita-
 uerat Q. Metellus sub L. Paulo contra Persem regem in Macedonia, & ab eodem post
 prælium inter victoriæ nuntios Romam est missus, vt auctor est Liuius libro XLIV. Magi-
 stratus illius & res gestæ sequentur ordine suo.

* quæ, doesse
 in exempla-
 ribus vide-
 tur.

P. Iuuentius * L. f. T. n. Thalna * Hunc Prætorem in Macedonia occisum
 postea referemus. Ex interuallo temporis filius videtur fuisse L. Iuuentij Thalnæ, qui le-
 gatus in Hispania fuerat anno DLXVII. vt Liuius XXXIX.

C. Vetillius // . f. // . nepos. Prætore in Hispania vltiore postmodum occisus à
 Viriatho, quemadmodum suo loco.

[C. Sempronius C. f. Cn. n. Blæsus] Patre Ædilitio C. Blæso, quem legatum
 in Græciam anno DXXXIII. nominat Liuius XLIII.

[C. Atinius C. f. M. n. Labeo] Filius C. Labeonis, quem Prætorem an-
 no DLXIII. recensuimus ex Liuij xxxv.

[Cn. Heluius. Cn. f. P. n. Blasio] Cuius pater Trib. militum in prælio occisus
 anno DL. teste Liuius libro xxx.

[L. Aurunculeius L. f. // . n. Cotta] [M. Aburius M. f. // . n. Geminus]
 Ambo Prætoria familia nati, quorum huius Pater Marcus anno DLXXVII. illius an-
 no DLXIII. Prætore fuere, quemadmodum Annales nostri ostendunt.

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
 [C. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus] [L. Fabricius. C. f. C. n. Luscinius]

ANNI P. R. C. DXCIV.

Consules.

CN. CORNELIVS. CN. F. CN. N. M. FVLVIVS. M. F. M. N.
DOLABELLA. NOBILIOR.

CITAT nomina Consulum istorum ex Suetonio Donatus in vita P. Terentij, quibus Poëtam in Arcadia mortuum esse nonnulli scripsere. Cassiodorus & Marianus Cn. Cornelium Dolabellam & M. Fulvium Nobiliorem item suggerunt, tabulæ Græcæ Dolabellam & Fulvium: Cuspiniani autem Dolabellam & Nobiliorem.

Consulibus prouincias Cn. Dolabellæ Galliam, & M. Fulvio Ligures obuenisse opinor: cum Liguribus enim hoc anno M. Fulvium bellasse, ostendit eius triumphus, cuius extat in Capitolinis columnis memoria. Legem denique de ambitu hoc anno latam esse, Liuiana lib. XLVII. Epitome videtur indicare: sed qualis, aut à quo fuerit lata, nil profus additur. Conijcere tamen possumus, hac lege crimen ambitus Indies magis inualefcens inter quæstiones publicas & capitalium rerum iudicia referri cœpisse, vti contra rempublicam fecisse censeretur, qui prauis artibus magistratus ambiisset.

Lex de ambitu lata.

CENS. P. CORNELIVS P. F. CN. N. SCÏPIO NASICA. M. POPILLIVS P. F. P. N. LAENAS. LVSTR. FEC. LIIII.

His Coss. Censores creatos esse demonstrant Capitolinæ tabulæ P. Cornelium Scipionem Nasicam & M. Popillum Lænatem. Ab his princeps Senatus v. lectus est M. Æmilius Lepidus Pontifex Max. Cùm equitum agerent censum, equum nimis strigosum & Equitis non male habitum traduci videntes, sed equitè eius vberimum & habitissimum: Et cur, in- *strigosi nota.* quiunt, ita est, vt tu sis quàm equus tuus curatior? Quoniam, respondit ille, ego me curo, equum Stadius meus. Visum est Censoribus parum reuerens responsum, ideoque hominem inter ærarios retulerunt. Hæc ferè Gellius libri quarti xx. & vltimo cap. ex Massurij Sabini memorabilium VII. nec non Nonius Marcellus in voce Strigosus, vbi collega Nasicæ perperam M. Pompilius habetur. In hac Censura P. Nasicæ collega, vt inquit Plinius lib. VII. fine, * M. Lænatis aqua diuisit horas æquè noctium ac dierum; idque ho- * *M. deest in rologium sub tecto dicauit anno ab V. C. Dxcv. Tamdiu enim populo Rom. lux fuerat vulgatis. Clepydra vsus primum* indifcreta, celo non sereno scilicet. Neque enim præter solaria, vt in superiore Censura diximus, vllum eatenus in vrbe fuerat horarium. Plinio in his item suffragatur Censorinus in libello de die natali. Ceterùm Plinius libro xxxiv. cap. vi. ex L. Pisone prodit, M. Æmilio C. Popillio II. Coss. à Censoribus P. Cornelio Scipione & M. Popillio *Statuarum ambitiosa multitudo sublatæ circa forum Romanum è publica.* statuas circa forum, eorum qui magistratus gesserat, sublatas omnes, præter eas quæ populi aut Senatus sententia statuatæ essent. Eam verò, quam apud ædem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectauerat, etiam conflata à Censoribus. Nimirum in hac quoque re prouidebant ambitioni. Idem in Auctore de viris illustribus habemus, P. Nasicam Censorem statuas è foro Romano, quas sibi quisque per ambitionem posuerat, sustulisse. Inter opera publica quæ faciunda locarunt Censores, apud solum Velleium Paterculum, ni fallor, habemus, hunc Scipionem Nasicam porticus in Capitolio fecisse. *Porticus in Capitolio.* Lustrum vrbis LIV. hos Censores condidisse, ex tabulis dictis Romanis cognoscimus. Et censa fuisse ciuium capita CCCXXXVIII. ∞. CCCXIII. ex Liuiio nobis reliquum est in Compendio XLVII. Sed CCCXIV. vetus liber manuscriptus Iacobi Sulij non habet. Qui numerus, an temerè negligentia scriptoris alicuius in contextum irrepserit, videndum. Prioris enim & sequentis Lustrum summæ quid tale videntur insinuare. Ex Plinij autem locis nunc recitatis intelligi potest, horarium à P. Nasicæ positum, & Lustrum sequenti anno, cùm magistratu abirent Censores, ex more conditum fuisse.

Prætores.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Vrbanam ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam iurisdictiones.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Quæstionem. ambitus. & rer. cap.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Siciliam ///. ///. f. ///. n. ///. Sardiniam

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Hispaniam. citeriorem

Prouincias. sortiti. obtinuerunt.

L. Valerius L. f. P. n. Flaccus. L. Manlius * L. f. L. n. Acidinus *
 L. Cornelius * L. f. P. n. Scipio. C. Mamilius. Q. f. * C. n. * Turrinus.
 Asiaticus. Limetanus.
 L. Pompeius // f. // nepos [L. Licinius L. f. // n. Pollio]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 Q. Marcius Q. f. // n. Rex. * P * Licinius // f. // n. Murena
 C. Afranius * C. f. // n. Stello * [L. Porcius P. f. // n. Læca]

Tribuni plebis

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

L. Atilius * L. f. L. n. Regulus *

L. Mummius L. f. L. nepos

Qui, postea Achaicus. appell. est.

M. Acilius L. f. K. n. Balbus.

L. Rutilius // f. // n. Flaccus]

C. Rutilius * C. f. // n. Rufus]

[L. Rufius L. f. // n. Purpureo]

[C. Apustius C. f. L. n. Fullo]

A. Bæculonius // f. // nepos

[C. Centenius M. f. C. n. Penula]

[Q. Fictorius Q. f. Q. nepos]

Quæstores virbani

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Quæstores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . Cn. Dolabellæ Cos. in. Gallia.

//. // . f. // . n. // . M. Fului. Cos. in. Liguribus.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. citeriore.

//. // . f. // . n. // . Calenus.

L. Aurelius * L. f. L. n. * Cotta. Non domo Cottarum Consulari, sed patre L. Cotta, qui Tribunus militum anno DLXXII. teste Liuiio lib. XL. militauerat post Quæsturam in Liguribus sub L. Paulo Cos. vt ex ratione temporum conijcimus. Hunc verò L. Cottam Tullius in Bruto recenset inter eloquentes quidem, sed veteratorem habitum dicit. Fuisse inopem & malignum, certè Tribunatus plebis eius indicabit, qui sequetur. Quapropter P. Africanus Consulari prouincia indignum Consulem iudicauit, vt deinde dicemus.

Ser. Sulpicius * Ser. f. Ser. n. * Galba. Qui Prætor contra Lusitanos malè pugnavit, & reus deinde factus est, accusante M. Catonè. Filium opinor fuisse Ser. Galbæ Prætoris an. DLXVI. & Consulatu postea repulsi. Hunc sui temporis eloquentissimum oratorem fuisse, multis locis fatetur Cicero, atque imprimis in Bruto, prauus alioquin moribus ac indole, vt eius demonstrant magistratus resq; gestæ. De quo vide Appianum in Iberica.

C. Plautius * L. f. P. n. Hupsæus * Prætorem fuisse docebimus in suo loco. Et puto patrem eius Prætorem anno DLXIII, fuisse.

Cn. Cornelius * C. f. L. n. * Lentulus. Qui Consul sequetur. Poterit videri filius C. Lentuli I. viri colonix deducendæ cum P. & Sex. Pætis anno DLIV. auctore Liuiio lib. XXXII

Sp. Mummius L. f. L. nepos. L. Mummius Achaici frater, quemadmodum ex Cicerone palam nobis fit: in Bruto namque recenset ambos. Fuerunt etiam, inquit, in oratorum numero mediocrium L. & Sp. Mummius fratres; quorum extant amborum orationes. Simplex quidem Lucius fuit, & antiquus: Spurius autem nihilo illo quidem ornator, sed tamen adstrictior: fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Magistratus curules ipsum gessisse non dubium videtur, cum legationes praeclaras obierit. Nam cum P. Africano & L. Metello legatus in Aegyptum iuit, ut tradit Iustinus libro xxxiix. Cicerone in epistolis ad Atticum libro xiiii. non semel asserit quoque fratri Lucio Consuli legatum Achaico bello fuisse ad Corinthum. Sic enim ait epistola, uti nunc extant, ordine quarta: Sp. Mummius putaram in decem legatis fuisse, & videlicet: etenim, *εὐλογον*, fratri fuisse: fuit enim ad Corinthum. Obscurus & intricatus est locus. Exemplar Aldinum Cardinalis Granuellani, quod habuit ex vetustissimo manuscripto codice correctum, non nihil variat, proditque verba sic: Sp. Mummius putaram in decem fuisse. Sed, videlicet, *εὐλογον*, fratri fuisse. Quae lectio dilucidior est. Nam Atticus illi respondens non reperiri in decem; sed si ad Corinthum ille, legatum fratris esse potuisse, errorem ferè detexerat. Necdum tamē viuidis ingeniorum palatis satisfacere haec lectio potest. Quid si ita? Sed videre licet. Etenim *εὐλογον* fratri fuisse. Hoc est, dispicere, & considerare diligentius licet. Quae frequens est eius verbi significatio apud Tullium & poetam Terentium. Rursus in epistola ad eundem sexta, legationis istius Mummiianae denuò mentionem facit, & verba lubet adducere ex manuscripti correctione, ut Lector videat, quam vulgatis emendatiora. Sunt autem haec: * Sp. Mummius fuisse ad Corinthum, pro certo habeo. Saepè enim hic Spurius, qui nuper mortuus est, epistolas mihi pronuntiabat versiculis faceret, ad familiaris missas à Corintho. Sed non dubito quin fratri fuerit legatus, non in decem.

Sp. Mummius doctus.

Ciceronis locus diligentius excutiendus.

Sed videre licet, pro, Et videlicet

* Sp. deest in Aldinis. * mortuus deest in Aldinis.

[A. Terentius A. f. C. n. Varro] Patre Praetorio qui ouationem anno DLXXI. retulerat de Celtiberis ex Hisp. citeriore, uti tum diximus.

[Q. Baebius M. f. Q. n. Tamphilus] Cuius pater Procos. anno DLXXIII. de Liguribus triumphauerat, ut in superioribus videre est.

[C. Apustius L. f. L. n. Fullo] Huius pater post Praetoram legatus in Asia bello contra Antiochum in praelio contra Lycios anno DLXIII. occisus est, ut Liuius xxxvii.

Prouincia f. prorogata.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Propr. Hisp. vlt. prorog. imp. obt.

[L. Tuccius. M. f. ///. nepos.]

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. Propr. in. Hisp. vlt.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucrinus * ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

[M. Aburius M. f. ///. n. Geminus] [C. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus]

[C. Sempronius C. f. C. n. Blæsus]

ANNI P. R. C. D X C V.

Consules.

M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS. C. POPILLIVS P. F. P. N. LAENAS. II.

CONSULES etiam hos nominant Cassiodorus & Marianus M. Æmilium & C. Popillium. Tabulae Græcae Lepidum & Lænatem habent, ut & Cuspiniani. Reperiuntur etiam hi Consules in Censorini libello de die natali cap. xiv. ex L. Pisonis Annali septimo citati. Roma, inquit, condita anno * DVII. sæculum accipit his Coss. qui proximi sunt Coss. M. Æmilium M. f. Lepidus, C. Popillius II. absens. Verba habentur vbi de distinctionibus ætatum agit, sed admodum mutila sunt, & examine indigent diligentiore. Adfert item Consulium nomina Plinius lib. xxxiv. à Censoribus hoc anno statuas è foro Rom. sublatas fuisse scribens ex L. Pisonis, ut in Annali superiore rettuli. Metalla in Macedonia his Consulibus esse instituta, breuiter annotauit in suo catalogo Consulium Cassiodorus: de qua re nihil apud alios reperio. Palam fit tamen ex Liuij xlv. post Per-

* aliàs CCLVIII.

Annorum nota falsa.

Metallum veltigal Macedoniae novum auri argea que argenti.

sea captum, regiamque turannidem sublatam, quo Macedonum libertas integrior & absolutior esset; Senatui Romano consultius visum fuisse, metalli Macedonici exercitium, quod ingens vectigal Regibus erat, tollere; cum sine publicano non posset exerceri. Et ubi publicanus, ibi ius publicum vanum aut libertatem socijs nullam esse censebant.

*Æmilia lex
de metallis
Macedonis.*

L. Æmilius igitur Imperator ex S. C. decemque legatorum sententia cum Macedonia populis libertatem Amphipoli publicaret, metalla auri atque argenti exerceri vetuit, ferri atque æris permisit; & vectigal exercentibus dimidium, quod pendissent Regi, imposuit. Videntur igitur huic legi fraudem fecisse Macedones, & præter aris ac ferri, metallicos eorum etiam auri atque argenti exercitium occupasse: cum Cassiodorus ex Annali quopiam annotarit, his Consulibus metalla Macedonia instituta esse. Hinc igitur est colligere, vectigal hoc nouum inter alia publica vectigalia Romæ subhaftatum à Censoribus P. Natica & M. Popillio, atque publicanis elocatum fuisse. Et quamuis nihil ferè sit quod adferam præterea certi de rebus gestis eius anni, ex historia tamen sacra Machabæorum, & Iosephi libro antiquitatum XII. colligimus, Iudam Machabæum gentis Iudæorum ducem, dum graui bello premeretur à Demetrio Suriæ rege, legatos conquestum Romam misisse, & societatis amicitiaque fœdus à Romanis petatum impetrasse.

Iudæi per legatos Romanorum societatem ac amicitiam petunt & impetrant.

Quo tempore etiam ex Senatus auctoritate inter Ptolomæos fratres Ægypti reges denudò dissidentes fœdus ictum est, ut alter Alexandria in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Vide Liuij Epitomen XLVII. Iustinum lib. XXXVI. qui hæc de Iudæis: A Demetrio cum descisissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperant, facillè tum Romanis ex alieno largientibus. De prouinciis eius anni parum aut nihil est, quod adferamus certi. Suspico tamen Consulares mansisse Galliam ac Ligures.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . f. // . n. // . Peregrinam.
iurisdictiones
// . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . f. // . n. // . Sardiniam.
// . // . f. // . n. // . Hisp. citeriorem. // . // . f. // . n. // . Hisp. vltter.
Prouincias. fortiti. obtinuerunt.

Q. Opimius. Q. f. Q. nepos. L. Postumius. Sp. f. L. n. Albinus.
L. Cornelius. L. f. * L. n. * Merula. M'. Acilius M'. f. C. n. Glabrio.
[C. Antonius * C. f. M. * nepos.] [Q. Ogulnius. Q. f. A. n. Gallus.]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
A. Postumius A. f. A. n. Albinus. [Ti. Veturius. Ti. f. L. n. Philo]

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
L. Licinius * L. f. * // . n. Lucillus. M. Manilius. P. f. P. nepos.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
M. Porcius M. f. M. n. Cato [C. Sempronius C. f. // . n. Rutilus]
[M. Opimius // . f. // . nepos] [L. Oppius L. f. // . n. Salinator.]
[M. Licinius M. f. * C. n. * Stolo] [C. Næuius C. f. // . n. Crispus]
[M. Næuius M. f. // . n. Crispus] [C. Platorius C. f. C. nepos.]
[M. Vrbinus // . f. // . nepos.] [C. Volumnius C. f. C. n. Flamma]

Quæstores vrban.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . // . // .
Quæ-

Quæstores prouinciar.

- // . // . // . f. // . n. // . M. Lepidi }
 // . // . // . f. // . n. // . C. Popilli } Coss. in * Gallia & Liguribus *
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. vltter.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

M. Iunius * M. f. M. n * Brutus. Filius, ni fallor, M. Bruti, qui Cos. anno DLXXV. fuit, & frater D. Bruti Callaici, de quo postea non enim repugnat temporum ratio. Hic verò iurisconsultus celebris & eximius fuit, & vt Pomponius de origine iuris auctor est, septem libros de iure ciuili reliquit. Ex his tamen adulterinos quatuor antiquitus etiam habitos fuisse, videtur Pomponium latuisse. M. Cicero Brutum hunc virum optimum, & iuris peritissimum proficitur: sed filium reliquisse Marcum nomine degerem, qui vitio prauæ voluntatis magistratus non petiuit, & accusator vbique vehementis & molestus fuit, quemadmodum & officiorum libro II. eius mentionem facit, sordidum ad famam esse dicens, committere, vt accusator quis nominetur. Quod contigit, inquit, M. Bruto summo genere nato: illius filio, qui iuris ciuili in primis peritus fuit. Rursus de oratore lib. II. huius Bruti patris virtutes, & vitia filij graphicè depingit ex L. Crassi oratoris Planciana, vbi ex sententia Q. Scæuulæ Crassus tres tantum de iure ciuili libros M. Bruti vt veros agnoscit. Talionis istius, quam Crassus tunc accusatori Bruto facetissimè reddidit, Tullius etiam in oratione pro Cluentio mentionem facit: sic & Quintilianus institutionum oratoriarum lib. V. cap. IV. ex eodem.

Eius filius degener.

M. Bruti de iure ciuili tres tantum libros fuisse.

[Q. Næuius Q. f. // . n. Matho] [C. Numisius C. f. // . nepos]
 Ambo familia Prætoria, Numisius patre Prætor Siciliæ anno DXXXVI. & anno dein quarto x. viro dandis agris: Næuius patre Prætor Sardinia anno DLXIX. vt auctor est Liuius lib. XXXIX. XLI. & XLII.

[L. Iulius L. f. Sex. n. Cæsar] Cuius pater anno DLXX. Prætor fuerat; vt Liuius lib. XXXIX.

[Q. Fabius Q. f. N. n. Buteo] Antiqua non minùs quàm nobili familia, cuius patrem Liuius Prætor anno DLXXII. nominat lib. XL. & postea lib. XLV. inter v. viros agris dirimendis.

[Cn. Sicinius Cn. f. C. nepos] Patre Prætorio natus, qui & III. vir coloniarum deducendarum fuerat anno DLXXVI. vt Liuius XLI.

[Q. Catius Q. f. Q. nepos] Huius patrem Ædilem plebis recenset Liuius lib. XXVII. & postea C. Neronis in Apulia castris aduersus Annibalem præfectum fuisse scribit, dum ille contra Afrubalem in Galliam pergeret. Nominat eundem Q. Catius libro sequenti inter legatos, qui Roma Delphos missi sunt anno DXLVIII. Sed corrigenda videntur exemplaria, quæ perperam Q. Catulum nominant.

Q. Cotius. // . f. // . n. Achilles. Quod ipse cognomen sua fortitudine militari promeruit. Nec videtur à magistratum functione abstinuisse, cum scribat Valerius Max. hunc sub Q. Metello Macedonico Cos. legatum in Hispaniam profectum bello Celtiberico militasse, & bis singulari prælio victorem spolia ab hoste rettulisse. Vide Valerium lib. III. cap. II.

Prouinciæ.

M. Fuluius M. f. M. n. Nobilior. Procos. Ligures. prorogato imperio. in aduentum. successoris. vsque obtinuit. vt monstrant Capitolina fragmenta, quæ Fuluium mense Sextili demum rediisse Romam insinuant.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

- // . // . // . f. // . n. // . M. Fului. Procos. in. Liguribus.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. citeriore
 // . // . // . f. // . n. // . Lucerinus // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.
 Cn. Cornelius * C. f. L. n * Lentulus [Q. Catius Q. f. Q. nepos]
 [C. Apustius L. f. L. n. Fullo] [C. Sempronius M. f. M. n. Tuditanus]
 M. Ful-

M. Fuluius. M. F. M. N. NOBILIOR. PROCOS. A. DXCV.

De. LiguriBVS. ELEATIBVS. XII. K. SEPT.

Cum Liguribus per hos annos sæpè bellatum fuisse constat, vt etiam hic triumphus M. Fuluij Proc. demonstrat, qui in Capitolinis columnis C. Sulpicij Galli triumphum sequitur. Nec apud alios Auctores huius aliquam mentionem reperio. Et sanè videtur inter obscuros vel castellanos Ciceronis triumphos numerandus, quorum vix vlla remansit memoria. Quam tamen Fuluius voluit familiæque suumque in honorem exempli patris denariis argenteis promulgare, in quibus Iouis Tropæuchi siue Feretrii, vt à Romanis vocabatur, caput laureatum in vno latere, & Victoria, quæ trophæum coronat, in altero repræsentatur: item eius nomen hoc, M. FVLVI. M. F. NOBILIOR. Denique quinam fuerint Eleates Ligures, de quibus Fuluium triumphasse hic legimus, non item satis liquet: nisi fortasse fuerint, qui in Liuij malefdis exemplaribus Iluates, vel Celelates, characteribus vitiatis vel fortè superfluis, descripti sunt. Recenset quidem Veletes inter Ligurum populos Plinius lib. III. Quid si in istis item V. litera superflua? Veletes quidem appellari in Capitolinis columnis ex Marliani schedis Carulum Sigonium vulgasse video. at in meo certè exemplari, quod Romæ ex ipso descripti marmore, descriptumque diligentissimè contuli, ELEATES vocantur, non VELEATES. Errare tamen me potuisse non diffiteor, cui licebit, marmor ipsum videat. Onufrius Pancuinus, vt errorem suum in priore M. Marcelli triumpho de Liguribus Veletibusque (sicut in marmore malè legit) acto commissum tueretur, etiam in hoc Fuluij triumpho distinguere copula, ET, à Ligurum populis Veletes contra Plinium voluit, cum in neutro triumpho Veletum vlla fiat in Capitolinis marmoribus mentio. Hunc errorem Pancuini miror Hubertum Goltzium adedè leuiter in suis Fastis secutum fuisse.

Denarius
Fuluij triu-
phalis.
Iupiter Tro-
pæuchus Ro-
manis Fere-
trius.
Eleates Li-
gures.

ANNI P. R. C. DXCVI.

Consules.

SEX. IVLIVS. SEX. F. SEX. N. CAESAR. L. AVRELIVS L. F. L. N. ORESTES.

IN Cassiodoro subsequuntur Consules Sex. Iulius & L. Aurelius: in tabulis Græcis & Cuspiniani habentur eorumdem cognomina Cæsar & Orestes. Nominat & hos Plinius lib. xxxIII. cap. III. thesaurum publicum in vrbe recensitum hoc anno fuisse declarans: Auri, inquit, in arario populi Romani fuere Sex. Iulio, L. Aurelio Coss. septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo DCCXXV. argenti XCII. milia, & extra numerum CCCLXXXV. milia, vt habet editio Geleniana. Sed videas, Lector, num hic numerus historicæ veritati conuenire possit. Aliam longè discrepantem Io. Cuspinianus ex antiquo Plinij codice lectionem adfert in suo Consulium Cassiodori commentario, quæ tamen necdum satisfacit, dum ad aurum argentumque manubiale in triumphis translatum respicio.

Thesaurus
auri atq; ar-
genti publi-
cus Romano-
rum.

De rebus bello gestis, atque eius anni prouinciis nihil certi reperimus. Non dubium tamen, quin cum Liguribus continuè ferè bellatum fuerit, vt ex sequentibus colligere est. Consulium igitur prouincias, donec quid certius eruatur è tenebris, statuemus Ligures & Gallos: cum quibus populis pax rarè diuturna solebat Romano tunc esse. Ariarathes Cappadociæ rex Demetrii regis Suriæ consilio & viribus pulsus regno à Senatu restitutus est. Missi item in Africam legati, qui inter Massanisam regem & Pœnos de agro iudicarent. Meminit Epitome lib. XLVII. historicæ Liuianæ: Plutarchus, & Appianus Alexandrinus in Libuca. M. Catonem in hac legatione fuisse scribunt, atque perspecta coràm Carthaginis potentia, Romam reuersum de hac vrbe delenda mox sermonem in Senatu instituisse. Auximum his Consulibus in Picenum deducta colonia est, vt auctor est Vel-leius lib. primo. Ante triennium, inquit, quàm Cassius Censor à Lupercali Palatium ver-
ni Fasti recensent.

Ariarathes
rex restitu-
tus.
Controversia
de limitibus
inter Pœnos
& Massani-
sam regem
per legatos
composita.
M. Catonis
de Cartha-
gine opinio.
Auximum
colonia.

Prætores

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Vrbanam ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam
iurisdictiones
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Siciliam ///. ///. f. ///. n. ///. Sardiniam
///. ///

//. // . // . f . // . n . // . Hisp. citeriore. // . // . // . f . // . n . // . Hisp. vltiorem.
Prouincias. fortiti. obtinuere.

L. Stertinius * L. f. * // . nepos. T. Annius T. f. * T. n * Lufcus
[M. Tuccius M. f. // . nepos.] [Q. Fulcinius M. f. C. n. Trio]
[M. Heluius M. f. P. n. Blafio] [Sp. Caruilius. Sp. f. C. n. Maximus]

Ædiles curules.

//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
T. Quinctius * T. f. T. n * Sp. Postumius * A. f. A. n * Albinus.
Flamininus Magnus.

Ædiles plebis.

//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
Cn. Tremellius * C. f. // . n . L. Calpurnius C. f. C. n.
Flaccus. Pifó. Cæsoninus.

Tribuni plebis.

//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .
C. Liuius. Mamiliani. f. M. n. Drufus * A. Gabinius // . f. // . nepos.
[C. Aurelius C. f. // . n. Scarus] [M. Minucius Q. f. Q. n. Therinus]
[Ti. Villius. Ti. f. P. n. Tappulus] [L. Fabricius. C. f. C. n. Lufcinus]
[C. Silius M. f. M. n. Nerua] [Ti. Mænius. T. f. L. nepos]
[C. Lætorius C. f. C. n. Mergus] [Q. Papius Q. f. Q. n. Turdus]

Quæftores vrbani.

//. // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

Quæftores prouinciar.

//. // . // . f . // . n . // . Sex. Iuli. }
//. // . // . f . // . n . // . L. Aureli. } Coss. in * Gallia. & . Ligurib. *
//. // . // . f . // . n . // . // . // . Pr. in. Sicilia
//. // . // . f . // . n . // . // . // . Pr. in. Sardinia
//. // . // . f . // . n . // . // . // . Pr. in Hisp. citeriore.
//. // . // . f . // . n . // . Ostiensis.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus. Æmilianus. L. Æmilij Paulli bis Cos. ac
Triumphalis filius maior ex Papiria, sed in adoptionem datus Q. Fabio Max. Labeoni.
Hic admodum adolescens cum fratre P. Scipione Æmiliano castra L. Paulli patris contra
Perfen regem sequutus est, vt ex Plutarcho in Paulli vita, & ex Liuij variis locis constat.
Fuit eruditionis admirator, & litterarum peritus, quod ex Suetonij Terentiana vita colligere est.
Per magistratum verò gradus ad Consulatum peruenisse docebimus. Eius extant pulcherrimi denarij argentei, cusi vel in Quæstura, vel in Consulatu, vt apparet, ad
vsum sacrorum Lanuuiorum, cum Iunonis Sospitæ caprina pelle velato capite, & dracone
Lannuino cristato, qui ex ara rotunda per spiras exfurgit. Adscriptus Fabij titulus sic est: Q. FAB. Q. F. MAX. ÆMILIAN. EX. S. C.

//. Claudius // . r . // . n . Vnimanus. Huius Prætoris, magna Romanorum clade per Viriathum Lusitanum in Hisp. vltiore superati, plures mentionem faciunt, vt postea dicemus: sed nomen ipsius proprium, aut ex quam fuerit familia, inter tam multas Claudiæ gentis cognomina nemo declarat. Omnibus Vnimanum agnomine dictum fuisse, satis visum est indicasse.

* M. * Scatinus // f. // n. Aricinus. De cuius Tribuni plebis lege suo loco loquimur. Alius sanè videtur à C. Scatinio Capitolino per M. Marcellum damnato, cuius mentionem fecimus in anno DXXVII.

L. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Caluus. Frater Q. Metelli Macedonici, quem admodum clariùs indicant Valerius Max. lib. VIII. cap. v. & antiqui denarij cusi, cum ex S. C. coloniam deduceret, in quibus, L. CÆCILI. Q. F. L. N. METEL. CALVVS, legitur, patris & aui Prænominibus notatus. Per gradus magistratum ad Censuram ascendisse docebo.

[Q. Fabius Q. f. Q. n. Pictor. Eius pater Flamen Quirinalis & Prætorius mortuus erat anno DXXCVI. vt Liuius XLV. fine.

[M. Aurelius C. f. // n. Scaurus] Patre Prætorio, qui Sardiniam anno DLXVII. rexerat, teste Liuiò XXXIX. initio.

[L. Valerius L. f. C. n. Tappus] Cuius patrem Sicilia anno DLXI. Prætorem adfert Liuius lib. xxxv.

[L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Blasio] Patre item Prætorio, qui Siciliam rexerat anno DLIX. Liuiò teste lib. xxxiv.

Prouincia f. prorogata.

//. // . // . f. // . n. // . Propr. Hisp. vlt. prorog. imp. obt.
[Q. Ogulnius Q. f. A. n. Gallus]

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. vltiore.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

[Q. Catius Q. f. Q. nepos] Q. Cotius // . f. // . n. Achilles.

[C. Apustius L. f. L. n. Fullo]

ANNI P. R. C. DXCVII.

Consules.

L. CORNELIVS. CN. F. L. N. LENTVLVS. C. MARCIVS. C. F. Q. N.
LVPVS. FIGVLVS. II.

Lentulum, C. Marcium Consules in hunc annum produnt Cassiodorus, Mariannus & Obsequens: Cuspiniani & Græcæ tabulæ Lentulum & Figulum. Sed secundi Consulatus nota apud Figuli nomen perit in exemplaribus, vt ostendunt Capitolina marmora. M. Tullius in Bruto L. Lentulum, qui cum C. Figulo Cos. fuit, inter eloquentes enumerat, vt in Lentuli Quæstura notaui. Meminit eiusdem etiam Valerius Max. lib. VI. cap. XI. vt paulò post ampliùs. C. Figulum verò bis Consulem fuisse, Valerius idem libro IX. cap. III. astipulatur, eius filium Iurisconsultum repulsam in Consulatu postea passum narrans, vt suo loco nos latiùs.

Prodigia quædam eius anni recenset Iulius Obsequens, & Delmatas superatos addit. Consulibus itaque prouincias L. Lentulo Galliam & Ligures, cum quibus bellum assiduum tunc, & C. Marcio Delmatas obuensis colligimus. His enim bellum illatum, quòd Illurios pop. Romani socios populationibus vexassent, legatis eorum insuper occisis, quòdque Romanorum legatis non satis modeste respondissent. Ab his C. Marcus Cos. primùm superatus, postea inopinos aggreditur, & profligat Delminium vsque, atque urbem ipsam, iniecto ex catapultis igne, magna ex parte conflagratam vastauit. De hoc bello sic ferè quid narratur apud Appianum Alexandrinum in Illurica. Meminere " breuiter Zonaras & Epitoma Liuij libri XLVII. item L. Florus lib. IV. cap. XI. Dalmatas, inquit, Marcus, incensa vrbe Delminio, quasi detruncarat. De L. Lentuli Cos. rebus gestis nihil apud Auctores repperi, illud tantum ex Val. Max. cognoscimus, prouinciam ab eo malè habitam ac gestam fuisse, ideoque post Consulatum lege Cæcilia repetundarum crimine reum fuisse, quamuis postea Centor sit factus, vt tum dicemus.

Prouincia
Consulares.

Delmata
viã, Delmi-
niumq; com-
bustum.

Prætores

Prætores.

//. // . // . f . // . n . // . Vrbanam . // . // . // . f . // . n . // . Inter ciues . & Pereg .
iurisdictiones

// . // . // . f . // . n . // . Siciliam . // . // . // . f . // . n . // . * Classem *

// . // . // . f . // . n . // . Sardiniam . // . // . // . f . // . n . // . Hisp . vltter .

Prouincias . fortiti . obtinuere .

Q . Fuluius M . f . M . n . Nobilior . * P * Licinius // . f . // . n . Murena

Q . Marcius Q . f . // . n . Rex . C . Afranius * C . f . // . n . Stello *

[P . Porcius P . f . // . n . Læca] Sex . Digitius * Sex . f * // . nepos .

Ædiles curules .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

Ædiles plebis .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

L . Mummius L . f . L . nepos . L . Atilius * L . f . L . n . Regulus *

Qui . postea . Achaicus . appellatus . est .

M . Acilius L . f . K . n . Balbus . L . Rutilius // . f . // . n . Flaccus .

Tribuni plebis .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . // .

* Q . * Ælius * Q . f . Q . n . Pætus * M . * Fufius . // . f . // . nepos .

Æliam & Fufiam (vt vetusta correcte nomen hoc produunt exemplaria) leges de iure & tempore comitorum celebres , quarum M . Tullius sæpè mentionem in quibusdam suis orationibus facit , hoc quasi anno latas esse , ex eodem colligere est . Tulere duo Tribuni plebis Ælius & Fufius , de quibus nil aliud singillatim memoria proditum reperimus . In

Vatiniana sua Cicero , sanctissimas istas leges Æliam & Fufiam asserit in Gracchorum

ferocitate , & in audacia Saturnini , & in colluione Drusi , & in contentione Sulpicij , & in

Cinnano * cruore etiam inter Sullana arma vixisse . Constat igitur , ante Gracchana tem-

pora latas fuisse . In Pisoniana quidem demonstrat quid ampliùs , & ante bellum Puni-

cum tertium latas insinuat his paucis verbis : Centum prope annos leges Æliam & Fu-

fiam tenueramus . Si prope centum annos (vt ait) in vsu remanserunt , hoc ferè latas anno

poterimus opinari : qui à P . Clodij Tribunatu plebis , in quo sunt abrogata , reperitur esse

nonagesimus octauus . Duas autem fuisse leges , vir doctissimus Paullus Manutius existi-

mat , cuius in sententiam pedibus ire debeo . Nam licet quædam Ciceronis loca videan-

tur de vna à duobus lata lege loqui , in aliquibus tamen illud vitij librorum culpæ po-

tiùs , quàm Ciceronis negligentia tribui debere videtur , si ipsa diligentius verba confide-

remus : vt illa iam adducta . Quæ cum in exemplaribus antiquo more scriptis (ni fallor)

sic expressa reperirentur [CENTVM . PROPE . ANNOS . LEGG . ÆLIAM . ET . FVFIAM .

TENVERAMVS] ipsi temerè vocem (LEGG .) breuiter notatam explicauerunt in (legem)

non , vti debebant , (leges) . Quod ipsum multò clariùs cognosci potest ex aliis Ciceronis

verbis eiusdem inuectiue paulò superiùs . Vbi cum sic antiqua scribendi formula haberetur ,

A . P . CLODIO . FATALI . PORTENTO . PRODIGIOQ . REIP . LEGG . ÆLIA . ET . FVFLIA .

EVERSÆ . PROPVGNACVLA . MVRIQ . TRANQVILLITATIS . ATQ . OCIL . exscriptores

item , LEGG . perperam in (lex) & , EVERSÆ , in (euerfa est) mutauere : cum tamen verba

sequentia multitudinis numero prolata (propugnacula muriq) aperte flagitent apponendam sibi vocem eiusdem numeri , & ostendant (leges) non (lex) scribi debere . Simi-

les errores sunt item in Vatiniana , & in aliis locis : sic in Pædiano Ciceronis commentato-

re vetusto , quæ hîc breuitatis causa prætereo . Sufficit enim indicasse , & studioso Lectori scrupulos detexisse . Quare mihi quoque persuasum est , duas fuisse leges à duobus colle-

gis Tribunis pleb. eodem anno latas: cum Cicero simul eas ferè citet, vix vquam sepat. Nam ambo comitorum iura deprauata, ex Numæ regis maiorumque legibus reformasse videntur; cum iam inclinatis ad vitia ciuium animis, prisca cum populo agendi religio per ambitionem & auaritiam ciuium passim conculcari cœpisset. Vtriusque legis sententiam diligenter ex Ciceronis verbis Manutius excussit: ex quibus simul collatis palam nobis fit, quod Ælia lex iusserit, Vti comitiis ferendarum legum, non minus quam magistratum creandorum, de cælo feruandi, obnuntiandi, intercedendi que ius atque potestas esset. Fufia verò cauerit, Ne Fastis diebus agere cum populo legum ferendarum causa fas esset. Has igitur mirificè commendat vbique Tullius, quasi certa aduersus Tribunitios furores subsidia.

Ælia quid iusserit.

Fufia quid cauerit.

C. Sempronius C. f. * M. n. * Tuditan. [C. Cosconius M. f. // nepos.]
 C. Titius * Sex. f. Sex. * nepos. [M. Iunius M. f. M. n. Silanus]
 [Q. Fuluius Q. f. Cn. n. Flaccus] [P. Sempronius P. f. P. n. Blæsus]
 M. Atilius * A. f. C. n. Serranus * [C. Minucius C. f. Ti. n. Augurinus]

Quæstores vr bani.

//. // f. // n. // . // // // f. // n. //

Quæstores prouinciar.

//. // f. // n. // L. Lentuli. Cos. in. Gallia. & Liguribus
 // // f. // n. // C. Marci. Cos. in. Delmatia
 // // f. // n. // // // Pr. apud. classem Apuliæ
 // // f. // n. // // // Pr. in. Sardinia
 // // f. // n. // // // Pr. in Hisp. vlt. Pr.
 // // f. // n. // Ostiensis.

Cn. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. Filius Cn. Cæpionis, qui Cos. anno DXXCIV. fuerat, & frater Q. Cæpionis, cuius item mox sequentur magistratus. Nam Quintum Cnæo successisse in Consulatu, docent Fasti, & astipulatur Valerius Max. lib. VIII. cap. v. dicens hos duos, eisdem parentibus natos, per honorum gradus omnes ad summam amplitudinem prouectos esse. Laudat illos item M. Tullius in Fonteiana & Verrinis.

C. Lælius C. f. C. nepos. Qui. postea. Sapiens. app. est. Consularis viri filius, qui, vt pater C. Lælius P. Africani maioris, ita his minoris Africani Æmiliani amicitia ad summos honores peruenit. Vir ingenio, doctrina, poësi & oratoria eloquentia præclarus, qui Diogenem Stoicum adolecens, post autem Panætium philosophos audierat. De cuius studio & virtutibus multa Tullius in Bruto, & de finibus II. Cum hoc C. Lælio & P. Africano Æmiliano propter eruditionem & poëtices studia P. Terentium poëtam Comicum familiariter admodum vixisse, nec non ab his in scribendis Comædiis adiutum, refert Suetonius in vita Terentij ex Porcio Valgio, Q. Memmio, & Corn. Nepote. Nec etiam ipse poëta videtur hoc diffiteri in Adelphorum Prologo; sed sibi potius adscribere laudi. Quin Valgius & Memmius ipsius Africani Scipionis fabulas Terentium pro suis edidisse contendunt. De quo plura Suetonius apud Donatum Poëtæ commentatorem.

L. Hostilius * A. f. * L. n. Mancinus. Cuius pater A. Mancinus Cos. an. DXXCIII. vt annorum interuallum indicare videtur. Aui prænomen extat residuum in Capitolino fragmento. Illius igitur apparet nepos L. Mancini, quem cum CD. equitibus ab Annibale cæsum anno DXXXVI. refert Liuius lib. XXI.

C. Nigidius // f. // n. * Figulus * Antiqua gens Romana Nigidia, cuius vnam hoc tempore, & postea Figulorum familiam reperio. Et hic Prætor suo loco sequetur.

[C. Valerius C. f. C. n. Tappus] Cuius pater Trib. plebis anno DLXIV. reperitur apud Liuium XXXIIX.

Ser. Fabius * Q. f. Q. n. * Pictor. Q. Pictoris Prætorij & Flamini Quirinalis forasse filius: quem Cicero, iuris, litterarum, & antiquitatis benè peritum nominat in Bruto.

[P. Cornelius P. f. P. n. Sulla] Patre natus Prætorio qui Siciliam rexerat anno DLXVII. vt Liuius lib. XXXIX. Et patruus L. Sullæ Dictatoris. Huius poterunt esse denarij bigati, qui reperiuntur cum titulo, P. SVLLA.

[L. Postu-

[L. Postumius L. f. T. n. Tumpanus] Et patrem huius Prætorem recenset Li-
uius ann. DLXII. lib. xxxix.

Prouinciæ f. prorogatæ.

//. // f. // n. // Siciliam. // // // f. // n. // Hisp. cit.

Propri. prorogato. imperio. obtinuere.

[Q. Fulcius M. f. C. n. Trio.] [Sp. Caruilius Sp. f. C. n. Maximus]

Pro Quæstorib. f. fuere.

//. // // f. // n. // // // Pr. in. Sicilia.

//. // // f. // n. // // // Propri. in. Hisp. citeriore.

//. // // f. // n. // // // Calenus.

[Q. Fabius Q. f. Q. n. Pictor] [L. Valerius L. f. C. n. Tappus]

[L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Blasio]

ANNI P. R. C. DXCIIX.

Consules.

P. CORNELIVS. P. F. C. N. SCIPIO. M. CLAVDIVS M. F. M. N.
NASICA. II. MARCELLVS II.

CASSIODORVS & Marianus P. Scipionem, M. Claudium Coss. nominant; tabulæ
Cuspidiani & Græcæ Nasicam & Marcellum, sed notæ magistratus iterari apud
vtrosque in dictis Auctoribus desiderantur: in Mariano tamen minimè. Testatur au-
tem Cicero in Bruto, Nasicam illum, qui ob prudentiam Corculum appellatus est, bis
Consulem & Censorem fuisse. De tribus Marcelli Consulatus postea dicemus.

P. Terentium poetam his Coss. in Achaia mortuum esse, Marianus Scotus annotauit, P. Terentius
poeta mori-
tur.

Consulares prouinciæ haud dubiè fuerunt hoc anno Gallia, Ligures, & Delmata, Consulares
prouincia.
quod ex Consulibus triumphis Capitolinis cognoscimus. Verùm de Prætoribus reliquis nil
certi constat. Legatio Atheniensium celebris Romam venit impetratum, ut multa talen-
tùm d. propter Oropi vastationem ipsis imposita remitteretur. Selegerant in hanc tres Tres Athe-
niensium le-
gati celebres
Romam ve-
niunt.

illius ætatis nobilissimos philosophos, Carneadem Academicum, Diogenem Stoicum, M. Cato no-
uitatè or-
ator aduersa-
rius.
& Critolaum Peripateticum; sperantes propter studia facundiæ & philosophiæ gratos
Senatui principibusque ciuitatis futuros. Nec spes eos sua fefellit. Vnus tamen M. Cato,
iuuentutem ab his à patriis institutis in peregrinas ac nouas opiniones seduci metuens il-
lorum disputationibus, ut citius ad suas scholas remitterentur effecit. Vide Plutarchum
in eius vita, A. Gellium lib. VII. cap. XIV. Ciceronem de oratore lib. II. & Tuscul. IV.

Prætores.

//. // // f. // n. // Urbanam. // // // f. // n. // Peregrinam.
iurisdictiones.

//. // // f. // n. // Classem. // // // f. // n. // Siciliam.

//. // // f. // n. // Hispaniam citeriorem.

Prouincias. sortiti. obtinuere.

M. Manilius P. f. P. nepos. Hispaniam vltiorem. sortitus. obtinuit. Cum
Lusitanis non prosperè bellum gessit, ab his, Punico quodam duce, victus, ut auctor est
in Iberica historia Appianus Alexandrinus.

A. Postumius A. f. A. n. Albinus. De hac Albini Prætura sic M. Tullius in Lu-
cillo: Legi apud Clitomachum, cum Carneades & Stoicus Diogenes ad Senatum in Ca-
pitolio starent, A. Albinum (qui cum P. Scipione & M. Marcello Coss. Prætor esset: * tum in
vulgatis.
Nec Prætor,
nec populus
Romanus
sapiens Car-
neadi ac Dio-
geni Stoicis.
eum qui cum auo tuo, Luculle, Consul fuit, sanè doctum hominem, ut indicat ipse
historia scripta Græcè) iocantem dixisse Carneadi: Ego tibi, Carneades, Prætor esse non
videor, quia sapiens non sum: nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas? Tum ille, Huic Stoico non
videris.

videris. Et hæc quidem contingere, non in Senatu, sed cum in Capitolio starent expectantes, nondum introcati vel admissi, ut Ciceronis innunt verba. Vnde colligi posse videtur, urbanum Prætozem tunc Albinum fuisse; nam eius erat legatos excipere, & his Senatui dare. M. Cicero dum urbis anno DCC LXX. in suburbanis suis Academicarum questionum libros commentatur & scribit, Pomponium Atticum de causa legationis istius ita consulit lib. epistolarum XII. Quibus Coss. inquit, Carneades, & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo Annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit. De Oropo, opinor: sed certum nescio. Et si ita est, quæ controuersia. Tempus igitur & Consules didicerat ex Annali Pomponiano Tullius; nos autem ex Tullij Lucullo, & verbis eius iam adductis: nec quempiam alium ex veteribus reperio, qui tempus certum exprimit. A. Gellius lib. XVII. illustrium Græcorum ac Romanorum tempora conferens cap. XXI. legationis quidem istius meminit, sed annum nequiquam definit, quemadmodum nec Plutarchus in Catone maiore.

L. Marcius C. f. C. n. Censorinus. L. Licinius * L. f. * // n. Lucullus.
M. Follius C. f. // nepos [Ti. Veturius Ti. f. L. n. Philo]

Ædiles curules.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
M. Porcius M. f. M. n. Cato [C. Sempronius C. f. // n. Rutilus]
[L. Oppius L. f. // n. Salinator] [M. Licinius M. f. * C. n. * Stolo]

Tribuni plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //
// // // f. // n. // // // // f. // n. //

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Qui. postea. Macedonicus. appellatus. est. Hic annus Tribunatus plebis Q. Macedonici esse videtur, ut ex aliis eius magistratibus colligimus. Et quia Valerius Max. lib. VI. cap. IX. scribit, quod L. Lentulus Consularem, lege Cæcilia repetundarum crimine oppressus, Cenfor postea cum L. Cenforino creatus fuerit; non dubium nobis est, quin de superioris anni Consule L. Lentulo loquatur, qui octauo dehinc anno Cenfor cum L. Cenforino reperitur in Capitolinis Fastis. Non igitur Lentulus fuit L. Memmij in Consulatu collega, quemadmodum Vtricus Zasius existimauit; qui Cn. Lentulus vocabatur, & Cenfor non fuit. Hinc ducor ad opinandum, quod L. Lentulus Lupus, cum abiisset superioris anni Consulatu, huius Q. Cæcilij Tribuni plebis rogatione, vel lege (non communi tamen, sed priuilegio simili) de repetundis conuictus, & populi iudicio damnatus sit, ut Valerius auctor est. Quali lege Clodia M. Cicero, & Pedia turannicidæ percussores C. Cæsaris à populo damnati fuere, sicut suis locis dicitur. Quales item plures quam sæpissimè de personis rebusque singulatim latas fuisse reperimus: quæ priuilegia licet sint, vulgato tamen nomine frequenter leges appellantur. Sic etiam hæc Cæcilia lex communis, qua populus omnis tenebatur, fuisse non videtur, cum eius mentionem apud alios nusquam, sed in hoc tantum Lentuli casu apud solum Valerium Max. reperiamus. Non igitur aduersamur Ciceronis auctoritati, si hunc Calpurniæ legi præponamus, quam ille de repetundis primam fuisse testatur: illam communem scilicet intelligens, ex qua quæstio repetundarum perpetua non diu post est constituta, quemadmodum suis locis demonstrabo. Nam sexto deinceps anno Calpurnia lex sequetur.

P. Iuuentius * L. f. T. n. Thalna * C. Vetilius. // f. // nepos.
[C. Sempronius M. f. M. n. Tuditan.] [C. Sempronius C. f. Cn. n. Blæsus]
[C. Atinius C. f. M. n. Labeo] [Cn. Heluius. Cn. f. P. n. Blasio]
[C. Aurunculeius L. f. // n. Cotta] [T. Numicius C. f. C. nepos]
[M. Aburius M. f. // n. Geminus]

Cæcilia rogatio de repetundis L. Lentuli Lupi Consularem.
Legis de priuilegiis.

Quæstores urbani.

.. .. f. .. n. f.

Quæstores prouinciarum.

.. .. f. .. n. .. M. Marcelli }
 f. .. n. .. P. Nasicæ } Cos. in } Gallia. & Liguribus.
 f. .. n. .. Pr. in Sicilia.
 f. .. n. .. Pr. in Hisp. citeriore
 f. .. n. .. M. Manili. Pr. in Hisp. vltiore.
 f. .. n. .. Calenus.

Q. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. Frater Cn. Cæpionis, de quo nos in anno superiore latiùs ex Cicerone & Valerio Max. loquuti sumus. De vtrisque sic Tullius in Bruto: Tum duo Cæpiones multum clientes consilio & lingua, plus auctoritate tamen & gratia subleuabant.

Ap. Claudius. Ap. f. Ap. n. Pulcher. Consularis, Cenforius, ac princeps Senatus, vt Plutarchus in Gracchis testatur. Filius fuit Ap. Pulchri Cos. ann. DLXII. Cicero hunc in Bruto inter eius temporis oratores recenset; cuius, vt ait, oratio volubilis, sed paulò feruidior erat.

Q. Pompeius A. f. .. nepos. A. Pompeij cuiusdam filium fuisse declarant vetera quædam bene correcti Valerij Maximi exemplaria, quibus etiam adstipulantur Appianus in Iberica, vbi in Græcis exemplaribus Henrici Stephani κοίντ Πομπήι Α'υλου νο-prius. Hercules Pæ-
 catur, & antiqui denarij argentei cum Herculis Pompeij effigie, & eius armis, arcu, pharetra sagittis plena, & rhopalo dentato. Qui nummi videntur ortum suæ gentis ac stirpis indicare, nomen habentis à Pompeiis Campaniæ. Quod oppidum ab Hercule conditum ac appellatum fuisse, Solinus auctor est: qui victor ex Hispania reuersus, pompam boum eò duxerat. Hunc Pompeium humili loco natum post M. Catonem amplissimos honores per inimicitias adeptum dicit Cicero in Verrem adione VII. De eodem in Bruto sic ait: Q. Pompeius enim non contemptus orator temporibus illis fuit, qui summos honores, homo per se cognitus, sine vlla commendatione maiorum est adeptus. Et paulò post: Sed Pompeij, inquit, sunt scripta nec nimis extenuata (quamquam veterum est similis) & plena prudentiæ. Meminit item in oratione pro Murena.

[M. Titius * Sex. f. Sex. * nepos] [C. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta] Ambo Prætoria familia nati. Nam huius auus Prætor fuerat anno DLXIV. illius verò pater bis Prætor, vt ex Liuiο docuimus.

[T. Iuuentius T. f. M. n. Thalna] Pater Tribunus militum ann. DLVI. in prælio occisus fuit, vt auctor Liuius XXXIII.

[L. Cæcilius L. f. .. n. Denter] Huius patrem adduximus Prætorem anno DLXXI. ex Liuij XXXIX. & XL.

Prouincia f. prorogata.

.. .. f. .. n. .. Propr. Sardiniam prorog. imp. obtinuit.
 [P. Porcius P. f. .. n. Læca]

Pro. Quæstorib. f. fuere.

.. .. f. .. n. .. Propr. in Sardinia
 f. .. n. .. Propr. apud. classem. Luceriæ.
 f. .. n. .. * Ostiensis *
 [C. Valerius. C. f. C. n. Tappus] [Ser. Fabius * Q. f. Q. n * Pictor]
 L. Postumius. L. f. T. n. Tumpanus]

M. Claudius. M. f. M. N. MARCELLVS II. COS. II. A. DXCIIX.

De. vs. ET. I.

P. Cornelius. P. f. CN. N. Scipio. ann. DXCIIX.

Nasica. Cos. de. DELmateis.

Hæc vestigia triumphorum videntur adhuc temporis in columnis Capitolinis, ex quibus

*Victoria de
Liguribus.*

bus colligimus, M. Marcellum Cos. iterum, hoc anno triumphasse iterum: sed veterum scriptorum ob inopiam non satis liquet adhuc, quibusnam de hostibus triumphum hunc reportarit. Ligurum populos obscuros aliquos fuisse suspicamur, ob continua eorum temporum bella Ligustica. Sed an de Eleatibus & Ingaunis triumphatum fuerit, ut residui characteres, v. s. E. T. I. non refragantur, an de aliis Ligurum populis, determinare non facile possem.

*Delmata do-
mitti a P. Sci-
pione Nafica
Cos.*

Alter triumphus P. Naficæ Cos. de Delmatis fuit, ut clarè fat indicant in fragmento reliquæ litteræ, P. F. C. N. quibus patris & aui prænomina ex more notantur in Fastis. Delmatas enim P. Scipionem Naficam Consulem domuisse, & eorum urbibus expugnatis, captiuisque venditis, tandem caput gentis Delminium cepisse, bellumque confecisse, legimus apud Zonaram, & in reliquiis Liuianis libri XLVI. Appianus tamen Alexandrinus bellum hoc describens in Illurica historia, nullam Naficæ mentionem fecit, sed omnem victoriam, bellique confecti laudem C. Marcio Figulo attribuit, ubi profectò mutilus & concisus in sua narratione videri potest. Strabo namque libro VII. cum Liuius & Zonara consentiens scribit, Naficam Delminium per amplam sanè ciuitatem exilem reddidisse, atque agrum desolatam pecori pascendum reliquisse. Quid Iulius Frontinus? Apertè hic stratagematum libro III. cap. VI. demonstrat, quam dexteritate Delminium P. Nafica Consul interceperit: cuius verba ipsa, studiosò in gratiam, multò quàm habet in vulgatis exemplaribus plenius & correctius, ex manuscripto codice descripta hic adijcere non pigebit. P. Cornelius Nafic. Scipio intellecta difficultate expugnandi Delminium, quia concursu omnium *hominum defendebatur, aggredi alia oppida cœ-
pit. * Et euocatis ad sua defendenda singulis, vacuam auxiliis Delminium intercepit. Iam & Auctor de viris illustribus scripsit, P. Naficam Cos. Delminium expugnasse, sed imperatoris nomen à militibus, & triumphum à Senatu oblatum recusasse. Quod an ita contigerit, admodum dubito, cum maximè Fasti contrarium adserant Capitolini. Sed perturbat & confundit frequenter historias temerè, nomen similitudine deceptus, quisquis ille fuit, qui virorum illustrium hæc elogia ex Corn. Nepote, veteribusque aliis Auctoribus compilauit.

* hostium
forè melius.
* Hac desunt
in vulgatis.

*Delmata
unde dicti.*

Dalmatæ populi à Dalmio vel Delminio principe gentis ciuitate nomen habent. Hinc etiam antiquitus Delmatæ dicti sunt. Sic enim Velius Longus de Orthographia, Placet, inquit, etiam ut Delmatiam non Dalmatiam pronuntiemus, quoniam à Delminio maxima ciuitate nomen tractum existimetur. Approbant hanc Velij lectionem columnæ triumphales Capitolinæ, & alia antiqua monumenta, in quibus Delmatæ sæpius quàm Dalmatæ vocantur. Appianus autem in Illurica Delminium appellat urbem, ut alij plures. Strabo tamen Dalminium, à qua gens, inquit, nomen vindicat. Quadratus verò Dalminium quoque dictum vult, ut in Stephano de urbibus ac populis legimus, qui locat Dalmatas inter Illurium & Italiam ad Ionium littus. Quinquaginta castella & oppida habuisse Strabo scribit, quæ Augustus incendiis subuertit, à quo demum in potestatem redacti sunt. Stephanus addit, agros octauo quoque anno diuidi ab ipsis solere. Nec prætermisit id ipsum Strabo, avaritiæ eorum hunc morem adscribens. Sed miror, quid eius interpretes ibidem de octennali inquilinorum tributo dicere velint. L. Florus plerumque in filiis degere Dalmatas solere tradit, atque inde ad latrocinia præcipuos fuisse. Horum quosdam à Græcis Taulantios dictos, & ex parte Durrachio fuisse vicinos, Zonaras auctor est. Iadaram & Ragusium celebriores eius regionis vrbes nunc vocant: & ex his Ragusium antea Epidaurum fuisse quidam volunt.

*Dalminium
vetus nomē.
Oppida.*

ANNI P. R. C. DXCIX.

Consules.

Q. OPIMIUS. Q. F. Q. NEPOS. L. POSTUMIUS. SP. F. L. N. ALBINUS. IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. LOC. F. EST. M. ACILIUS. M. F. C. N. GLABRIO.

HABENT Consules Cassiodorus & Marianus L. Postumium & Q. Opimium: tabulæ Græcæ Opimium & Albinum. In Iulio Obsequente interuersa sunt Consulium prænomina: pepererunt enim leguntur L. Opimius & Q. Postumius. Ex his Postumium Consulem, scribit Obsequens, in prouinciam abeuntem, cum immolaret, pluribus hostijs non perlitasse, in victimarum iecinoribus caput non inuenisse: agrum postea ex

ex itinere Romam relatum post diem septimum expirasse. Quod Fastis Capitolinis omnino congruere vides, Lector, qui declarant Postumio mortuo suffectum fuisse M. Acilium Glabrimonem. Ex Valerio quidem Max. postea suo loco cognosces, Lector, L. Postumium Cos. beneficio Publiciæ vxoris perijisse. Nam tertio dehinc anno beneficij quæstione publica constituta, hanc inter alias nobiles feminas damnatam fuisse dicemus. Iul. Obsequens adfert prodigiâ eius anni hæc: Conlæ arma in cælo volare visa, & fulmine pleraque decussa.

L. Postumius Cos. vxoris sua r eneno sublarus.

Consulum prouincias fuisse colligimus Galliam & Ligures. Q. Opimius Cos. Transalpinos Ligures, qui Massiliensiu oppida Antipolim & Niceam vastabant, subegit. M. Glabrio Cos. alter, Postumio mortuo succedens, parum prosperè res in Gallia gessisse videtur. Adijcit enim post eiusdem anni prodigia Iulius Obsequens, Romanos à Gallis & Lusitanis per arma vexatos fuisse. Præterea in Hispania Celtiberi rebellarunt, & cum Lusitanis malè pugnatum est, vt Appianus in Iberica, & Liuiana libri XLVII. Epitome,

Massiliensibus socijs auxilio fuit Opimius Cos. in Gallia parum prosperè bellatum.

CENS. M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. C. CASSIVS. C. F. C. N. LONGINVS.

LVSTR. F. LV.

Apud Auctores non infrequens Censorum istorum mentio est, à quibus M. Æmilius Lepidus iam sextum princeps Senatus est lectus, vt ex Liuij reliquijs libri XLVIII. discimus. Additurque ibidem, quod Appianus ciuilium bellorum primo, Velleius, D. Augustinus, & Orosius item memorant, theatrum ab his Censuribus locatum cum extrueretur in vrbe à Lupercali in Palatium versus, P. Nasicam, qui Cos. iterum, & Cenfor fuerat, grauiissima oratione, ne hoc fieret, dissuasisse: & vt, tamquam inutile & nociturum publicis moribus, ex S. C. destrueretur, effecisse, quod scilicet, stans populus ludos spectaret. De eadem re Valerius Max. libro 11. cap. 14. verba facit, theatra scribens inchoata fuisse à Messalla & Cassio Censuribus: ceterum auctore P. Scipione Nafica, omnem apparatus operis eius subiectum hastæ venire placuisse. Atque etiam, inquit, S. C. cautum est, ne quis in vrbe, propiusve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet: vt scilicet remissioni animorum iniuncta standi virilitas propria Romanæ gentis nota esset. Hoc factum Velleius Paternulus inter clarissima publicæ voluntatis argumenta numerat.

Censores theatrum in vrbe prohibentur à Senatu struere. Stando ludos scancos spectabat populus ab initio. S. C. de ludis.

Censores nominat etiam Plinius libro xv. cap. xxv. narrans ficum enatam in Capitolio M. Messallæ & C. Cassij Censuram Lustrum, quo loco bello Persei palma enata fuerat victoriam triumphosque portendens. Ab eo, inquit, tempore pudicitiam Romæ euersam P. Pisonis grauis auctor prodidit. C. Cassius inter alia Censoria opera, signum Concordiæ, quod Q. Marcius Philippus Cenfor ante decennium in publico collocarat, ex responsio collegij Pontificum rogare prius populum iussus est, quàm transferre in Curiam posset. De qua re Cicero diffusè disserit in oratione pro domo sua. De altero quidem Censore M. Messalla loqui Valerium Max. libro 11. cap. 14. puto, ipsum Censoria nota prius perstrictum, Censoria deinde potestate imperasse, sicut in eius Quæstura diximus. Exitu magistratus anno sequenti Lustrum condidisse Censores, ex eadem Liuiana Epitome libri XLVII. intelligimus: quo censa sunt ciuium capita CCCXXIV. ∞. Quod Lustrum vrbis fuisse quinquagesimum quintum, docent Capitolinæ tabulæ.

Ficus in Capitolio lauri loco enata quid portenderit. Plebiscito signum Concordiæ translatum in Curiam. M. Messalla à Censuribus antè notatus, Cenfor ipse nihilominus factus. Lustrum, ac ciuium numerum.

Prætores.

- 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Urbanam. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Peregrinam iurisdictiones
- 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Siciliam. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Sardiniam
- 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Hispaniam, citeriorem Prouincias. fortiti. obtinere.

L. Calpurnius C. f. C. n. Pisonis. Cæsoninus. Hisp. vltiorem. fortitus. obtinuit. A Lusitanis Punico quodam duce victus & prælio fusus, è suis sex milia cum Quæstore perdidit, vt auctor est Appianus in historia Iberica. Meminit obiter Epitome Liuiana libri XLVII. in Hispania parum prosperè res à compluribus gestas dicens.

Clades à Lusitanis accepta.

Cn. Tremellius * C. f. * 11. n. * Flaccus. Tertius autem in ea familia hic fuit Prætorius, M. Varrone teste, quemadmodum latiùs in Quæstura L. Tremellij in anno DXXI. declarabo.

- T. Quinctius * T. f. T. n * Flamininus. M. Acilius. L. f. K. n. Balbus.
- C. Rutilius * C. f. * 11. n. Rufus. [C. Centenius M. f. C. n. Penula]

Ædi-

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 Ser. Sulpicius * Ser. f. Ser. n * Cn. Cornelius * C. f. L. n * Lentulus.
 Galba.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 C. Liuius. Mamiliani. f. M. n. Drusus * A * Gabinius. // . f. // . nepos.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

L. Cotta ve-
 serator sub-
 dolus.
 A collegis in
 ordinem ve-
 digitur.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. Sacrosanctæ potestatis Tribunitiæ fiducia cre-
 ditoribus suis satisfacere noluit. Querelis igitur ad collegas eius perlatis, ab his decretum
 est, si neque Cotta solueret pecuniam, neque daret cum quo sponso fieret: appellatibus
 se creditoribus auxilio futuros. Iniquum namque videri, maiestatem publicam priuatæ
 perfidiæ obtentui esse. Itaque Cottam, in Tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem,
 Tribunitia inde iustitia extraxit. Sic eleganter hæc narrat Val. Max. lib. vi. cap. v.

C. Plautius * L. f. P. n. Huptæus * Sp. Mummius L. f. L. nepos.

[A. Terentius A. f. C. n. Varro]

[Q. Bæbius M. f. Q. n. Tamphilus]

[C. Apustius L. f. L. n. Fullo]

[Q. Aulius Q. f. Q. n. Cerretanus]

[M. Porcius L. f. L. n. Licinus]

[Sex. Roscius Sex. f. Sex. nepos]

[Cn. Pupius P. f. P. nepos]

Quæstores urbani

Materiam atque apparatus operis theatri publici à Censoribus locati ex S. C. sub
 hasta venum dedere: Valerius Max. lib. ii. cap. i. v. Orofius lib. iv. cap. xx. i.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . M. Acili. } Cos. in. { Gallia.
 // . // . f. // . n. // . Q. Opimi. } Cos. in. { Liguria.
 // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Hisp. citeriore.

* C. * Terentius * A. f. A. n * Varro. L. Calpurni, Pr. in. Hispania. vlte-
 riore. A Lusitanis in prælio occisus est, vt auctor est Appianus Alexandrinus in Iberica,
 Epitome Liuij XLVII.

L. Pisonis
 virtutes atq;
 laudes.

L. Calpurnius * L. f. C. n * Pifo. Qui primus Frugi est appellatus, ob mode-
 rationem, frugalitatem, ceterasque virtutes, vt abundè declarat Cicero Tusculana ter-
 tia, & in Fonteiana, & Verrinis. Auum habuisse colligimus ex annorum spatii C. Pifo-
 nem, qui Prætor vrbanus anno DCLII. fuit, Liuiio teste lib. xxv. sine. De patris magistra-
 tibus nihil reperio. Hic magna vixit auctoritate, perque magistratuum gradus ascendit
 ad Consulatum & Censuram. Tribunus plebis celeberrimam legem Calpurniam de re-
 petundis contra magistratuum auaritiam tulit, de qua suo loco. Ipsum hunc Pisonem
 Tullius in Bruto & causas egisse, iudicij iam constitutis scilicet, & multarum legum
 aut auctorem aut dissuasorem fuisse. Reliquisse & orationes, & annales sanè exiliter, in-
 quit, scriptos. Magni tamen nominis fuisse constat, cum à diuersis classicis Auctoribus
 sapissime citentur. Rem monetariam Romæ vel in vrbana Quæstura, vel alio extra or-
 dinem in magistratu prudenter & frugaliter admodum videtur administrasse, atque in-
 de Frugi cognomen adeptum fuisse. Plurimi namque reperiuntur adhuc nummi cum
 eius

Eius oratio-
 nes & An-
 nales.
 L. Pisonis
 Frugi res
 monetaria
 ex eius num-
 mis ostensa.

eius nomine tali, L. PISO. FRVGI. ex ære, argento, & auro, variis notis insigniti: ex quibus ferè colligi potest, in quos vsus cusi fuerint, sacrificiorum scilicet, annonæ, classis, rei monetariæ, alteriusve. Ærei tamen nil præter vulgarem primamque Iani, vel Saturni, cum naui rostrata notam habent. Alij verò argentei & aurei plerumque Phœbi intonsi ac pharetrati, & in quibusdam, laurea ac longis cincinnis ornatum caput repræsentant, cum tripode in quibusdam, in alijs lituo. Quod Solis sereni symbolum esse videtur, & temporis tranquillitatem signare. Cuius perpetuum atque rapacem cursum indicat in altero nummi latere decurrens laxis habenis equus, in quo puer cum palma, quod vincat; vel cum face, quòd declaret omnia tempus: & puer, quia numquam senescit, quamvis pedetentim ac sensim deterat & antiquet omnia.

*Nummorum
emblemata
puichra.*

L. Scribonius * L. f. L. n * Libo. Filium L. Libonis opinari possumus, qui Ædilis curulis anno DLIX. loca Patrum in theatro segregavit à plebe, quemadmodum ex Auctoribus suo loco probavi. Atqui Libonem hunc non infantem ex orationibus eius intelligi posse, scribit in Bruto de claris oratoribus Cicero. Tribunum plebis rogationem præclaram promulgasse dicemus.

Cn. Calpurnius * L. f. L. n * Pifò. Qui Cos. postea sequetur. Nepos fortasse L. Pisonis, inter legatos à Livio nominati libro XXXII. qui in Græciam anno DLV. ad Achæorum conventum missi fuere.

M. Popillius * M. f. P. n * Lænas. M. Lænatidis autumo filium, qui Cos. anno DXXC. in Capitolinis reperitur, & postea Censor fuit. Eius sanè reperiuntur adhuc denarij cum Iunonis Sospitæ Lanuina simulachris, quemadmodum à Cicerone de natura deorum lib. I. describitur eleganter cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo & cum * calceolis repandis: item cum dracone Lanuino deam comitante. Adscriptum Popillij nomen sic: M. POPILLI. M. F. LÆNAS. Quia tam graphicè hæc in nummis expressa videmus, apparet quòd vel in hoc magistratu, vel in Ædilitate simulachra Iunonis in æde sic renouavit.

Denarij huius.

** caligulis
foris melius:
vide nummos.*

* A * Licinius * A. f. * // . n. Nerua. Prætorem Macedonia nominat hunc M. Varro de re rustica lib. II. cap. IV. sed prænomen in exemplaribus periit. Intervallum quidem temporis insinuare videtur, A. Neruæ filium fuisse, cuius in anno DLXXV. Tribunatum plebis adduximus, quique post plures deinde legationes Prætor anno DXXXVII. fuit, vt Livius XLV. sine.

L. Lollius // . f. // . nepos. Cuius extant denarij argentei cum Dianæ pharetrata, & illi sacro ceruo, sub quo F. id est Fascellina: quod Aricina Dianæ cognomen fuit ad lacum Nemorensem, vt alibi latiùs. Adest nomen, L. LOLLIUS. Vidimus eiusdem alios item cum mensa sacra, supra quam, L. LOLLIUS. In quorum altero latere vitta coronatæ deæ caput expressum, sub cuius mento B. & sceptrum regium. Suspicio Basilim vel Basilissam Venerem esse à Tarentinis cultam: cui sacrum antiquitus ludicrum fuit, quod Basilinda vocabant. Hinc vitta pro diademate coronatur, & iuxta est sceptrum. Per reges & milites sorte ductos ludicrum hoc fiebat. Meminit Hesychius in Lexico.

Diana Fascellina.

*Basilis, vel
Basilissa Veneris
Tarentinorum.*

[Sex. Ælius Sex. f. P. n. Pætus Catus.] Iurifconsulti filius Sex. Pæti Cati, quem Consulem & Censorem fuisse docuimus.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

[L. Cæcilius L. f. // . n. Denter] [L. Postumius L. f. T. n. Tumpanus]

Ser. Fabius * Q. f. Q. n * Pictor.

ANNI P. R. C. D C.

Consules.

Q. Fulvius M. f. M. N. NOBILIOR. T. ANNIUS T. f. T. n. Luscius

CICERO COS. istos in Bruto Q. Nobiliorem M. f. ad differentiam alterius (vt Opinor) coæui Q. Nobilioris Q. f. & T. Annium Luscum nominat. Tabulæ nostræ Græcæ Nobiliorem & Luscum produunt: Cuspiniani autem Nobiliorem & Fusium, mendosè;

dosè: Cassiodorus & Marianus Q. Fuluium & T. Annium, eosdemque Kalendis Ianuariis magistratum inire cœpisse, propter subitum Celtiberiæ motum, annotarunt. Cuius rei item mentio est in Liuij Compendio libri XLVII. sed in annorum vrbs conditæ numero quædam anni vnus est diuersitas à Capitolinis Fastis, vbi hæc ita produntur: Con-

*Locus in Li-
uio truncus
& deprava-
tus.*

*Kalenda Ia-
nuaria dein-
ceps solemn-
is in eundem
magistratu
dies factum.*

sules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab vrbe condita, magistratum, peractis comitiis, insequentisq; anni Consulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quòd Hispani rebellabant. Prima meherclè periodus verborum obscura est, quia trunca corruptaque in exemplaribus extat. Quid enim asserit aliud, quàm quòd Consules anni superioris, successoribus creatis, magistratum inire cœperint? Quod planè falsum est. Verùm deest ibidem verbum vnũ, oscitanter olim à librariis exscriptoribus prætermisum, & vna littera, ab alijs post addita, superflua est. Itaq; lucem haud vulgarem, ni fallor, sententia accipiet, si verbum amissum loco restituere, & ita legere visum erit: Consules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab vrbe condita, magistratum, peractis comitiis depoluere, insequentisque anni Consules creati inire cœperunt. Cùm igitur hi

Coss. Q. Fuluius & T. Annius primi Kal. Ianuariis inierint magistratum suum, vt Cassiodorus testatur, qui dies deinceps stante imperio Rom. solemnibus in eundem magistratu ordinariis permansit, necesse est quòd Q. Opimius & M'. Galbrio Coss. anni superioris, (qui à Liuijo DCCVII. vrbs dicitur) ante tempus in fine Decembris Consulatu abierint, quem ad Idus vsque Martias gerere prius solebant.

*Bis infelici-
ter Fuluius
cum Celtibe-
ris pugnat.
Carus Celti-
berorum dux
occisus.
Bellum Cel-
tibericum vi-
genti annorũ.*

Consulibus nouis prouinciæ decretae videntur Gallia atque Hispania citerior. Gallos enim in armis tunc adhuc fuisse, Iulius Obsequens demonstrat. Q. Fuluius Hispania citerior obuinit, cùm iam Celtiberi plures alios eius prouinciæ populos ad rebellionem concitassent, Consul in prouinciam veniens cum xxx. milibus militum, magnâ belli molem repperit. Quod vario euentu gerens, bis infelicitè pugnavit; & primò sex milia ciuium Rom. legionem quasi integram amisit; & cùm deinde castra Romanorum hostes oppugnarent, eorum dux Carus ab equitatu circumfusus cecidit. Altero ad Numantiam prælio, elephantorum à Massanis missorum furore turbatis ordinibus, ad quatuor milia & tres elephantos perdidit. Vide historiam apud Appianum in Iberica, qui belli originem & successum latius enarrat. Strabo viginti annis illud durasse, & Numantiæ excidio finitum, scribit libro Geographiæ tertio. Hinc Cicero de Officiis libro primo; Cum Celtiberis, inquit, bellum, vt cum inimicis gerebatur: vter esset, non vter imperaret. De T. Annij Cos. alterius rebus in Gallia vel alibi gestis nihil reperio.

Legati ad disceptandum inter Massanisam regem & Pœnos de finium controuersijs missi nuntiauerunt, vim naualis materiæ se Carthagine deprehendisse. Liuij Epitome libri XLVII.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . // . f. // . n. // . Peregrinam iurisdictiones

//. // . // . f. // . n. // . Quæstionem rerum capitalium.

Hoc autem anno seueram de repetundis quæstionem habitam ex S. C. fuisse, ex Epitoma Liuiana videmur intelligere, vbi ante Lustrum huius anni, in fine libri XLVII. sic habetur: Quidam Prætores à prouinciis auaritiæ nomine accusati & damnati sunt.

*Prætores nõ-
nulli ob au-
aritiæ admini-
strationem
prouinciarũ
damnati.*

//. // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam Prouincias. fortiti obtinuere.

*Victor Roma-
nus præde in
hians vincit-
ur.
Victoria na-
gidos Mi-
nerua.*

L. Mummius L. f. L. nepos. Qui, postea. Achaicus. appellatus est. Hispaniorem. fortitus. obtinuit. & cum nouo supplemento L. Pisoni Cæsonino successit. In prouinciam veniens, Cæsarionem hostium ducem primo prælio profligauit, & castra cepit: mox ab eodem è fuga reuerso, dum milès Romanus prædæ intentus est, vincitur ipse, castrisque etiam suis exiuit. Mummius deinde, relictis viribus, hostem cautiùs oppugnans, feliciter sæpiùs rem gessit: prædas & signa militaria amissa recuperavit, Ocilem vrbe obsidione liberauit, prædonum globos plures ad xv. milia occidit: vt Appianus in Iberica latius.

Sp. Postumius * A. f. A. n. * Albin. Magnus. L. Rutilius // . f. // . n. Flaccus
L. Atilius * L. f. L. n. Regulus * [L. Pinarius L. f. L. n. Natta]
[C. Næuius C. f. // . n. Crispus]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

C. Sempronius C. f. M. n. Tuditanus. * M * Fufius // . f. // . nepos.

* Q * Ælius * Q. f. Q. n. Patus * C. Titius * Sex. f. Sex * nepos.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

M. Iunius * M. f. M. n. * Brutus. Q. Cotius // . f. // . n. Achilles

[C. Numifius C. f. // . nepos] [Q. Nævius Q. f. // . n. Matho]

[Cn. Sicinius Cn. f. C. nepos] [Q. Catius Q. f. Q. nepos]

[C. Claudius Ti. f. Ti. Canina] [Sex. Tullius. Sex. f. L. nepos]

[M. Claudius M. f. // . n. Marcellinus] [C. Flavius L. f. L. n. Fimbria]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Quæstores prouinciar.

//. // . f. // . n. // . Q. Fului. Cos. in. Hisp. citer.

//. // . f. // . n. // . T. Anni. Cos. in. Gallia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

//. // . f. // . n. // . L. Mummi. Pr. in. Hisp. vltter.

//. // . f. // . n. // . Calenus.

P. Licinius * P. f. C. n. Crassus. Opinor ex interuallo temporis, huius patrem fuisse, qui Cos. anno DXXCII. P. Crassus C. f. appellatur in Fastis Capitolinis. Hunc Quæstorem triennio ante bellum tertium Pœnis indictum fuisse, Valerius Max. lib. II.

cap. II. demonstrat his ferè verbis: Arcana consilia Patrum conscriptorum multis seculis nemo Senator enuntiauit. Q. Fabius Maximus tantummodo, & ipse per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod secretò in Curia erat actum, P. Crasso rus petens domum reuertenti in itinere narrauit; memor eum triennio antè Quæstorem factum, ignarusque nondum à Censoribus in ordinem Senatorium allectum.

Fidum & aliam tunc resp. pœnus erat.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus. Seruilianus. Frater Q. Fabij Æmiliani, adoptatus item à Q. Fabio Labeone ex gente Seruilia, & domo Cæpionum: non secus ac Æmilianus ex Æmilia, domoque Paullorum: Appianus in Iberica, qui fratres appellat. Verùm sæpè perperam in eadem historia Æmilianus pro Seruiliano suppositus est, tam in Latinis quam in Græcis exemplaribus. Hic Fabius Seruilianus postea honoribus, quos splendidissimè gessit, Censuræ grauitate consummatis, exegit pœnas ab vnico filio dubiæ castitatis, vt ait Valerius Max. lib. VI. cap. I. Extant eiusdem Seruiliani cum titulo elegantissimæ formæ denarij, in hoc fortè magistratu ex S. C. cusi: qui talis est; Q. FABI. MAX. SERVILIANVS S. C. Habent Iani Consuuij geminum caput, frontibus coniunctis, scrys plenus non aueris; primorum Romæ Regum à bello in fœdus amicitiam per matronas versorum imago. Cui argumento respondent adiuncta glyphica signa, quæ memini me quondam Bruxellæ Cardinali Perrenoto latius explicasse.

Q. Fabij Seruilianus denarius mysticus plenus.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Qui postea Callaicus appell. est. Quem M. f. vocat Cicero in Bruto, & opinor illius M. Bruti Filium fuisse, qui Cos. fuerat anno DLXXV. & fratrem M. Bruti Iuriscos. de quo nos antea. Hunc litteris Græcis & Latinis eruditum & non inculcè solitum dicere Cicero testatur ex relatione L. Atij poëtæ, qui eius familiaris

D. Brutus Callaicus doctus & studiosus

liaris amicissimus erat. Quod etiam in oratione pro Archia poëta scripsit.

[M. Pinarius M. f. / n. Posca] Prætoria domo: pater enim Prætor Sardinia fuerat anno DLXXII. vt apud Liuium XL.

C. Ælius * T. f. Q. n * Tubero. Hunc Prætura functum scribit ex Messalla & Rufo Plinius libro VII. cap. LII. pro mortuo elatum, reuixisse, & à rogo relatum.

[P. Ælius P. f. P. n. Ligus] Eius patrem Cos. habuimus anno DXXCI. in Fastis Capitolinis & Liuiio.

[L. Acilius. L. f. M. n. Glabrio] Filius L. Glabronis Præfecti equitum Q. Fuluij Flacci Prætoris in Hispania, qui anno DLXXII. Pontifex decessit, vt Liuius lib. XL.

[L. Flaminius L. f. C. nepos] Patrem eius Augurem mortuum anno DXXCIII. scribit Liuius libro XLIII.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

.. .. f. .. n. .. Ostensis. f. .. n. .. * Lucerinus *
[L. Cæcilius L. f. .. n. Denter] Ser. Fabius * Q. f. Q. n * Pictor.

ANNI P. R. C. DCI.

Consules.

M. Claudius M. f. M. N. MARCELLVS. III. L. VALERIUS. L. F. P. n. FLACCUS.
In. m. M. E.

CONSULES subsequuntur in Cassiodoro M. Marcellus & L. Valerius; in Mariano M. Marcellus III. L. Valerius; in tabulis Græcis Marcellus III. & Flaccus. Marcellum hunc, qui naufragio postmodum periit, ter Consulem fuisse testatur cum maxima ipsius laude Cicero non vno loco, quemadmodum in oratione contra L. Pisonem, de diuinatione lib. II. & de fato: Afconius Pædianus irem in Scaurianæ commentariis meminit. Idem annotatum est in Fastorum Capitolinorum fragmentis, in quibus item solis L. Valerium Consulem in magistratu mortuum esse, atque neminem suffectum videmus. Igitur anno propemodum finito, iam instantibus nouorum magistratuum comitiis, hoc accidisse verisimile est; sicut & illud, quod magistratus omnes eius anni abdicasse Iulius Obsequens scribit, his verbis: M. Claudio Marcello & L. Valerio Flacco, Consulibus, turbinis vi in campo columna ante ædem Iouis decussa est cum signo, aurato. Cumque Aruspices respondissent, magistratuum & sacerdotum interitum fore, omnes magistratus se protinus abdicauerunt. Terruit forsitan ceteros L. Valerij Cos. exitus.

*Prodigy vis
apud super-
stitiosos.
* Capitolio
fortè.*

Consulibus obuenerunt prouinciæ, M. Marcello Hispania citerior, L. Flacco Gallia: in qua prouincia hoc anno prosperè pugnatum fuisse Iulius Obsequens asserit. M. Marcellus Consul Q. Fuluius in Hispania succedens, octo milia peditum & quingentos equites secum in prouinciam duxit: multas res in Celtiberia prosperè gessit, multa hostium oppida in potestatem redegit, Nergobrigas obsessos ac supplices recipere noluit, sed cum suis intercessoribus vicinis Arbaccis, Bellis, & Tethijs ad Senatum remisit, prouinciam ferè pacatam reddidit. De quibus Eutropium libro IIII. & Appianum in Iberica vide. Strabo libro Geographiæ tertio tradit, M. Marcellum è Celtiberis exegisse tributum nomine DC. talentum, & Cordubam oppidum condidisse, id quod ex Posidonio refert. Andricus quidam ultimæ fortis, cum Philippi nomine sumpto, Persei regis se filium ex pellice natum ingenti asseueratione palam in Macedonia mentiretur, à Demetrio Suria rege ob generis mendacium captus ac Romam missus est: Liuius XLVIII. in Epitoma, Velleius, L. Florus lib. II. cap. XIV. & alij.

*M. Marcelli
Cos. de Celti-
beris victo-
ria.*

*Andricus
Macedonia
rex persona-
linc.*

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Vrbanam. f. .. n. .. Peregrinam
iurisdictiones
.. .. f. .. n. .. Quæstionem. rerum. capitalium.
.. .. f. .. n. .. Siciliam. f. .. n. .. Sardiniam
Prouincias. fortiti. obtinuère.

M. Ati-

M. Atilius * A. f. C. n. Serranus * Hispaniam vltiorem fortitus obtinuit. L. Mummij successor excursionibus Lusitanorum agros depopularus est, vno praelio ad septingentos occidit, & urbem magnam, Ostracem nominatam, cepit & deleuit, consternatosque vicinos populos, in quibus & * Vetones erant, ad deditiōem compulit. Sed si mul ac Atilius castra mouisset, ac in hiberna reduxisset exercitum; iisdem rursus omnes rebellarunt, & Romanorum socios ac vectigales populos oppugnarunt. Hæc Appianus in Iberica. In Lusitania vario euentu hoc anno bellatum fuisse, scribit item Obsequens.

* Vetones
vocalur à
Plinio lib. IV.
cap. XX.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. In magistratu mortuus est. M. Catonis Censorij maior filius, vir summæ virtutis, quemadmodum supra latius declaravi. Hoc circiter anno in Prætura mortuum, viuo patre, nobis constat ex Catone Ciceronis, Plutarcho, Gellio, ac Liuiο. Nam apud hunc lib. XLVIII. in Epitoma de ea re sic annotatum reperimus: M. Cato funus mortui filij in Prætura, tenuissimo, vt voluit, (nam pauper erat) sumptu fecit. Et ipse Cato pater apud Ciceronem de senectute, biennio (vt fingitur) postea differens, ac mortem homini seni sapientique potius optandam quam timendam esse dicens, seipsum de huius filij sui morte sic consolatur: Proficiscar enim non ad eos solùm viros, de quibus antè dixi, sed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melius natus est, nemo pietate præstantior. Cuius à me corpus crematum est, quod contrà decuit, ab illo meum. Animus verò non me deserens, sed respectans in ea profectò loca discessit, quò mihi ipsi cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum; non quòd æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar existimans, non longinquum inter nos digressum & discessum fore. Hæc quidem tunc Cato, quasi præfagus sui finis. Vix enim vltra triennium huius filij mortem superesse, & alterum quadriennalem videre potuit. Auctores enim sunt Plinius libro VII. cap. XIIII. & Plutarchus, quòd iam octogenarius ex secunda vxore filium Salloninum Catonem genuerit. Quo ferè tempore, vt idem Plutarchus indicat, maior eius filius Præturam gerens decessit. A. Gellius quidem lib. XII. Noctium cap. XIX. Prætorem designatum mortuum scribit: sed Liuius & Plutarchus consentiunt ipsum obiisse in Prætura. Quos duos potius sequi, quam vnum Gellium volui.

Tenne
M. Catonis
Prætoris fu-
nus, patre sic
volente.

[M. Licinius M. f. * C. n. * Stolo] [L. Oppius L. f. // n. Salinator]
[C. Sempronius C. f. // n. Rutilus] [C. Aurelius C. f. // n. Scaurus]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
Q. Fabius Q. f. Q. n. Max. Æmilian. [Q. Fabius Q. f. Q. n. Pictor]

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Vetilius // . f. // . nepos. P. Iuuentius * L. f. T. n. Thalna *

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

* M. * Scatinus // . f. // . n. Aricinus. Legem de illicita contra naturam Venere tulit: Vt qui præposterè coissent, vel suo sexui pudicitiam propriam prostituissent, alteriusve sollicitasent, pœna x. milium nummùm multarentur, vt auctor est Quintilianus, Instit. Oratoriarum lib. IV. cap. III. & lib. VII. cap. IV. Atqui latam hoc ferè tempore conijcimus ex Ciceronis Philippica tertia, vbi Scatinias post Voconias recenset. Si Liuium integrum haberemus, de tempore forsàn non dubitaremus. Meminere plures Auctores, Suetonius in Domitiano, Iuuenalis, Martialis, Aufonius, Prudentius, poëtæ; item Cælius familiarium epist. lib. VIII. vbi mendosè Scantiniam vocari suspicor, vt & in exemplaribus Tertulliani de monogamia, & in alijs.

Scatinia lex
de præpostera
Venere.

* M * Atilius * M. f. C. n * Serranus. // . Claudius // . f. // . n. Vnimanus.
L. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Caluus. [M. Aurelius C. f. // n. Scaurus]

[L. Valerius L. f. C. n. Tappus]

[Q. Fulvius Q. f. M. n. Flaccus]

[Ti. Sempronius P. f. P. n. Blæsus]

[M. Atilius L. f. L. n. Bulbus]

[C. Petillius Q. f. Q. n. Spurius]

Quæstores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

//. // . // . f. // . n. // . L. Flacci. Cos. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Marcelli. Cos. in. Hisp. citer.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Atili. Pr. in Hisp. vltter.

//. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

P. Scipionis
Æmilianii
virtutes.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio Africanus, Æmilianus. P. Africani maioris adoptione nepos, & L. Paulli, qui Persen regem deuicerat, filius. De cuius virtutibus hic multa dicere superfluum foret; cum maximè celebrentur à Velleio Paterculo, & passim ab Auctoribus, & in his etiam Annalibus. Eius eruditionem, ingenium, eloquentiam, & studia nusquam non Cicero laudibus effert. Quemadmodum in Bruto de claris oratoribus, vbi orationes ipsius & C. Lælij (quæ tunc extabant, & à Pompeio Festo citantur) comparat accuratè. Quin etiam in oratione, qua ciuitatem A. Archiæ poëtæ defendit, diuinum hominem appellat, & ex eorum numero fuisse contendit cum C. Lælio & L. Furio, quorum eximiam & illustrem naturam, ratio conformatioque doctrinæ singularem atque præclaram fecissent. Si anno suo Ædilitatem petens, Consul ante tempus est factus, vt suo loco dicemus; hoc quidem anno Quæstorem prius fuisse verisimile fit.

L. Hostilius * C. f. C. n. * Tubulus. Patre & auo Prætoris, si quid ex temporum spatiis colligere possumus. Et hunc Præturam turpiter admodum gessisse demonstrabo.

M. Licinius * P. f. C. n. * Crassus. Frater (vt apparet) P. Crassi Quæstoris anno superiore, & filius P. Crassi C. F. qui Cos. anno DXXCI. cum rege Perse bellum gessit, vt antea suo loco. Et hic quidem pater fuit P. Crassi Consulæris & Censorij, qui de Lusitanis triumphauit, & M. F. P. N. in Capitolinis vocatur: vnde constabit etiam ex sequentibus, hunc auum fuisse M. Crassi Diuitis à Parthis tandem occisi. De huius quidem magistratibus certi nil apud Auctores reperio, quos tamen in tanto domus ac cognatorum splendore non præterijisse, fit verisimile.

[C. Lutatius C. f. Q. n. Cerco] Patris legati in Macedoniam & Ægyptum meminit Liuius XLII.

[C. Cluuius C. f. // . n. Saxula] Cuius patrem bis Prætorem fuisse ex Liuioregulimus: eundemque legatum in Macedonia L. Paulli Cos. castris præfuisse anno DXXCV. scribit idem Liuius lib. XLIV.

[C. Atilius C. f. C. n. Serranus] [Sex. Antistius Sex. f. Sex. nepos]

[Sex. Albinus C. f. // . n. Carrinas]

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis

[L. Flaminius L. f. C. nepos] [L. Cæcilius L. f. // . n. Denter]

L. Mummius L. f. L. nepos. Propr. anno DCI.

de Lusitanis. // . // . //

Solus, ni fallor, Appianus Alexandrinus in Iberica historia triumphus huius mentionem facit. Posteaquam enim res contra Lusitanos à Mummio vario euentu gestas enarrasset, ipsum Romam reuersum triumphasse scribit ita: Καὶ Μούμιος ὅ μιν τὰ δὲ πράγματα ἐπανήλθεσιν ἐς Ρώμην, καὶ ἐδέξατο μὲν εὖ. Apud alios Auctores nihil ad hunc triumphum pertinens reperi, nisi quod in Hispania benè pugnasse L. Mummium scribat Eutropius. Triumphus quoque speciem representant eius denarij argentei cum Romæ facie, & Marte in quadriga, supra quam corona est laurea. Nam subscriptus est iste titulus: L. M V M M I. L. F.

ANNI P. R. C. DCII.

Consules.

L. Licinius * L. f * / . N. LVCVLLVS. A. POSTVMIVS. A. f. Sp. n. ALBINVS.

SVBICIVNT deinde Consules Cassiodorus & Marianus L. Lucullum & A. Postumium: tabulæ Græcæ Cuspinianique Lucullum & Albinum: Orosius & Epitome Liuiana L. Licinium Lucullum, A. Postumium Albinum. Meminit eorundem sæpè Cicero, vt ad Atticum lib x l i i. statuat in Isthmo habuisse Postumium, qui cum Lucullo Cos. fuit, scribens, rursus in Bruto & Lucullo, sicut & antea recensuimus in horum Quæsturis. Per interregem videntur hi Consules creati, Valerio, vt diximus, mortuo; & absente Marcello, qui tum Hispaniam obtinebat.

Quantum ex historiarum, quas habemus, fragmentis colligimus, provinciæ Consulares huius anni fuere Hispania citerior & Gallia. L. Lucullo Cos. Hispania obuenit; Postumio, ni fallor, Gallia: quos ambos admodum seuerè difficulterq; delectus habuisse constat, vt postea latius patebit. M. Æmilius Lepidus Pont. Max. mortuus hoc anno est,

qui antequam expiraret, præcepit, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent, in reliquum funus ne plus artis denos confumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari * maximorum virorum funera solere. Epitome Liuij x l v i i i. Successit in Pontificatu Maximo P. Nafica Corculum dictus, vt apud Ciceronem de senectute Carot declarat.

Eodem anno inter Massanisam regem & Pœnos, ob controuersiam finium, ortum est bellum, vbi fortè P. Scipio iunior Æmilianus interueniens, ex Hispania missus à Lucullo Cos. ad Massanisam regem, petendi auxiliij gratia, ab vtraque parte disceptator ac arbiter pacis, velut Consul aut Imperator est acceptus, vt Valerius Max. lib. 11. cap. x. & Appianus in Libyca latius. Gulussa Massanisæ regis filius Romam postea veniens, denuntiauit Carthagine delectus agi, classem comparari, & haud dubiè bellum strui: cum M. Cato suaderet, vt iis bellum indiceretur, P. Nafica dicente, nihil temerè faciendum esse, placuit decem mitti legatos exploratum: Liuius x l v i i i. L. Lucullus Cos. cum M. Claudio, cui successerat, pacasse omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos tamen, Cantabros, Turdulos, & alias prius incognitas nationes subegit. Ibi P. Scipio Æmilianus L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptiuus, prouocatore barbarum Tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiæ vrbis maius multo etiam periculum adiit, nam murum primus omnium transcendit. Sic ferè Liuius ibidem in Epitome. Sed perperam in exemplaribus (in expugnatione captæ vrbis) habetur: cum rectius legi debeat (in oppugnatione Intercatiæ vrbis:) non enim expugnata fuit, sed post oppugnationem repulsam, intercedente Scipione, conditionibus reconciliata Romanis fuit, vt Appianus disertè scribit in Iberica. Paullus Manutius ex vetusto codice correxit (interceptæ vrbis) pro (captæ.) Verùm placet magis ipsum vrbis nomen edere, & Intercatiæ vrbis legere. Valerius enim Maximus libro 111. cap. 11. & Auctor de viris illustribus in Æmiliano, sic nominant oppidum, in cuius obsidione Scipio prouocatore barbarum duello vicit, & in oppugnatione primus mœnia conscendit. Nominat item Appianus, qui Luculli Cos. has expeditiones latius describit. Recensetur etiam inter Vaccæorum ciuitates xv l i i. Intercatia à Polybio, Strabone, & Plinio.

Prætores.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Vrbanam. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Peregrinam.

1. 11. 11. f. 11. n. 11. Quæstionem. veneficij. & rer. cap.

Prouincias. fortiti. obtinuere.

De veneficiis (quod crimen in vrbe sensim inualuerat) eo anno seuerè quæsitum fuit. Liuiana Epitome demonstrat, vbi sic legimus statim post narrationem de funere M. Lepidi Pont. Max. De veneficiis quæsitum Poblincia & Licinia nobiles feminae, quæ viros suos necasse in simulabantur; cognita causa, cum Prætori prædes vadesq; dedissent, cognatorum decreto necatae sunt. Hic rursus Sufiani codicis paullo antè citati lectio- nem præfero, in quo sic habetur: cum Prætori pro se vades dedissent. Vades autem, teste Festo, propriè vocabantur sponsores dati pro reis in re capitali, ne in vinculis haberentur; prædes verò, qui populo se obligant ad satisfidandum, quæ vox hinc otiosa planè videtur.

A. Albinus Cos. status in Isthmo Corinthio. Consules per interregem creati. Prouincia Consulares.

M. Lepidus Pontificis Max. funus tenue.

* magnorum in manscripto Iacobus Sijmelius.

Bellum inter Pœnos & Massanisam regem.

Bellum extremum sibi parauit Carthago. Lucullus Cos. bellum in pace quaerit.

P. Scipio Æmilianus Trib. militum duello victor. Liuij locus restituendus.

Veneficij seuerà quæstio in vrbe.

Liuij locus ex manscripto correctus.

Meminit item istius quæstionis pulchrè Val. Max. inter exempla seueritatis lib. vi. cap. 111. declarans Publiciam istam fuisse vxorem L. Postumij Cos. quem supra in ann. DXCIX. docuimus in magistratu mortuum esse. Verba Valerij sunt hæc: Publicia, quæ Postumium Albinum Cos. item Licinia, quæ Claudium Afellum, viros suos veneno necauerant, propinquorum decreto strangulatæ sunt. Tanti sceleris obnoxios plurimos quæstione tunc deprehensos colligere est: quo ferè tempore M. Cato senior, criminum vindex seuerus, Tribunum etiam plebis infamem veneficij suspitione, non dubitauit palàm perstringere, cum legem iniquam ferre vellet, vt paulò post latius dicemus.

*Sincerus ac
verus iusti-
tia cultus.*

*Macedonia
noua prouin-
cia Prætoris
extraordi-
naria.*

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Macedoniam. Hoc autem anno Macedoniam inter prouincias à Senatu decretam, solus Orosius nobis obiter indicat lib. iv. cap. xxx. scribens P. Scipionem Æmilianum in hanc sorte deputatum fuisse, priusquam vltro sese militaturum in Hispaniam offerret Consulibus. Equidem non à vero procul autumo, Prætorem cum imperio & exercitu missum esse in Macedoniam, qui nouis motibus propter Andrisum orientibus occurreret, & populorum animos obseruaret. Verùm quisnam is fuerit, nondum liquet.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Siciliam

Prouincias. fortiti. obtinuère.

Ser. Sulpicius * Ser. f. Ser. n * Galba. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit. In prouinciam veniens, cum Lusitanis temerè congressus, septem milibus Romanorum amissis, magno prælio victus est. Quo tempore Lucullus Consul iniussu Senatus, Vaccæis subactis, in Lusitaniam quoque mouit exercitum: quam deinde partim ipse, partim Galba Prætor, longè lateque vastarunt ac diripuerunt. Cum pacem Lusitani petiissent, omniaque voluntariè dederent, Galba Prætor dolis circumuentam iuuentutem, fide interposita, passim ex ciuitatibus euocatâ vsque ad nouem milia, (vt habet Val. Maximus) vel vsque ad xxx. milia, (vt vult Suetonius) armis primùm exiit, deinde militibus immixtis perfidè trucidauit, reliquias captas vendidit. Pauci tamen fuga elapsi sunt, inter quos Viriathus fuit, magni paulo post belli origo. Vide Liuium XLVIII. Appianum in Iberica, Orosium lib. iv. cap. xxxi. Valer. Max. lib. ix. cap. vi. Suetonium in Galbæ Imp. vita.

*Ser. Galba
Prætor.*

*Eius perfida
crudelitas
Viriathum
bellum exci-
tauit.*

C. Liuius. Mamiliani. f. M. n. Drusus. * A * Gabinius 11. f. 11. nepos
Cn. Cornelius * C. f. L. n * Lentulus. [C. Cosconius. M. f. 11. nepos]
[M. Iunius. M. f. M. n. Silanus]

Ædiles curules.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Q. Cæcilius. Q. f. L. n. Metellus. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta.

Qui. postea. Macedonicus. appellatus. est.

L. Hostilius * A. f * L. n. Mancinus. C. Plautius * L. f. P. n. Hupsæus. *

Tribuni plebis

*Turbæ gra-
ues Tribuno-
rum plebis
contra Con-
sules.*

*Bellatrix Hi-
spania vt
tunc Romano
formidabilis.
P. Scipionis
Æmiliani
magnanimitas.
Tribunus
militum in
Hispaniam
iuit.*

*Iusturandū
Consulium,
& insignis de
hac re A. Po-
stumij dena-
rius explica-
tur.*

Magnas Consulibus legiones conscripturis excitarunt turbas, vt Appianus & Liuius auctores sunt; criminantes, non satis illos integrè iusteque versari in habendis militum delectibus, & in assignandis expeditionum prouincijs: quasi plurimos fauore magis quàm iudicio in faciliores destinarent. Celtiberorum etenim bellum aliquoties parum prosperè gestum ad eò confuderat ciuitatem, vt omnes Hispaniam prouinciam fugerent, non inueniretur qui aut Tribunatum exciperent, aut legati ire vellent: itaque tunc primùm necesse fuit fortito, non delectu vt antea, singulis prouincijs legiones suas conscribere. Tum P. Scipio Æmilianus adolescens militaturus, rei indignitatem non ferens, quamuis illiam sorte Macedonia, vt auctor est Orosius, contigisset; spontè processit ad eos, & excepturum se militiæ genus quodcumque imperatum esset, professus est. Quo exemplo ad militandi studium multos incitauit. Iuit itaque cum Lucullo Cos. in Hispaniam legatus, vt ait Appianus; vel vt Liuius testatur, Tribunus militum, & magnas res gessit. Videntur igitur tunc Consules vel à Tribunis plebis coacti, vel, quò suspitionem omnem à se repellerent, ante signa militaria in Campum Martium prolata, publicè coram populo iusturandum dedisse, seque deuouisse, si volentes scientiæ dolo malo rem publicam in administrando delectu fallerent. Quod ita contigisse, quamuis Historicorum nemo, quod sciam, meminerit; nobis tamen indicare videntur antiquissimi denarij, in eius rei memoriam ab A. Postumio Cos. tum cusi, in quibus expressus est ipse togatus, iuxta Consulatus sui

fui insignia, fasces & secures, stans in cinctu Gabino, ante legionis erectam aquilam & cohortium signa, iuramentum extensa dextera præstans, sinistra manu in toga prorsus obuoluta. Quo gestu demonstrare voluit, sinistra suspitione dignum iniquumve nil se gere moliri velle. Adscriptum notis in nummo sic eius nomen est: A. POST. A. F. S. N. ALBIN. In aduerso nummi latere, squalida & mæsta videtur Hispaniæ facies, capillis impexis & incomptis, iubar equinæ in modum à capite defluentibus, sine corona turrata, qua prouinciam urbibus, oppidis, ac castellis exultam & locupletem notare solent. Hanc igitur, adscripto nomine H I S P A N. tunc desolatam, à barbaris vastatam & afflictam, ista forma signare voluit. Si Liuium haberemus integrum, haud dubiè clariùs aperiusque nobis constaret, quanta cum contentione difficultateque Consules eo anno conscripserint exercitus. Ut enim in Compendio libri XLVIII. legimus, L. Licinius Lucullus & A. Postumius Albinus Consules cum delectum seuerè agerent, nec quemquam gratia dimitterent, à Tribunis plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem conducti sunt. Eorum vnus tunc quoque legem promulgasse iniquam videtur, fortasse, De vacationum militarium causis per plebis Tribunos cognoscendis: qui cum veneficij infamia suspectus esset, à M. Catone Censorio, dissuasuro legem, admodum asperè sugillatus fuit his verbis, quæ Plutarchus in eius vita, ex ipsa, ni fallor, oratione illius adfert: Adolescens, inquit, haud scio, an periculosus sit bibere quod misces, an sancire quod promulgas.

Hispaniæ miseranda facies.

In carcerem ducti Consules. Rogatio de vacationum causis per Tribunos plebis cognoscendis, quam dissuasit M. Cato.

C. Lælius. C. f. C. nepos. Qui. in. hac. potestate. Sapiens. appellatus. est. Legem Agrariam promulgare tentauit, sed aduersante magno locupletum atque optimatum numero, cum sine ciuili discordia & periculoso tumultu rem tantam expedire se non posse videret, quieti potiùs publicæ consulens, inceptam actionem sua sponte deposuit; ex quo Sapientis cognomen est consecutus. Auctor est Plutarchus in vita Grachorum. Suffragatur de cognomine Sapientis sapiens Cicero, ut Officiorum II. & in Lælio, & in orationibus pro Archia, pro Murena; propter alias virtutes plurimas sic Lælium meritò nuncupatum affirmans. Itaque non sine causa Lucilius poeta ipsum Sophum appellat, ut idem Cicero in libro de finibus II. vbi habentur Poëtæ versus. Reperiuntur & argentei denarii cum Romæ capite & Castorum decursione cusi: in quibus C. LÆLIVS. SAPIENS. inscriptus est.

C. Lælius cuius Sapiens cognominatus.

Sophus Lucilio dictus.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

C. Nigidius. // . f. // . n. * Figulus * [C. Valerius. C. f. C. n. Tappus]
 [L. Postumius. L. f. T. n. Tumpas.] [M. Cincius. M. f. M. n. Alimentus]
 [M. Fulcinius. L. f. C. nepos] [C. Muluius. // . f. // . nepos]
 [M. Platorius. C. f. C. nepos] [C. Racilius. C. f. L. nepos]
 [M. Statilius. M. f. M. nepos]

Quæstores urbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

// . // . // . f. // . n. // . L. Luculli. Cos. in Hispan. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . A. Postumi. Cos. in * Gallia *
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Macedonia.

L. Furius * Cn. f. P. n. Philus * Ser. Galbæ. Pr. in Hisp. vltor.
 De L. Furio quidem Asconius Pædianus verba facit, vbi commentatur in Tullianam diuinationem contra C. Verrem. Quo loco Tullius circa finem orationis dicit, M. Catonem illum Sapientem cum multis graues inimicitias gessisse propter Hispanorum iniurias. Quod ita Pædianus exponit: Caro hæc accusauit Ser. Galbam pro directis Lusitanis, & L. Furium pro iisdem, pro iniquissima æstimatione frumenti. Videtur igitur Furius Galbæ Quæstor tunc fuisse, atque ista occasione propter Lusitanos eodem ferè tempore

Catonem ambos habuisse reos. Paucis etenim annis post Galbam accusatum ipse vixit, vt ex sequentibus patebit.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

D. Iunius. D. f. ///. n. Silanus. Manlianus. Hic T. Manlij Torquati Cos. anno DXXXIII. ac Iuriscos. grauiissimi fuit filius, sed degener: quem in adoptionem D. Silano cuidam dederat, vt testatur Cicero de finibus lib. II. Eundem vt pater Torquatus postea repetundarum ex prætura Macedonica reum priuato iudicio damnauerit, suo loco sum dicturus.

C. Hostilius. A. f. L. n. Mancinus. Frater L. Mancini, qui sexto abhinc anno Consul reperitur. Innuere hoc videntur Capitolina fragmenta, & nummi antiqui, in quibus A. F. appellantur. Hic autem, vt Plutarchus in Gracchorum vita censer, haud quaquam vir improbus, attamen Romanorum ducum ignauissimus fuit. Quam infeliciter Consulatum gesserit, & prouinciam Hispaniam administrarit, postea sequetur.

Ser. Fuluius * Q. f. C. n. * Flaccus. Patre, vt apparet, Consulari, qui anno DLXVI. suffectus mortuo C. Pisoni Cos. fuerat. Et hic item Cos. sequetur, quem M. Tullius in Bruto inter claros oratores comparat A. Postumio Albino, qui Græcè scripsit historiam, & Ser. Fabio Pictoni.

Sex. Atilius. M. f. * C. n. * Serranus. Filium opinor fuisse M. Serrani Prætoris anno DLXXIX. Sanè M. F. vocant nummi & titulus antiquus in marmore scriptus, quem in eius Consulatu post adducam.

[L. Duronius. L. f. ///. nepos] Cuius pater anno DLXXII. reperitur Prætor in Liuji XL.

[C. Popillius. C. f. P. n. Lænas] Patre bis Cos. qui regem Antiochum virga circumscribendo ab Alexandria oppugnatione remouerat, vt antè diximus.

[Q. Petillius. Q. f. C. n. Spurius] Filius Q. Petilij Cos. qui aduersum Ligures Letum montem oppugnans occisus anno DLXXVII. vt suo loco retulimus.

Prouinciæ. prorogata.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procos. Hisp. citeriorem. in. aduentum. successoris. obtinuit. Numantiam obsessam cum Bellis, Titthiis & Arbacæis in deditioem accepit, omnemque ferè prouinciam ante aduentum successoris Luculli ad pacem petendam compulit; pecunias & obfides imperauit. Quibus acceptis, libertatem populis ijs indulfit. Hæc Appianus in Iberica.

M. Marcellus Procos. prouinciam successoris Lucullo pacem tradidit.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Propr. Sardiniam. prorog. imp. obtinuit. [C. Aurelius. C. f. ///. n. Scaurus]

Pro. Quæstorib. f. fuere.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. M. Marcelli. Procos. in Hisp. citer.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. Propr. in. Sardinia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucer. * ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus.

[C. Cluius. C. f. ///. n. Saxula] [Sex. Antistius. Sex. f. Sex. nepos]

[Sex. Albinus. C. f. ///. n. Carrinas.] [L. Flaminius. L. f. C. nepos]

ANNI P. R. C. DCIII.

Consules.

T. Quinctius. T. f. T. n. FLAMINIUS. M. ACILIUS L. F. K. N. BALBUS.

CONSULIS T. Quinctij prænomen librariorum culpa variè scriptum reperitur apud Auctores. L. Quinctium & M. Acilium Consules in hunc annum produunt Cassiodorus & Marianus, item Cicero in Catone, qui hos vndeigesimo post Ennij poète mortem ait esse factos: iisdemque Coss. M. Cato de senectute cum Scipione Æmiliano & C. Lælio differere fingitur. Et quidem in Plinio mendosè prorsus lib. VII. cap. xxxvi. C. Quinctius & M. Atilius nominantur. Sanè nobis hi videntur T. Quinctius & M. Aci-

M. Acilius appellandi, vt habent correctiora tam Ciceronis quàm Plinij exemplaria. In epistolis ad Atticum lib. xii. apud Ciceronem legitur T. Quinctio & Manlio perperam, pro, M. Acilio Coss. In tabulis Græcis & Cuspiniani cognomina habentur sola, Flamininus & Balbus.

De Consulibus eius anni prouinciis, atque etiam rebus bello gestis, nihil ferè certi reperimus. Attamen in Hispanias nondum pacatas Consulibus alterum successorem Lucullo, & vnum ex Prætoribus Ser. Galbæ, qui nequiter ac crudeliter, inconsulto Senatu, res ibidem gerebant, opinari possumus missos fuisse. Si Appianus Alexandrinus in huius anni Hispanica historia non esset interruptus, certius fortasse quid liqueret. Ex eius tamè fragmento colligimus, Lucullum & Galbam anno hoc ferè toto moras prolongasse, seruisq; Romam rediisse, metu ne rei facti se iudicio sistere cogerentur, quod anno sequenti Ser. Galbæ contigisse constat. Itaque superiorum annorum Consulares prouinciæ & his quoque Consulibus decreta videntur Hispania citerior & Gallia; Prætoribusq; tres ordinariæ, Sicilia, Sardinia, & Hispania vltior. Romæ quidem cum de prouinciis ageretur, in Senatu variis sententiis actum de bello Pœnis inferendo, & Carthagine delenda. Cum enim decem legati ex S. C. in Africam ad Pœnorû conatus explorandos missi cum Gulussa Massanissæ filio rediissent, & exercitum & classem contra fœdus Carthagine se deprehendisse referrent; M. Cato & alij plures principes Senatus suasere, vt in Africam Coss. confestim transportarent exercitum. Peruicit tamen P. Nasice Corculi sententia, qui dicebat, nondum sibi iustam belli causam videri: vt abstineretur à bello, æquum esse, si Carthaginenses moniti classem exussissent, & exercitum dimississent, si minus facerent, proximi Consules de bello Punico referrent. Latius hæc omnia Appianus in Libyca, Plutarchus in Catone, Zonaras Annali secundo, Liuij Epitome XLVIII. Orosius libro IIII. Velleius, & alij. Andricus, qui & Pseudophilippus, eodem anno, cum ab vrbe Roma clam profugisset in Macedoniam, magnos ibidem excitauit motus, vt supradicti Auctores etiam memorant, & à me paulò post dicitur.

De prouincijs eius anni nihil certi.

De bello Pœnis inferendo disceptatur in Senatu.

Andricus Pseudophilippus Romam fugit.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Vrbanam. f. .. n. .. Peregrinam iurisdictiones. sortiti. obtinere.

.. .. f. .. n. .. Quæstionem. veneficij. & rerum. capitalium. sortitus. obtinuit. De veneficijs & hoc anno quæsitum fuisse, sit quodammodo verisimile ex Valerio Maximo, Plinio, & Festo, sicut hîc declarare conabor. Valerius inter exempla pietatis in parentes libro v. cap. iv. graphicè describit ita ferè: Sanguinis ingenui

mulierem Prætor ad tribunal suum capitali crimine damnatam, treuro capitali in carcere necandam tradidit. Vbi cum custodiæ Præfectus receptam fame consumere vellet, nihilominus misericordia motus, aditum filix puerperæ ad matrem incarceratam sæpius concessit, sed diligenter excussæ, ne quid inferret cibi. Cumque diutiùs expectatione vueret damnata, Præfectus, obseruata curiosis filia, animaduertit illam exerto vberè factam matris lactis subsidio lenientem. Quæ tam admirabilis, inquit, spectaculi nouitas

Pietatis exemplum filia in matrem.

ab ipso ad III. virum, à III. viro ad Prætozem, à Prætoze ad concilium iudicium perlata remissionem pœnæ mulieri impetrauit. Valerij profectò verba clarè demonstrant, quòd Prætor iste quæsitore rerum capitalium fuerit, & mulierem illam veneficij potius, quàm alterius criminis damnatam fuisse, possumus opinari: quòd istud scelus, tunc temporis in vrbe populosa vulgare latiusque propagatum, in sexu muliebri remedijs acerbis, rigidisq; iudicijs extirpabatur. Plinius, Solinus, & Sext. Pompeius Festus Prætoris non meminere, succinctiùs historiam referentes. Et Plinius quidem libro VII. capite xxxvi. hoc am-

Fervida pietatis rebus obstacula quauis penetrat.

plius addit: Matris, inquit, salus donata filix pietati est, ambæque perpetuis alimentis. Et locus ille eidem consecratus est deæ, T. Quinctio, M. Acilio Coss. templo Pietatis constructo in illius carceris sede, vbi nunc Marcelli theatrum est. Itaque Plinius affirmat, iam dictis Coss. illud Romæ contigisse, ædemque in carcere eodem ob rei memoriam Pietati deę consecratam esse. Cui astipulatur Solinus, locum ipsum dicatum numini, Pietatis facellum fuisse dicens. Non possum non igitur dubitare de Pompeij Festi loco, qui mihi contra veram historiam planè deprauatus videtur. Sic habet in P. littera: Pietati

Premium tanta pietas meretur.

ædem ab Acilio consecratam aiunt eo loco, quo quædam mulier habitauerit, quę patrem suum in clusum carcere mammis suis clam aluerit. Hinc aufer à sciolis quibusdam perperam infarcita duo verba, & pro patre suppositio, restitue matrem, legendo in hunc modum: Quo quædam mulier matrè suam in clusum carcere mammis suis clam aluit. sic Plinio & Valerio Max. conueniet, & verum narrabit Festus. Quin etiam Solinus suppositi-

** Vox filix deest in vulgatis exemplaribus quibusdam, vt Crispa Plinij verba subinducant.*

Solini locus.

Pietatis ades in carceris consecrata loco. Sex. Pompeij Festi locus.

tij patris mendo purgandus erit, qui Polyhistora suum (sicut doctorum hominum opinione receptum est) ex Pliniana mundi historia maiori ex parte concinnauit, & hoc pietatis exemplum ipsum ex eodem desumpsit. Quare non videtur in personæ captivæ sexu dumtaxat, (cùm in alijs omnibus conueniat) à Plinio suo auctore discrepare voluisse. Eius itaque verba pauca sic immutari debere, veritas ipsa clamat: Cùm ad matrem, quæ supplicij causa &c. & paullo post: alere eam vberibus suis deprehensa est. Errorem, verò variatæ historiæ non Auctorum sed librariorum culpa prouenisse suspicor, rudioris olim sæculi tempore, quo Romana disciplina cum imperio sublata, leuis & superficialia magis, quàm exacta rerum cognitio quærebatur; & compendiarij scriptores eius generis passim in monasterijs & scholis omnium manibus triti sæpius rescribebantur ab indoctis, & à sciolis antiquitatum ignaris turpiter interpolabantur. Quod quidem verum esse, magis ac magis experiuntur nunc illi reapse, qui in antiquorum Auctorum exemplaribus pristino nitore suo restituendis operam nauant. Ceterùm de his iam satis multa. Pietatis autem, de qua loquuti sumus, ædes, vt ex Plinio iam demonstravi, his Coss. Romæ constructa est in carcere, & ab Acilio, sicut Festus ait, consecrata. Tempus itaque satis insinuare videtur, M'. Acilium Balbum Cos. eius anni, structam in loco carceris consecrasse: non M'. Acilium Glabriorem, quemadmodum plerique docti putarunt, similitudine nominum decepti, nec aduertentes temporum ac personarum differentiam. Etenim

Alia Pietatis ædes in Olitorio foro.

P. Victoris locus.

Carcer cl. x. viri prius, postea III. virorum capitulum. Meminit Linius lib. III. Ap. Claudium x. virum carcerem adificasse, & plebis domicilium appellasse.

M'. Glabriorem Pietatis ædem aliam in Olitorio foro factam ex voto patris sui multò antea dedicasse, nos in anno DLXXII. docuimus ex Liuio & Valerio Maximo. Eamdem recentent P. Victor & Sex. Rufus in XI. vrbis regione Circi maximi ad ædem Inonis Martiæ; non Iunonis, vt habent vulgata Victoris quædam exemplaria monstròse deprauata, vt obiter hoc indicem. Hæc verò, de qua nunc agimus, ad differentiam illius, ædes Pietatis in Circo Flaminio vulgata loquendi formula vocabatur: cùm tamen non esset in Circo, sed in regione nona Circi Flaminij, in qua theatrum Marcelli, simul & carcerem Victor & Rufus recentent: sed ædis mentio in his nulla est, quæ vel in eorum deprauatis exemplaribus perit ex locorum memorabilium catalogis; vel ædes illa posterioribus sæculis quibus hi scripsere, non extitit. Plinius profectò carceris dictam sedem cum æde Pietati consecrata suo tempore fuisse testatur apertè, vbi nunc Marcelli theatrum est: vt videatur postmodum ab Augusto theatri dicti specie comprehensa. Meminit illius Iulius Obsequens in fragmento de prodigijs, scribens his verbis: Ædes Pietatis in circo Flaminio clausa fulmine icta est. Quod accidit bello Italico sociali, vrbis anni DCLXII. Siciliam Hispaniam. vltiorem Prouincias. fortiti. obtinuere.

C. Sempronius. C. f * M. n * Tuditanus. M. Fufius. // f // nepos.
 * Q. Ælius * Q. f. Q. n. Pætus * C. Titius * Sex. f. Sex * nepos.
 [M. Albinus. M. f. // n. Geminus] [L. Aurunculeius. L. f. // n. Cotta]

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Q. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 M. Iunius * M. f. M. n * Brutus. Q. Cotius // f. // n. Achilles.

Tribuni plebis.

Cùm in annum sequentè comitorum magna difficultas metueretur, propter ambitionem aliquot Consulium principum ciuitatis, excitatam cupidine noua prouinciæ Africæ Consulibus futuris, vt erat opinio, decernendæ: lex videtur ex auctoritate Senatus hoc anno lata (sed à quo magistratu, obscurum) ne quis bis Consul fieret. Quam suavitatis oratione luculentissima M. Cato senior, qui inter alia conquirebatur, multos tunc non Reipublicæ prouehendæ causa, sed avaritiæ luxurisque sui studio magistratus ac prouincias ambire, vt eas expilarent, ac prædas domum veherent. Meminit orationis Sex. Pompeius, citans ex eadem verba quædam Catonis non indigna quæ legantur, in P. litera: Pauimenta, Festus inquit, Pœnica marmore Numidico constrata significat Cato: cùm ait in,

Lex de non iterando Consulatu.

ea quam habuit. Ne quis bis Cos. fieret. Dicere possum, quibus villæ atque ædes, ædificatæ atque expolitæ maximo opere, citro, atque ebore, atque pauimentis Pœnicis stent Plurarchus etiam inter Catonis scitè dicta quædam in eius vita recenset, quæ ex oratione iam dicta videntur deprompta. Scribit enim, cum grauitè Cato populum redargueret, quòd eosdem frequèter summis magistratibus præficeret, sic enim inquit: Vel vili facere summam potestatem videmini, vel pauci sunt in ciuitate, quos idoneos aut dignos eadem existimatis. Legem perlatam in vsu mansisse ad Cimbricum vsque bellum, per annos ferè quinquaginta, cognoscimus ex Fastis Consularibus: in quibus inter M. Marcelli Consulatum tertium, quem anno DCI. gessit, & C. Marij secundum, cui populus Rom. anno DCXLIX. antiquatis legibus, Consulatum quadriennio continuauit, propter Cimbricum bellum, vnus tantum Consul iterum factus reperitur P. Scipio Æmilianus: qui hac lege solutus iterum Cos. non petens creatus est, vt bellum Numantinum conficeret.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.

Q. Pompeius. A. f. // nepos.

M. Titius * Sex. f. Sex * nepos.

[M. Furius M. f. // n. Crassipes]

[M. Toranius // f. // nepos]

[C. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta]

[T. Iuuentius. T. f. M. n. Thalna]

[L. Cæcilius L. f. // n. Dentè]

[M. Turpilius // f. // nepos]

[C. Trebonius C. f. A. n. Asper]

[A. Trebius A. f. A. n. Gallus]

Quæstores vrbanì.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
-----	-----	-----	----	-----	----	-----	-----	-----	----	-----	----	-----

L. Æmilius. M. f * L. n * Paullus. C. Terentius. A. f * C. n * Varro.

Extant hi duæ collegæ in eius temporis pulcherrimo numismate argenteo, cum effigie ^{Elegans ar-} deæ Pietatis oleagina corona decoræ: cui adest nota P. nominis deæ primus character ^{gentis de-} In sacra mensa, quam habet auersa nummi facies, iacet item frondosus oleæ ramusculus. ^{narius de Pie-} Quo symbolo nobis variæ istius deæ virtutes insinuantur, misericordia nimirum, gratia, ^{tatis ad hoc} venia, pax, atque tranquillitas: nam omnia hæc ex pietate nascuntur. Oleæ verò fructus ^{anno facta.} & frondes etiam vel ab ipso renouati per diluuium mundi exordio quasi diuinitus tale ^{Pietatis fru-} quid significasse, columbamque cum oleæ viridi ramusculo reuersam, reliquijs humani ^{ctus.} generis in Arca clausis latissimum nouæ gratiæ auspicium dedisse, antiquissima historia ^{Olea symbo-} Moysis sacra docet: quomodo tunc summi Dei immensa pietas ab ira se in misericordiam vertisset, diluuijque feras tempestates, terrarum orbi pace reddita, tranquillare cœpisset. Non igitur ex Græcorum fabulis olea pietatis ac clementiæ primam significationem fortita est, sed ex antiquissimis sacre Theologiæ mysterijs, naturæque arcanis, apud omnes populos opinione atque vsu receptum fuisse constat, eius arboris naturam mirificam pietatis admonere, mansuetudinem atque tranquillitatem fructus eius excitare; ^{Oleum ma-} cum sæuos iracundi maris impetus oleum sedare frequens experientia docuerit. Itaque ^{ris tempesta-} moris prisca fuit gentium vbique, vt supplices, ac veniam pacemque petentes, ramum ^{tes sedare.} supplicis atque precantis oliuæ, (quemadmodum poëta Silus Italicus canit) præsentare soleant. Quin & deorum simulachra fabricari ex olea in primis institutum fuit, cum propter perpetuam ligni soliditatem, quam vetustatis caries non consumit: tum quia clemenciam superis peculiarem natura sua quodammodò referre videatur. Hæc autem diffusius ex veterum scriptis probari possent, sed alterius sunt loci ac argumenti. Cum igitur Pietatis ædes, vt antè dictum est, Romæ hoc anno facta, sacraque noua, propter rari casus memoriam ex S. C. deæ constituta fuerint: hieroglyphica symbola iam descripti numismatis ed respicere, & eiusdem anni Quæstorum vrbanorum nomina nobis ostendere videntur. Qui cum ex ærario pecunias ad ædis structuram, sacrorumque impensas erogare iussi essent, atque alimenta ex publico matri filiaque pietatis ergo decreta præstare primi: huius rei memoriam deæ Pietatis imagine ac notis in argento ipsorum auspiciis signato (quemadmodum tunc fieri plerumque solebat) posteritati commendare voluerunt. Circum mensam etenim sacram extant sic eorum nomina, L. A I M I L. M. F. PAVLLVS. C. TERENTI. A. F. VARRO. EX. S. C. Ex his etiam notis constat, ^{Simulachra deorum ex olea.} ^{Quæstores vrbanos fuisse L. Æmilium & C. Terentium.} quinam

quinam horum patres fuere. Quorum M. Paullus, si frater L. Paulli, qui de rege Perse, Macedonia subacta, triumphauit, ut temporum status opinari non vetat: auus huius L. Æmilij fuit L. Paullus, qui Cos. II. in prælio Cannensi temeritate sui Collegæ C. Varronis cecidit. Et idem ille C. Varro uideri auus ex annorum curriculo huius C. Varronis, A. f. de quo uerba fecimus, poterit: cuius patrem A. Varronem ex Liuii Prætozem retulimus in anno DLXIX. Qui uerò nummum istum, propter nominum notas solas, anni Cannensis Consulibus accommodare uoluerunt, non sanè temporum, aut argumenti in eodem eleganter expressi rationem habuisse uidentur.

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . T. Quinctij } Coss. in * Gallia. & Hisp. cit. *
 // . // . // . f. // . n. // . M. Acilij }
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardinia
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Hisp. uetere.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

C. Licinius * C. f. C. n. * Crassus. Qui filius, ut apparet, C. Crassi Cos. ann. DXXXV. Hic Tribunus plebis legem de sacerdotiis præclaram tulit, ut pauldè post suo loco dicemus.

Q. Calpurnius. C. f. * C. n. * Piso. Reperiuntur eius denarij signati cum Romæ & Castorum in equis decurrentium simulacris, in quibus, Q. PISO. C. F. ROMA. Frater uidetur fuisse L. Pisonis Cæsonini, qui Cos. extat in Capitolinis, & Q. Pisonem hunc peruenisse ad Consulatum reperimus.

* P. * Manilius * P. f. P. * nepos. Qui postea Prætor Siciliæ à fugitiuis seruis est uictus. Eius pater fortasse fuit, quem Liuius inter v. legatos anno DXXXVI. ad Illyricum constituendum missos nominat libro XLV.

P. Gallonius. // . f. // . nepos. Homo diuitiis celebris eo tempore, sed a foris & Epicuri de grege porcus. luro: cui præter luxum ac uoluptatem nil cordi fuit. Hunc profcindit in suis satyris C. Lucilius poëta uerbis C. Lælij Sapientis, uirtute Stoica tunc summi, quem canit elegantissimè lapathi cœnam suam P. Gallonij squillis ac acipenseribus decumanis præferre. Versus extant apud Ciceronem de finibus libri II. lectu iucundissimi, e quibus mores & luxum eius sæculi Lector cognosce.

*O lapathe ut iactere necesse est, cognitu cui sis.
 In quo Lælii clamores Sophos ille solebat
 Edere, compellans gumias ex ordine nostros
 Lælii præclare, & rectè, Sophos illeq. uerè,
 O Publi, ô gurges Galloni, es homo miser, inquit,
 Cenas in uita nunquam bene, cum omnia in ista
 Consumis squilla, atque acipensere cum in decumano.*

[M. Atinius C. f. M. n. Labeo] Patre Prætorio, quem in ann. DLXV. retulimus ex Liuij XXXIIX.

[Q. Stertinius C. f. // . nepos] Cuius pater Sardinia Prætor fuerat item ann. DLXV. ut auctor Liuij XXXIIX.

Prouincia f. prorogata.

// . // . // . f. // . n. // . Propr. Macedonia. prorog. imp. obt.

Andriscus
Macedonia
regnum oc-
cupat.

[C. Cosconius M. f. // . nepos] Quæ tota rebellis est facta, cum Andriscus Roma profugus personam regis assumens, eam aut uoluntate gentium aut armis occuparet; multis populis ad eius tabulam, uelut ad ueram stirpem regiam coëuntibus. Theffaliam cum inuadere contracto exercitu uellet, Achæorum auxilium per Romanorum legatos inde repulsus est. Vide Liuij Epitomen XLIX. L. Florum, Orofium, Zonaram, Eutropium, & alios.

Pro. Quæstoribus. f. finire.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Macedonia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

[C. Po-

[C. Popillius. C. f. P. n. Lænas] [Q. Petillius Q. f. C. n. Spurius]
 [Sex. Albius C. f. // n. Carrinas]

BELLVM PVNICVM TERTIVM.

TRiplex istud cum Pœnis bellum, temporũ interuallis discretum, vnum cense-
 re poterit. Numquã enim cum Romanis fida pax Carthagini, sed suspecta quædã
 æmulatio semper fuit. Atque si quis trium temporum * momenta, rerumque gestarum
 euentus consideret, primò bellum commissum esse in Sicilia, deinde profligatum ex Ita-
 lia, tertio demum (deleta Carthagine) confectum dici poterit. Quod quidem extre-
 mum tempore exiguum fuit, nam quadriennio patratũ est, & in comparatione priorum,
 labore minimum habetur: non enim adeò cum viris, quàm cum ipsa vrbe ac muris pu-
 gnatum fuit. De hoc autem suscipiendo bello disceptatum aliquandiu in Senatu fuit, &
 his item Coss. cum Marcius Maniliusque de prouinciis referrent, variis denique senten-
 tiis certatum est; M. Catone suadente bellum, & vt tolleretur Carthago, velut bellorum
 fomes, ac malum nimis propinquum; P. Scipione Nasica dissuadente, seruandamque vr-
 bem hostilem censente, velut Romanæ virtutis cotem, quam sublatis omnino bellorum
 curis, in luxum, desidiam, & seditiones ciuiles prolapsuram, vt verus vates prædixit. Me-
 dium quidem placuit Senatui, vt seruaretur, si classem & arma traderet, & ciuitas illa pro-
 cul à mari transmigraret. Speciosum enim videbatur, Carthaginem esse quæ non time-
 batur. Bellum igitur Pœnis indicitur, quòd contra fœdus naues bellicas haberent, & ex-
 tra fines exercitum duxissent: quòdque focio populi Rom. Massanisæ regi arma intulif-
 sent, filiumque eius Gulustam, qui cum legatis Romanorum fuerat, in vrbe non recep-
 sissent. Initum itaq; bellum esse conuenit inter omnes Auctores, L. Marcio & M. Mani-
 lio Consulibus, anno v. c. DCIV. vt Capitolina marmora testantur, quibus item in anno
 suffragatur ad amussim Solinus. Liuij autem Epitome (nisi médum ibi sit) biennio prius
 inceptum anno DCII. prodit. Quam supputationem sequi videntur Orosius & Eutropius;
 quamuis hos eosdem proferant Consules cum Appiano, Velleio, Zonara, L. Floro,
 & aliis.

*Bellorum cõ
 Pœnis catena
 trinodis.
 * monumẽ-
 ta, forisẽme-
 lius.*

*De hoc bello
 tertio contro-
 uersa mul-
 tiplex.*

*M. Cato cotẽ
 virtutis Ro-
 mane noua
 cula lingue
 sua discidit,
 virtiorum
 omnium ficut
 opimos in Cr-
 tiam adse-
 rens.
 Belli caussa.*

ANNI P. R. C. DCIV.

Consules.

L. Marcius. C. f. C. n. CENSORINVS. *M.* MANILIVS. P. F. P. NEPOS.

FREQVENS apud Auctores est horum Consulũ mentio, sed perperam ferẽ M. Ma-
 nilius passim M. Manlius scriptus legitur: vt in Censorino, Liuianis Epitomis, Caf-
 fiodoro, Cicerone epistolarum ad Atticum lib. xii. Velleio, Plinio, Orosio, & aliis. Sunt
 tamen qui rectẽ Manilium appellant, præsertim Græci, vt Appianus, Zonaras, & tabulæ
 Græcæ: Latini item, vt Tullius in Bruto, Valerius Maximus, Eutropius, & Auctõr de viris
 illustribus in Scipione Æmiliano. Prænomen plerumque tamen in his Auctõribus men-
 dosè Marcus habetur. Sic in principio Somnij Scipionis apud Ciceronem in fragmento
 lib. vi. de Republica, vbi sic legitur: Cũ in Africam venissem, M. Manilio Cos. ad quar-
 tam legionem Tribunus, vt scitis, militum: vel sic (quæ fœdior menda est, in Macrobianis
 maximè codicibus) Cũ in Africam venissem, Anicio Manlio Cos. cũ debeat legi,
 M. Manilio Cos. vel (quod magis suspicor) Marcio Manilioque Coss. vt annum trita-
 loquendi formula notet, quo in Africam ad Massanisam, vbi & antea fuerat, venit.

*Loci An-
 tiorum cor-
 rigendũ.*

Consulibus ambobus Africa prouincia decreta est, & vt bellum cum Carthaginienfi-
 bus gereret, vrbe eorum transferri iuberent, vel si minũs parerent, vi captam excin-
 derent. Manilius Cos. terrestres copias fortitus duxit, Censorinus classem. Priusquam
 transportaretur in Africam exercitus, Vticenses se suaque omnia Romanis per legatos de-
 diderunt: quod velut omen maximum belli prosperè conficiendi fuit. Legati in super-
 Pænorum triginta Romam venerunt, per quos Carthaginienfes item se suaque dedebant:
 sed M. Catonis sententia perucit, vt decreto belli perstaretur. Spe tamen pacis iniecta le-
 gati dimissi sunt, cum mandato, vt arma, classem, & omnem apparatus bellicum Consu-
 libus Pœni traderent, obsides trecentos darent, & à Consulibus imperata facerent. Obsi-
 des in Sicilia Consules acceperunt. Deinde cũ in Africam transmisisent exercitum
 confestim iis arma, machinas, & classem Pœni tradiderunt. Postremũ, cum, omnibus
 traditis, vrbe diruere, & in alio loco procul à mari, x. milia passuum, non minũs, habita-
 tum

*Consulium
 prouincia
 vna.*

*Dedunt se
 suasque Vticen-
 ses per lega-
 tos.*

*Carthagi-
 nienfes item.*

*Obsides, ar-
 ma, & clas-
 sem tradunt.
 Extrema tẽ-
 tant pro focis
 & arũ Pœni.*

tum ire iuberentur, indignitate rei, desperationeque ad rebellandum, patriamque defendendam compulsi sunt. Sed quonam furore, vel hinc intelligi potest, quod in usum nauium tecta domusque destruxerint, ad arma noua deficiente ferro quauis metalla, aurum ac argentum conflauerint, quodque mulieres in funium ac vinculorum usum crines suos abscisos contulerint. Igitur mox obsideri oppugnarique coepta est Carthago ab his Coss. terra marique. Sed historiam omnem latius videre Lector poteris in Appiani Libuca, Strabonis libro xvii. Zonaræ Annalium ii. item Orosio, Eutropio, Liuianis Epitomis, L. Floro, & aliis, quos saepius adduxi.

Obsessa Carthago.

Iudi Saculares quartum ex Varronis & Antiatis sententia.

Ludos Seculares Romæ iisdem hisce Consulibus quartum factos fuisse, Censorinus in libello de die natali scribit ex sententia Varronis & Valerij Antiatis. Cuius rei item mentio est in Epitoma Liuij libro xlix.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Vtramque iurisdic. sortitus. obtinuit.

Prusæ regis Bithuniæ legatis Senatû dedit, iussusque quos vellet legatos in Bithuniam mittere, qui pacem inter Prusiam & Nicomedem eius filium facerent. Selegit tres per ludibrium, quorum vnus caput multis cicatricibus deforme, pedes alter podagra inutiles habebat, tertius ingenio focors ac fatuus habebatur. Quam legationem M. Cato faceret, nec caput, nec pedes, nec cor habere pronuntiauit: Liuius libro i. Plutarchus in Catone, Appianus Mithridatica.

M. Catonis dicitur.

.. .. f. .. n. .. Siciliam f. .. n. .. Galliam

.. .. f. .. n. .. Hispaniam. citeriorem

Prouincias. sortiti. obtinuere.

C. Vetilius. .. f. .. nepos. Hispaniam. vltiorem. sortitus. obtinuit.

Viriathini belli exordia.

Contra Viriathum malè res gessit, Turditaniam cum decem milibus Lusitanorum è manibus Luculli ac Galbæ profugorum incursionibus infestantem. Quos hostes, accitis vndique auxiliis, compescere cum vellet Vetilius Prætor, à Viriatho in loca voraginosâ & infidijs septa protractus cladem accepit, & quatuor milia ex exercitu suo perdidit:

Vetilius Prætor captus & occisus.

ipse Prætor captus & occisus est, vt referunt Liuius libro lxi. & Appianus in Iberica: Orosius libro v. cap. iv. cum paucis fuga elapsus scribit, alios secutus Auctores. Sed Appianus accuratè pleneque narrat historiam, qui Verilij Questorem fuga cum sex ferè milibus elapsus dicit.

P. Iuuentius * L. f. T. n. Thalna * Macedoniam. sortitus. obtinuit. In prælio. occisus. est. Eodem quasi tempore tertium Macedonicum bellum Punico tertio coniungi debuit. Sed vt L. Florus lib. ii. cap. xiv. dicit, prior iugum excutit Macedo

P. Iuuentius Prætor ab Andrico victus & occisus.

aliquantò quàm antè grauior, dum contemnitur. Nam hisce Consulibus dum Pseudo-philippum non Macedonicis modò, sed Thracum quoque auxiliis validum Romanus P. Iuuentio Prætoe tentat temerè, ab illo rege scænico & imaginario facilè superatur. Meminere cladis item Zonaræ Annalium ii. Orosius lib. iv. cap. xxii. & Eutropius lib. iv. qui P. Iuuentium Prætorem in Macedonia cum maxima Romanorum clade cæsum ac interfectum tradunt. In Liuiana Epitoma libri quinquagesimi non rectè M. Iuuentius appellatur, quem cum exercitu cæsum prodit.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Max. Æmilianus. [Q. Fabius Q. f. Q. n. Pictor]
[A. Terentius A. f. C. n. Varro] [Q. Bæbius M. f. Q. n. Tamphilus]

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. Ser. Fabius * Q. f. Q. n. * Pictor

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
L. Cæcilius Q. f. L. n. Metell. Caluus .. Claudius .. f. .. n. Vnimanus

Scribonia rogatio de Lusitanis perfidè capris & veditis in libertatem restituendis contra Ser. Galbã orator em.

Tribuni plebis.

L. Scribonius * L. f. L. n. * Libo. Rogationem de Lusitanis in libertatem restituendis promulgauit quos, Ser. Galba Prætor in fidem pop. Rom. deditos, in Gallia venum

venum dedisset. Suasit rogationem M. Cato iam annorum xxxv. & acerrimè Galbam accusavit oratione, quam in Origines rettulit. Q. Fulvius Nobilior, etiam ab eo in Senatu laceratus, respondit pro Galba. Ipse quoque Galba, cum se damnari videret, complexus duos filios prætextatos, & filium C. Sulpicii Galli, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut ferè acceptam rogationem populus antiquarit. Extabant T. Liuij tempore tres eius orationes, quibus se defenderat, duæ aduersum Libonem Trib. plebis, rogationemque eius de Lusitanis; tertia contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos propter se castra habentes cæsos fatetur, quòd compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis, per speciem pacis adonri exercitum suum in animo habuisse. Hæc Liuius lib. xli. in Epitoma. Valerius Max. lib. viii. cap. i. Galbam flentem paruulos liberos suos, & C. Galli sanguine sibi coniuncti filium commendare cœpisse dicit: eoque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, pænè nullum triste suffragium habuisse. Hoc idem testatur Cicero de oratore lib. i. Galbam reum C. Galli propinqui sui filium pupillum Quintum pænè in humeros extulisse, qui patris clarissimi recordatione & memoria, fletuque populum moueret. Hunc cum duobus filijs paruulis suis tutelæ populi commendasse, ac, tamquam in procinctu sine libra atque tabulis testamentum faceret, populum Rom. tutorem illorum orbitati se instituere palàm iactitasse. Eadem ex Cicerone Quinctilianus lib. ii. cap. xvi. per concionem manibus suis Galli filium circumtulisse scribit, solaque hac miseratione damnationem effugisse consentiunt omnes. Quod itè ipse Cato non dissimulauit, ut iam dicti testantur: cum scilicet scripserit, pœnas Galbam daturum fuisse, nisi pueris & lacrumis esset vsus. Epistolarum autem lib. xii. ad Atticum Cicero dubitasse se monstrat, vtrum hoc, an anno superiore L. Libo

M. Catonis oratio in Ser. Galbâ. O quam facile succumbit iustitia passionum ponderi. Tres orationes Ser. Galba contra Libonem & Cethegum. Emergentia salusifera Galba, non causa fuit.

Galba quasi mortuus populum Rom. tutorem suorum instituit.

Cum lacrimis & pueris sese defendit Galba. M. Ciceronis scrupulus de L. Scribonij Tribunatu. M. Cato senex non diu post mortuus.

Calpurnia lex de repetundis prima.

Tribunus plebis fuerit, & hæc contigerint. Nam ita consulit Atticum: Et vide, quæso, L. Libo ille qui de Ser. Galba, Censorinone & Manilio, an T. Quinctio, M. Acilio Coss. Tribunus plebis fuerit. Sed in Bruto de claris, satis indicat M. Catonem eius actionis subscriptorem summa senectute fuisse, orationemque tunc habitam in Origines suas retulisse, paucis, antequam est mortuus, diebus aut mensibus. Et mortuum tradit Plutarchus in eius vita, belli Punici tertij, quod suaferit, exordio.

L. Calpurnius * L. f. C. n * Pifo. Frugi. Legem de repetundis primus tulit contra magistratum Rom. auaritiam rapacitatemque, quæ latius manare per prouincias cœperat:

Vtei. quibus. in. prouinciis. magistratus. populi. Rom. eorumve. comites. contra. leges. pecunias. cepissent. quidve. commisitissent. earum. iniuriarum. ergo. Romæ. quiritari. iudicio. quæsito. sua. repetere. prouinciales. possent.

Sociorum ergo causa hanc legem latam esse, Cicero Verrinarum prima testatur. Nam cum ciuibus, inquit, sunt ereptæ pecuniæ, ciuili ferè actione, & priuato iure repetuntur: hæc lex socialis est. Idem in alijs orationibus quandoque repetit, ipsumque repetundarum iudicium arcem sociorum appellat, è qua magistratum iniurias propellere socij poterant. Latam verò legem hanc Calpurniam istis Coss. fuisse, Cicero manifestè prodit in Bruto: L. Pifo, inquit, Tribunus plebis, legem primus de pecunijs repetundis, Censorino & Manilio Coss. tulit. Rufus Officiorum libro secundo, quem vrbs anno dccix. scripsit ad Marcum filium suum: Nondum, ait, centum & decem sunt anni, cum de pecunijs repetundis à L. Pifone lata est lex, nulla antea cum fuisset. At verò postea tot leges, & prouincias quæque duriores: tot rei, tot damnati. Pœna autem repetundarum non adeò grauis primùm fuit, vt ex Cicerone colligi potest; &, nisi fallor, tantùm pecuniaria. Adiecit tandem ignominia quædam, quòd nec in Senatum venire, nec in concione orationem habere damnati possent; additumque postea & exilium, vt suis locis opportunè demonstrabitur.

Arc socium contra magistratum iniurias.

Centum & quatuor arserant. Pœna repetundarum.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Cn. Calpurnius * L. f. L. n * Pifo. M. Popillius M. f. P. n. Lænas.
 * A * Licinius * A. f * // . n. Nerua. L. Lollius. // . f. // . nepos.
 [Sex. Ælius. Sex. f. Q. n. Pætus. Catus.] [Sp. Antius Sp. f. C. n. Restio]
 [Sp. Mæcilius L. f. L. n. Tullus] [C. Vrbinius. // . f. // . nepos]

Quæstores vrbani

Legatis Vticensium hospitium, munera, ac lautia more maiorum ex Senatus mandato præbuere.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

M. Claudius M. f. M. n. * Marcellus. Cn. Seruilius. P. f. * Cn. n. * Geminus.

Venus Pelagia.

Ex vetusta hic Geminorum Seruiliæ gentis familia patricia, ex qua & Cæpiones proflixisse videntur, auo (nisi fallor) Consulari natus, Cn. Geminus scilicet, qui anno DXXXVII. in Cannensi prælio cecidit, vt auctor est Æmilius Probus in Annibalis vita. Patris P. Seruiliij Gemini nullos magistratus reperio. M. Claudius, filius fortè M. Marcelli fuit, quem Tribunum plebis adduximus anno DXXCII. ex Liuij XLIII. Hunc in Prætura fulmine perijsse, Iulius Obsequens auctor est. Collegas autem hos duos in vrbana Quæstura fuisse, sollicitor opinari ex antiquis denariis elegantissimè ex argento formatis, quorum symbola notæque volunt insinuare, cusos habisse ad classis instruendæ sumptus, classariorumque stipendia, huius belli exordio. Habent enim in vno latere Pelagiæ, vel, vt Horatius hanc vocat, Marinæ Veneris pulcherrimum caput, diademate coronaque myrtea decorum, sub quo Quæsturæ nota, Q. littera. In altero nummorum latere rostrata nauis quinqueremis Prætoria visitur affabre facta cum corona laurea, sub qua ROMA. scriptum. Quæstorum verò nomina sic vtrisque notis inscripta leguntur, M. CLAVDI. M. F. MARCELLVS. CN. SERVILI. P. F. GEMINVS. Tutelare numen Romanis Venus maritumis expeditionibus faustum habebatur, atque Carthaginensibus aduersum, qui lunonem Inprimis colebant, Veneri eiusque progeniei inimicam ab ouo belloque Troiano, vt Maro poëta cecinit. Aptum igitur huic bello symbolum, & tessera Romanis ab Ænea Veneris filio prognatis congrua Venus tum fuisse videtur.

Quæstores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . L. Censorini. } Coss. in. Africa.
//. // . f. // . n. // . M. Manili. }

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Nafica. Cn. Cornelius * Cn. f. L. n. * Scipio Hispallus.

Gloriosum iniurias resp. causis pati.

Hic Cn. Hispalli videtur filius fuisse, qui anno DLXXVII. Consul in magistratu mortuus est: ille autem P. Naficæ Corculi tunc Pontificis Max. M. Lepido mortuo, facti, qui Carthaginem non delendam esse suaserat. Non degener, aut patri auoque virtutibus impar hic eius filius; quamuis à scurra quodam Tribuno plebis, vt postea dicitur, in concione per ludibrium, ob faciei similitudinem, victimario suariouæ cuidam comparatus, & Serapio dictus fuerit, vt Valerius Max. lib. IX. cap. XIV. & Plinius lib. VI. cap. XII. sunt auctores. Nec puduit tamèn agnominis, cum eius in honorem cusi reperiantur denarij cum simulachro Fidei, templo, & mensa dæx sacra, tituloque sic inscripto: P. SCIPIO. NASICA. SERAPIO. Id ipsum & apud eius filium remansisse, Plinius indicat, vt suo loco dicemus. Certè duos iam descriptos Cornelios Consulum huius anni Quæstores fuisse in Africa, demonstrat Appian. Alexandrinus in Libuca, memorans Cornelium Scipionem Naficam, & Cn. Cornelium cognomine Hispallum à Censorino & Manilio Coss. cum Pœnorum legatis Carthaginem missos fuisse ad arma accipienda, quæ tradere iussi erant: accepisse, & retulisse in rationes catapultarum duo milia, thoracum ac armaturarum ducenta milia, telorumque missilium infinitam multitudinem. Refert autem Orosius lib. III. cap. XXI. tantam vim armorum repente traditam esse, vt facillè tota ex ijs Africa potuisset armari. Classem verò ab ipsis quoque traditam Consules in conspectu vrbis mox incendi iusserunt, vt L. Florus testatur.

Arma à Pœnis tradita.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Gallia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Hisp. citeriore

//. // . f. // . n. // . C. Vetilij. Pr. in Hisp. vltiore.

Quæstor Vetilij socios auxiliares Hispanos periclitari, quam se suosq. maluit.

Qui apud reliquias exercitus à Viriatho cæsi ad sex milia Tartessij ex fuga collectas se continuit, donec à Vellis & Tirithijs focijs auxiliorum quinque milia accepisset. Hos, Romano milite intra muros manente periculis obijciens contra Viriathum misit: cum quibus ille congressus prælio, circumuentos trucidauit omnes, vt ne cladis nuntius vnus quidem ad suos inde redierit. Victor deinde Viriathus Carpetanorum prouinciam fertilem ac pinguem longè lateque in conspectu Romanorum est depopulatus: dum Quæstor cum

cum suis intra munitiones se continens, & Roma suppetias expectans, hostibus occurrere non audet. Hæc Appianus in Iberica, sed Quæstorem non nominat.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. P. Iuenty, Pr. in. Macedonia.

M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. Porcina. Ex annorum spatio suspicor eius patrem fuisse M. Lepidum, quem 111. virum coloniæ Mutinam Parmamq̄ue deducendæ recenset Liuius lib. xxxix. fine; & qui legatus è Senatu postea in Galliam vltra Alpes cum C. Lælio missus fuit anno DXXXIII. vt idem Liuius XLIII. An ille curules magistratus gesserit, obscurum nobis est. Hic verò M. Porcina per magistratum gradus ad Cõsulatum peruenit. Eius doctrinam & eloquentiam M. Cicero de claris oratoribus scribens vehementer probat, vbi inter alia de eodem hæc legimus: At verò M. Æmilius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus ferè, quibus Galba; sed paulò minor natus, & summus orator est habitus, & fuit, vt apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus. Laudat deinde, quòd in hoc primùm oratore Latino Græcorum lenitas, verborum comprehensio, & artifex stilus apparuerit. Ipsum idcirò studiosè duos adolescentes ingeniosissimos & propè æquales C. Carbonem & Ti. Gracchum audiuisse, qui celeberrimi oratores euasere. Meminit eiusdem de oratore libro primo, vbi illum Scæuula cum eximiiis huius æui oratoribus recenset ita: Equidem & Ser. Galbam memoria teneo diuinum hominem in dicendo, & M. Æmilium Porcinam, & Cn. ipsum Carbonem.

Doctus, & orator summus orationes scriptas reliquit.

P. Furius * P. f. P. n * Philus. Cuius pater, vt ordo temporum atque Fastorum insinuat, post Præturam Hispaniensem accusatus, damnationis metu in exilium abiit anno DXXXII. Auctor Liuius XLIII. Hic Cos. postea sequetur.

C. Fuluius * Q. f. Q. n * Flaccus. Patre Consulari atque Censorio, vt apparet ex annorum interuallo. Qui & ipse Cos. cum P. Africano minore recensebitur.

* C * Calpurnius * L. f. L. n * Piso. Prætor in Sicilia cum fugitiuis malè pugnavit, quemadmodum L. Florus auctor est, qui nudo cognomine ipsum exprimit lib. 111. cap. XIX. Pater eius fortasse fuit L. Piso, legatus ad Achæos anno DLV. cuius lib. xxxi. Liuius meminit.

Prouincia f. prorogata.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. Propr. Sardiniam

Prorogato. imperio. obtinuit.

[M. Aburius M. f. 11. n. Geminus]

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. Pr. in. Sicilia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. Propr. in. Sardinia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Ostiensis *

11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Lucerinus *

* P * Manilius * P. f. P * nepos.

P. Gallonius 11. f. 11. nepos

[Q. Stertinus C. f. 11. nepos]

[Q. Petillius Q. f. C. n. Spurius]

[Sex. Albius C. f. 11. n. Carrinas]

ANNI P. R. C. DCV.

Consules.

Sp. Postumius * A. f. A * ALBINVS. MAG. L. CALPVRNIVS C. F. C. N. PISO
CÆSONIVS

CASSIODORVS, Marianus & Obsequens Sp. Postumium & L. Pisonem Consules huic anno adscribunt, qui belli Punici tertij secundus fuit: tabulæ Græcæ Albinum & Pisonem habent: tabulæ verò quas Cuspinianus Orosij esse (nescio qua de caussa) putat, Magnum & Cæsonium. Et rectè. Nam vnicuique ex Consulibus huius anni bina fuisse cognomina, ex fragmentis Capitolinis dilucidè patet.

Consulium alteri Africa prouincia decreta est, quæ fors L. Pisonis fuit: in eadem M. Manilio Procos. donec successor aduenisset, prorogatum imperium est. Albino Cos.

Prouincia Consulium Gal. 244.

Galliam obuenuisse suspicor: reliquis etenim prouincias ordinarias extra Italiam Prætores obtinuerunt, vt ex fequentibus manifestum fiet. Romæ vastum incendium fuisse, inter prodigia Iulius Obsequens annotauit, & Pseudophilippum hisce Coss. in Macedonia deuictum fuisse. Massanisa Numidiæ rex, vir insignis, nonaginta annis maior, decessit. Eius moribundi iussu P. Scipio Æmilianus è castris ante Carthaginem euocatus, post mortem eius inter tres filios, quos pater heredes reliquerat, administrationem regni diuisit. Idem Himilconi Phameæ Præfecto equitum Carthaginensium persuasit, vt cum equitatu suo ad Romanos transfret. At L. Piso Cos. in prouinciam ueniens cum L. Mancino Prætere classis Præfecto, nec Carthaginem nec Alidrubalem Pœnorum ducem adortus, bello maritimas vrbes inuasit; & à Clupea repulsus, Neapolim aggressus cepit & euertit. Deinde in Hipponis Zareti obsidione, non sine damno, frustra æstatem cum triuisset, tandem Pœnorum animis auctis, Vticam in hiberna concessit. Vide Appianum, Orofium, Liuium, Zonaram, & alios antè citatos.

Massanisa rex Numidia, senex admodum decessit. P. Scipio Æmilianus regni inter filios distribuit. Res in Africa gesta.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. iurisdictionem
//. // . f. // . n. // . Inter. ciueis. & . peregrinos. iurisd.
//. // . f. // . n. // . Sardiniam

Prouincias. fortiti. obtinere.

L. Hostilius * A. f * L. n. Mancinus. Classem. fortitus. obtinuit. Cum Consule L. Pisone in Africam profectus ad Carthaginem nihil memorabile gessit, vt Appianus in Libuca, & Zonaras.

Viriathus victor.

C. Plautius * L. f. P. n. Hupsæus * Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit. Occiso Vetilio successor missus cum supplemento decem milium peditum, & mille trecentis equitibus. Malè item contra Viriathum res gessit, bis prælio fufus atque fugatus, munitis locis postea se continuit. Appianus Alexandrinus in Iberica, Epitoma Liuiana lib. LII. Orofius lib. v. cap. IIII.

Macedonia Pseudophilippo bis victo captus, in potestatem redijt.

Rex alter laruatus Alexander.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Qui. in. hoc. honore. Macedonicus. appellatus. est. Macedoniam. fortitus. obtinuit. P. Iuuentio Prætori succedens, præclara victoria Macedonas ac Pseudophilippum regem bis superauit, xxv. milibus hostium cæsis. Ipsum Pseudophilippum in Thraciam profugum, & à regulo Buzo proditum, viuum cepit, Macedoniamque omnem, Attali socij regis classe adiutus, breui in potestatem redegit. Insuper Alexandrum quemdam, qui se item Persei regis filium fingens nouos motus concitabat, in Dardaniam vsque prosequutus est. Ob quas res gestas Q. Metello Macedonici cognomen est inditum: Liuius lib. L. Velleius lib. I. Pausanias in Achaicis, Zonaras lib. II. Eutropius lib. IV. L. Florus lib. II. cap. XIV. & Auctor de viris illustribus.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. [C. Numisius C. f. // . nepos]
[Q. Næuius Q. f. // . n. Matho.]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Q. Fabius Q. f. Q. n. Max. Seruilianus. [M. Pinarius M. f. // . n. Posca]

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Lælius C. f. C. n. Sapiens. C. Nigidius // . f. // . n. * Figulus *

Tribuni plebis

P. Scipio Æmilianus populi Romani tunc columen sublime.

Ad populum ex S. C. tulerunt, Vti P. Scipio Æmilianus, qui ex Africa Romam uenerat, & Ædilitatis petendæ causa comitorum die candidatus in Campum descenderat, lege annali Villia solueretur, quò Consul in annum sequentem designari posset. Omnes centuriæ, Vti rogas, iusserunt: & Scipio mox populi vniuersi consensu pro Ædile curuli Consul declaratus est. Hęc ex Appiani Libuca, Liuij Epitoma, Velleio, Valerio Max. & Auctore de viris illustribus.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

D. Iunius. M. f. * M. n. * Brutus. P. Licinius * P. f. C. n. * Crassus.

Qui. postea. Callaicus. appellatus. est.

C. Ælius * T. f. Q. n. * Tubero [P. Ælius P. f. P. n. Ligus]
 [L. Acilius L. f. M. n. Glabrio] [L. Volumnius C. f. L. n. Flamma]
 [M. Pompilius M. f. M. nepos] [C. Fundanius C. f. C. n. Fundulus]
 [Q. Apronius Q. f. Q. nepos] [M. Sextilius M. f. M. nepos]

Quæstores vr bani

Himilconi Phameæ Pœno, qui Præfectus equitum à Carthaginensibus descuerat cum duobus milibus atque ducentis equitibus P. Scipionis hortatu ad Romanos, & cum ipso Romam venerat, ex S. C. muneribus honorarunt; purpurea veste, fibula aurea, insignibus armis, & equo phaleris aureis ornato; item argenti minæ centum, atque decem drachmarum milia dedere: Appianus in Libuca. Meminit & Zonaras Annalium secundo; qui Phabeam appellat, & id honoris insuper transfugæ datum scribit, vt à Senatu in confessum reciperetur. Credat, qui volet. Reconciliatus Senatui, cum muneribus suis in comitatu L. Pisonis Cos. in Africam ad exercitum rediit, vt ibidem Appianus.

Honor exhibitus transfuga Pœno.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

//. // . f. // . n. // . Sp. Albini Cos. * in. Gallia *
 // . // . f. // . n. // . L. Pisonis. Cos. in. Africa.

Ser. Sulpicius * C. f. C. n. * Galba. L. Mancini. Pr. ad. classem. Hoc quidem argenteus nummus eo tempore in vsum classis Romæ cusus insinuare videtur: in cuius vno latere Tulli Hostilij Romanorum regis effigies expressa est, vt notant litteræ, TVLL. Atque hæc in honorem gentis Hostiliae, ex qua L. Mancinus Prætor atque Præfectus classis erat, cuius etiam nomen adscriptum, L. HOSTIL. MANCIN. Ad regem igitur Tullum Hostilium suæ stirpis antiquitatem extendere Mancini tum volebant. In altero nummi latere classis nota nauis Prætoria rostrata quinquereis eleganter facta cernitur; sub qua nomen Quæstoris, ni fallor, sic annotatum legitur: SER. SVLPIC. GALBA. Hic autem C. Galbæ Pontificis, qui Prætor anno DCCCII. nominatur à Liuiο lib. XLII. filius fuisse videtur, vt ex annorum interstitio colligere est.

Denarius Ser. Galba.

//. // . f. // . n. // . C. Plautij Pr. in. Hisp. vltiore.
 // . // . f. // . n. // . Q. Metelli. Pr. in. Macedonia.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *.

L. Cornelius * Ser. f. Ser. n. * Lentulus. Qui Prætor deinde sequetur. Pater forsitan fuit Ser. Lentulus, quem Liuius Sicilia Prætozem anno DCCCIV. scribit fuisse, vt nos antea.

P. Licinius P. f. P. n. Crassus. Mucianus. Qui Pontifex Maximus postea in locum P. Cornelij Nasicæ factus est. Eius pater P. Scæuula Cos. anno DLXXIIX. transit autem in Crassorum familiam adoptatus, vt opinor, à P. Licinio Crasso Diuite, P. Crassi Pontificis Max. filio. Sed quo prius prænomine distinctus fuerit à duobus fratribus suis P. & Q. Muciis Scæuulis, obscurum nobis est. Equidem præter hæc duo, nullum aliud tertium quàm Caius, in Scæularum familia reperio. Laudat eius ingenium & studia plurimum Tullius in Bruto, & de oratore lib. 1. Sic frequens eius apud eundem in aliis locis, & apud alios Auctores est honorifica mentio. Sed præterire non possum, quod ex Sempronio Asellione traditum scribit Gellius lib. 1. Noctium Atticarum cap. XIIII. hunc

P. Crassi Muciani dotes, ac eximia felicitas.

» P. Crassum Mucianum habuisse rerum bonarum maxima & præcipua quinque: quòd
 » esset ditissimus, quòd nobilissimus, quòd eloquentissimus, quòd iuris consultissimus, quòd
 » Pontifex Maximus.

T. Didius. Sex. f. // . nepos. Pater T. Didij Consularis Triumphalis, vt sequentia docebunt. Huius Tribuni plebis legem sumptuariam mox adferemus.

*P. Rupiliij
cursus vita
ab imo ad
summū gra-
dum honoris.
Leges Rupilia
in Sicilia ce-
lebres.*

P. Rupilius. P. f. P. nepos. Pauper & obscurus in Sicilia prius operas publicanis suas dederat, & auctorato socii officio inopiam suam sustentauerat: qui postea Consul classis & exercitus ibidem rexit, & leges Siculis dedit, quæ ab ipso Rupilia sunt appellata. Pulchrè hæc Valerius Max. lib. vi. cap. ix. Virtute quidem & P. Africani amicitia inclaruit, & ad Consulatum peruenit, vt ex eodem Valerio, & Ciceronis Lælio discimus.

P. Popilius C. f. P. n. Lænas. Patre bis Consule natus, vt indicant Capitolina marmora, in quibus item Consul cum P. Rupilio recensetur. Ciuem egregium, nec indifertum iudicat eum Tullius in Bruto. Sic fortem & constantem in optima ratione ciuem dicit fuisse in oratione pro domo sua.

Ap. Claudius Ap. f. C. n. Centhos. Reperitur in bigatis. Eius patrem puto fuisse, qui anno DLXXIX. ex Prætura Celtiberiæ ouationem retulit, vt suo loco diximus.

*Anus L. Ca-
tilina.*

M. Sergius M. f. // n. Silus. Auus L. Sergij Catilinæ, qui hoc ferè tempore magistratus occepisse videtur. Huius extant, vt opinor, argentei in Quæstura cusi ex S. C. cum consueto capite Romæ galeatæ, & hæc notis: ROMA ꝯ EX. S. C. In altero latere patris sui nobilissimi & fortissimi equitis memoriam publicare voluit: cuius insignia prælia multa & admiratione digna facinora Plinius lib. vii. & Solinus cap. vi. memorant, & nos ex iisdem in Annali DLVI. vbi de fortissimi Sergij dicti Prætura loquuti sumus. Expressit itaq; filius Quæstor in denariis suis equitem in armis exultantem, qui sinistra manu sub suo gladio caput occisi hostis barbari longis capillis suspensum tenet: vbi scriptum sic eius nomen legitur, Q. M. SERGI. SILVS.

Prouinciæ.

M. Manilius P. f. P. nepos. Procos. Africam. obtinuit. in. aduentum. successoris. vsque. Ab eodem Procos. rex Massanisa per litteras ægrotus petiit, vt ad se Scipionem Æmilianum sub eo tunc militantem mitteret, vt auctor est Valerius Max. lib. v. cap. ii. Missus igitur Scipio, regem mortuum adueniens repperit, ex cuius extremo mandato regnum inter filios partitus est, quos quatuor & quinquaginta ex diuersis vxoribus & concubinis reliquerat, & inter hos puerum quadriennem Methymathnum, ipse iam dudum nonagenarius. Interea Procos. Manilius varia fortuna cum Pœnis certauit, ab Hasdrubale non parum oppugnatus, circumuentus, comætuque ferè seclusus fuisset, nisi P. Scipionis, opportunè tum ex Numidia cum Massanisa regis filio Gulossa, Pœnorumque Præfecto Phamea transfuga, & copiis eorum auxiliariis reuersi, virtute liberatus fuisset. Postmodum audiens Manilius, L. Pisonem Cos. sibi successorem venturum, P. Scipionem vnà cum Phamea Pœno Romam dimisit, & de rebus eorum bene gestis ad Senatam copiosè scripsit: quod etiam legati, Tribuni que militum, exercitusque principes ad suos amicos Romam scripsere. Vide Appianum, Zonaram, Orosium lib. iv. cap. xxii.

*Massanisa
senis regis
mira fecun-
ditas.*

*Nonagenarius moriens
quadriennem
filium reli-
quit.*

*Male res ge-
ritur in Afri-
ca Scipione
absente.*

*Manilius &
exercitus in
Africa duces
Scipionis vir-
tutes commē-
dant.*

Liuij Epitomen lib. l.

//. // . f. // . n. // . Propr. Siciliam

//. // . f. // . n. // . Propr. Hispaniam. citeriorem

Prorogato imperio. obtinuere.

[Q. Fabius Q. f. Q. n. Pictor.] [Q. Bæbius M. f. Q. n. Tamphilus]

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

//. // . f. // . n. // . M. Manilij. Procos. in. Africa.
in. aduentum. successoris. vsque.

Cn. Cornelius * Cn. f. L. n * Scipio. Hispallus.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Hisp. citeriore.

//. // . f. // . n. // . Calenus. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

* P. * Manilius * P. f. P. * nepos. P. Gallonius // . f. // . nepos

P. Furius * P. f. P. n * Philus. [Q. Stertinius C. f. // . nepos]

[Q. Petillius. Q. f. C. n. Spurius]

ANNI P. R. C. DCVI.

Consules.

P. Cornelius. P. f. P. n. Scipio. AFRICAN. AIMIL. C. LIVIVS. MAMILIAN.
F. M. N. DIVSVS

SCIPIONEM & Drufum Consules habent tabulæ Græcæ, Æmilianum & Drufum Cuspiniani tabulæ: P. Africanum & C. Liuium Cassiodorus, Marianus, & Iulius Obsequens. verum in hoc, librariorum errore, Lælius pro Liuiio suppositus est. Nominantur item hi Coss. à multis aliis Auctoribus, vt Cicerone, Velleio, Valerio Max. Plinio, Plutarcho, Appiano, Zonara, aliisque quos iam sæpè citavi. Celebris enim est hic annus magistratu Consulari P. Scipionis Æmiliani, qui legibus, vt dixi, solutus populi totius consensu & suffragio, cum Ædilitatem tantummodò peteret, ante annos legitimos Consul creatus est. Cum enim bellum hoc Punicum longius traheretur superiorum du- Magna Populi Romani de vno P. Scipione Æmiliano fuit expectatio. cum ignavia, populus Rom. hoc ægrè ferens, in vnum hunc Scipionem conuerterat oculos, deque eius virtutibus, ob res plurimas in Hispania & Africa præclare & fortiter gestas, opinionem conceperat, eius solius ductu confici feliciter ac properè bellum hoc posse.

Consul igitur P. Scipio provinciam Africam Senatus populiq; iussu extra sortem accepit, reclamante licet collega C. Druso. Permissum Scipioni ex delectibus supplementibusque fœderatis arbitrato suo, quantum sufficeret, populi Romani nomine postulare. Africa provincia extra sortem, & supplementi auxilij, quantum vellet, libi commissum. Res gestæ. Vide de his Appianum, Zonaram, Velleium, Liuium, Orofium, & alios iam dictos.

P. Scipio Cos. spe magna ciuium, cum apparatissimo exercitu classeq; instructa per Siciliam profectus in Africam, L. Mancinum Propr. à Pœnis in Carthaginis parte captum quingentis militibus obsessum, quàm primùm Uticam appulisset, cum classe expedita & comœtu subsidio veniens, liberauit. Carthaginem terra mariq; obsidione grauissima pressit, magnis operibus circumvallauit, disciplinam militarem in castris corruptam reformauit. Megara locum in vrbe spatiosum mœnibus contiguum cepit, Pœnosque in Burfam compulit, quemadmodum Appianus in Libuca latius narrat. Vide etiam Zonaram, Orofium, Liuium, & alios quos antè citavi. Carthago obsessa. Disciplina in castris correctæ.

Cum Achæis eodem anno bellari cœptum est, quòd legatos Romanorum violassent, qui Corinthum missi erant, vti Spartam, Corinthum, & ciuitates, quæ sub ditione regis Philippi fuerant, ab Achaico concilio fecernerent, corpus Achæorum dissoluerent, singulasque vrbes proprij iuris facerent. Quæ cum in Achæorum concilio Corinthi à legatis Romanis proponerentur, tantus excitus est confestim tumultus, vt peregrini passim trucidarentur, Spartanorum legati in carcerem raperentur, Romanorum verò legati fuga trepida vix elaberentur. De his vide Iustinum lib. xxxi v. Pausaniam in Achaicis, Zonaram, & L. Florum lib. 11. cap. xv. Attingunt historiam Velleius, Epitome Liuiana, Orofius, & Eutropius. Cum Achæis nouum bellum ob legatos violatos.

Cens. L. Cornelius. Cn. f. L. N. LENTVLVS LVPVS. L. MARCIVS. C. f. C. N. CENSORINVS. Lustr. fecer. LVI.

Censores fuisse hoc anno L. Cornelium Lentulū Lupum & L. Marcium Censorinum, fragmenta hæc Capitolinorum Fastorum sola demonstrant, & ab his Lustrum conditum fuisse quinquagesimum sextum. Cuius rei tamen in Liuianis Epitomis nulla sit mentio. Valerius Max. autem lib. vi. cap. xi. quo casuum varietates recenset, vtriusque Censoris meminit, scribens L. Lentulum Consularem lege Cæcilia repetundarum crimine oppressum, postea Censorem cum L. Censorino factum; atque fortunam eum virum alternatum inter dedecora & ornamenta versasse, Consulari illius damnationem, damnationi Censuram subijciendo. Lustrum quidem huius Eusebius in Chronico suo meminit in anno secundo CLVIII. Olympiadis, proximo scilicet ante Carthaginem euerfam. Descriptione, inquit, Romæ facta, inuenta sunt hominum cccxxi. milia. M. Lepido Pontifice Max. ante triennium inortuo, P. Scipionem Nasicam Senatus principem hoc Lustrum in locum M. Lepidi lectum fuisse suspicor. Nam hunc Valerius Max. aliquot Lustris principem Senatus fuisse tradit lib. vii. cap. v. L. Lentulus fortuna quoddam lustrum fuit. Ciuium numerus. Princeps Senatus.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Vtramque. iurisdictionem
 // . // . // . f. // . n. // . Quæstionem. rerum. capitalium
 // . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Hisp. citer.
 Prouincias. fortiti. obtinuere.

* M * Atilius * M. f. C. n * Serranus. Classem Africanam. fortitus. obtinuit.
 L. Mancino successor datus. Meminit Appianus in Libuca. Sed huius Prætoris mendosè
 scriptum cognomen dumtaxat reliquum est in vulgatis exemplaribus, in quibus Serras,
 pro Serranus legitur.

// . Claudius // . f. // . n. Vnimanus. Hisp. vltiorem. fortitus. obtinuit.
 C. Plautio succedens cum magno supplemento, vti superiores aboleret ignominias, & ac-
 ceptas clades. Cum Viriatho congressus, vniuersas quas secum adduxerat copias amisit,
 Viriathus victor trabeas, fasces, ceteraque insignia Romani imperij cum spoliis trophæa
 in montibus suis statuit. Hæc ex L. Floro lib. II. cap. xvii. Auctore de viris illustrib.
 cap. Lxxi. & Orofio lib. v. cap. IIII. Vbi vide quæ ex Claudij Annalibus addit de Lusita-
 norum quorundam animosa fortitudine.

M. Iunius * M. f. M. n * Brutus. Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher.
 L. Cæcilius Q. f. L. n. Metell. Caluus. Q. Cotius // . f. // . n. Achilles.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 Sp. Mummius L. f. L. nepos. Q. Pompeius. A. f. // . nepos.
 M. Titius * Sex. f. Sex * nepos. [M. Furius M. f. // . n. Crassipes]

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . Rogationem ad populum tulit, An P. Scipioni Æmi-
 liano Cos. prouinciam Africam, bellumque cum Pœnis conficiendi, cuius ergo Consul
 factus fuisset, extra sortem mandare vellet: Omnes centuriæ, Vti rogas, iusserunt. Appia-
 nus Alexandrinus in Libuca narrat, C. Drusum Consulem, cum inuito magistratu de pro-
 uinciis ex more referretur in Senatu, de Africa prouincia Consulari fortienda, seque de
 eadem primùm sortiri debere, multùm contendisse: donec vnus Tribunorum plebis,
 quem non nominat, reclamans, atque mandandarum prouinciarum non minùs, quàm
 magistratum simul cum comitiis, ius omne penes populum legibus Romuli ac Ser. Tul-
 lij regum esse dicens. Cum de ea re ad populum ferret, Populus Scipionem Cos. Druso
 prætulit, atque illi Africam prouinciam, totumque bellum sine sorte commisit.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

[L. Flaminius L. f. C. nepos] L. Hostilius * C. f. C. n * Tubulus
 [C. Lutatius C. f. Q. n. Cerco] [C. Cluius C. f. // . n. Saxula]
 [C. Atilius C. f. C. n. Serranus] [Sex. Antistius. Sex. f. Sex. nepos]
 [C. Genucius C. f. L. nepos] [M. Licinius * P. f. C. n * Crassius]
 [C. Mænius C. f. C. nepos] [Ti. Memmius T. f. T. nepos]

Quæstores vrbanì.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . P. Africani Cos. in Africa

*ll. ll. ll. f. ll. n. ll. C. Drusi. Cos. in. * Gallia **
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. ll. ll. Pr. in. Sicilia.
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. ll. ll. Pr. in. Hisp. citeriore.
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. Vnmani. Pr. in. Hisp. vltiore.
ll. ll. ll. f. ll. n. ll. Ostiensis.

M. Cosconius * M. f. M * nepos. Auus videtur huius fuisse M. Cosconius ille, quem Tribunum militum anno DL. occisum in prælio narrat Lilius lib. xxx. Hunc verò Prætorem de Scordiscis triumphasse dicemus.

C. Cornelius * Cn. f. L. n * Scipio. Hispallus. Qui Prætore item sequetur. Ex annorum autem intervallo apparet, quòd filius fuerit Cn. Scipionis Hispalli anno DLXXVII. in Consulatu mortui, vt antea suo loco.

* L. * Plautius * L. f. P. n * Hupsæus. Patre Prætore natus, vt ratio temporis insinuat. Ipse Prætore item à seruis fugitiuis in Sicilia cladem accepit, vt postea suo loco.

[P. Cornelius P. f. L. n. Cethegus] Cuius patrem Consulem ac Procos. triumphantem recensui in ann. DLXXII. & sequenti.

[T. Postumius L. f. T. n. Tumpanus] L. Tumpani Prætore anno DLXVIII. alter filius, ni fallor.

Ser. Sulpicius. Ser. f * Q. n * Patercululus. Pater Sulpiciæ Q. Fuluij Flaeci, quæ matronarum Rom. castissima publico consensu iudicata fuit anno DCXXXIX. vt ritè Venus Verticordis simulachrum consecrate posset, vt nos ex Valerio Max. Ouidij Fastis, Plinio, atque Solino latius suo loco dicemus.

[M. Titinius M. f. L. n. Curuus] Hic item domo Prætoria, cuius patrem Lilius lib. xli. recenset inter Prætore anni DLXXV.

[P. Virginius L. f. L. n. Rutilus] Pater P. Virginiij Rutili Juriscons. cuius meminit Lælius apud Ciceronem de amicitia. Pomponius Paullum Virginium appellat, non rectè, vt suspicor.

Prouinciæ.

L. Calpurnius. C. f. C. n Piso. Cæsoninus. Procos. Africam. donec. successor. aduenisset. obtinuit. Educto ex hibernis exercitu, Carthaginis partem continenti vicinam obsedit, & donec successor Scipio adueniret, mediterranea loca oppugnauit: Appianus, & Zonaras.

L. Hostilius * A. f * L. n. Mancinus. Propr. classem. in successoris. aduentum. obtinuit. Carthaginem, quæ mare spectat, oppugnauit & obsedit: muri partem rupibus inaccessam, atque à ciuibus idcirco neglectam, scalis appositis, sub noctem cum quingentis armatis cepit: verum ab hostium multitudine fuisset obrutus, nisi P. Scipio Cos. maturè cum parte classis ab Utica venisset auxilio, & Hostilium cum suis iam in extremas maris rupes compulsum periculo exemisset, ac in naues recepisset. Hostilius deinde successori Serrano classem tradere, Romamque redire iussus est: Appianus, Zonaras, Epitome Liliij lib. li. L. Florus lib. 11. cap. xiv. sed improprie Consulem vocat Mancinum, nisi is error sit scriptoris librarij. Plinius igitur historiæ naturalis lib. xxxv. cap. 1v. hunc L. Mancinum isto bello primum in Carthaginem obsessam irrupisse scribit.

Q. Cæcilius. Q. f. L. n. Metellus. Macedonicus. Propr. Macedoniam. prorogato. imperio. obtinuit. Bæotos, quòd Pseudophilippum auxiliis iuuissent, magna pecunia multauit. Bellum cum Achæis ob legatos Corinthi violatos populi iussu indictum, hinc exorditur; ipsos & Bæotos, Chalcidensesque auxilio eis venientes, duobus magnis præliis vicit: primo ad Thermopulas, vbi xx. milia occisa fuere. Dux autem atque fax istius belli Critolaus, neque post pugnam viuus vsipiam, neque inter cadauera repertus est, vt Pausanias scribit, Lilius & alij veneno sibi mortem consciuisse tradunt. Posteriore pugna in Phocæis septem milia cæsa Claudius refert. Valerius Antias & Polybius vna pugna non ad Thermopulas, sed in Achaia debellatum à Metello fuisse, xx. milibus cæsis cum Critolao duce, vt Polybius, vel cum Dizo, sicut Antias, memoriæ prodiderunt. Dixerunt verò Pausanias & Polybius Critolai successorem postea cum Arcadum auxiliis ad Charoneam à Metello victum voluit. Qui extinctis Achæiæ præfidiis, Thebas item & Megaram in potestatem redegit: ductoque deinde ad Isthmum Corinthiacum exercitu, bellum hoc ante Consulibus L. Mummij aduentum finire cupiens, de pacis conditionibus

L. Hostilius sua temeritate obsessus à Pænis, à Scipione liberatus.

Bellum, Macedonia subacta, cum Achæis exorditur.

Critolai Achæorum imperatoris interitus.

Dizus Achæorum dux cæsus. Theba & Megara captæ.

*Pacis condi-
tiones Achæis
prescripta a
Q. Metello.*

nibus cum Achæis agere cœpit. Sed obstitit Dixi ducis Achæici peruicacia. Vide Pausaniam in Achæicis, Iustinum lib. xxxiv. Zonaram, Velleium, Liuij Epitomen lib. lxx. L. Florum lib. ii. cap. xvi. Auctorem de viris illustribus in Macedonico, Paullum Orosium, Eutropium, & alios.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Propr. Sardiniam prorog. imp. obtinuit.
[Q. Næuius Q. f. ///. n. Matho]

Pro. Quæstorib. f. fuère.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. L. Pisonis Procos. in. Africa.
Donec. successor. aduenisset.

Ser. Sulpicius * C. f. C. n. Galba. * M * Serrani. Pr. ad. classem. in. Africa.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Propr. in. Sardinia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Q. Metelli Propr. in Macedonia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus *

P. Rupilius P. f. P. nepos. * P. * Manilius * P. f. P * nepos

Ap. Claudius Ap. f. C. n. Centho. [Q. Stertinius C. f. ///. nepos]

M. Sergius M. f. ///. n. Silus.

ANNI P. R. C. DCVII.

Consules.

Cn. Cornelius * C. f. L. n * LENTVLVS. L. MVMMIVS. L. F. L. N.

APPELLANTVR hi Coss. in Ciceronis ad Atticum lib. xiii. epistola xxxiv. item in Cassiodoro & Mariano Scoto, Cn. Cornelius & L. Mummius. Adferre iuuabit ipsa Ciceronis verba: Negotium, inquit, dederis. reperies ex eo libro, in quo sunt S. C. Cn. Cornelio & L. Mummius Coss. Truncus profectò locus est: quid enim sit reperiturus, non exprimit. Sequentia verba tamen docent, de decem legatis his Coss. in Achaiam decretis, ipsum hic, vt antea, quarere. Fortassis igitur non male sic suppleretur locus: Negotium dederis * si quid de decem *. Reperies ex eo libro, &c. In tabulis Græcis, Lentulus & Mummius: in Cuspiniani autem, Lentulus & Achæicus. Nominat Cn. Cornelium Lentulum & L. Mummius etiam Orosius, Velleius & Censorinus: quorum hic annum vrbis DCVII. computat, & Ludos Sæculares quartum factos fuisse scribit ex L. Pisonis, Cn. Gellij, & Cassij Heminae sententia.

*Truncus Ci-
ceronis locus
suppletur.*

Consules sortiti ex more prouincias. Cn. Lentulo, vt apparet, Gallia tunc sæpè Consularis cum Italia obuenerit. Nam eo deinceps tempore sæpius contigisse cognoscimus, vt alter Consul in vrbe maneret, atque aliquando etiam vterque, grauioris belli materia deficiente. At L. Mummius Consul Achaiam nouam prouinciam sortitus est. P. Scipioni Æmiliano Procos. in Africa prorogatum est imperium, ac Proprætoribus * M * Serrano apud classem, Q. Metello in Macedonia.

*Prorogata
imperia.*

*Festinat ad
paratam sibi
victoriam
Mummius.
Extremum
cum Achæis
prelium.
Dixus impe-
rator hostiū.*

L. Mummius Cos. audita Q. Metelli de Achæis victoria, cum paucis equitibus & lictoribus festinatione summa, exercitu subsequente, properauit in prouinciam. Dimissoque in Macedoniam suam Metello, ad Isthmum cogit exercitum, & auxilia socium, ac regis Attali. Tunc demum cum Achæis iam ferè debellatis, vltimo confligit proelio sub Isthmi faucibus, nec difficulter obtinuit victoriam, hostium equitatu repente in fugam verso, nec diu post vniuerso peditatu dissipato. Dixus imperator exercitus Achæici, belli istius primus auctor, qui in locum Critolai occisi à Metello successerat, perditis rebus, fuga Megapolim in patriam contendit: vbi occisa vxore, domoque incensa, hausto veneno flammisque periit. In hunc modum præcipui ductores Achæici belli duo, Critolaus atque Dixus, sua manu periere, quemadmodum Liuius, Pausanias, atque alij scripserunt. Meminit obiter item huius victoriæ Mummiæ de Dixo L. Florus lib. ii. cap. xvi. In cuius tamen exemplaribus librarij scriptoris inscitiam turpiter admodum eius verba deprauasse comperio ex ipsa historiæ veritate. Nam ibi sic habetur: Sed fato rerum, cum Metellus dimicasset, ad victoriam Mummius venit. Hic alterius ducis * dignitate * exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit, geminosque portus sanguine infecit. Torsit me profectò scabrosus scrupus (dignitate) non animaduersus, quod sciam, hætenus à quopiam.

*Extrema du-
cū desperatio.
L. Flori locus
turpiter de-
prauatus.*

piam. Non enim dignitate funduntur exercitus, & sanguine tinguntur aquæ; sed gladiis ac telis. Ducis igitur ipsum nomen ab indocto scriba non intellectum, & temere mutatum, mihi reponendum videtur, atque rectius ita legendum esse: Hic alterius ducis
 * Dixi latè * exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit. Quod ita contigisse, Pausanias, Livijs, & alij auctores sunt. Reijciamus igitur supposititiam ac spuriam vocem illam (dignitate) nomenq; proprium victi ducis loco suo restituamus: quod etiam in alijs Auctoribus simili librorum ignavia prodigiosè variatum esse reperimus. Nam in Livijs Compendio lib. LII. Dracus, in Orofio Dienus, in Eutropio Diacius vel Dieucus, in Auctore de viris illustribus Dioneus appellatus est; in omnibus vitiosè. Nec assentior huic Auctori à tramite veri sapius aberranti, qui hoc prælium ad Leucopetram contigisse scribit in suo Mummijs, nisi fortè locus alius eiusdem nominis cum Italiae promontorio Leucopetra fuerit in Isthmo Corinthiaco, vbi prælium contigit, quod me legisse non memini. At L. Mummius Cos. fuso Dixo, victor Corinthum urbem à ciuibus & incolis sequenti nocte desertam, tertio post prælium die patentibus portis intrauit, & sine obstaculo cepit: turbam, quam repperit, imbellem omnem sub corona vendidit. Ceterum ornamenta eius vrbs præcipua, statuæ, signa, tabulæ pictæ, quæ Corinthum nobilitarunt, nauibus imposita Romam sunt transuecta. Multa regi Attalo, atque eius duci auxiliorum Philopœmeni donata: quæ multis postea sæculis apud Pergamēnos, etiam Pausanias scriptoris tempore, tamquam ob rerum memoriam celebria spectabantur. In hunc modum sero quodam fato Græci Troiæ quondam ab ipsis captæ, Troiugenis Romanis dedere pœnas: nam urbem eorum nobilissimam opulentissimamque (quippe quæ velut omnis generis mercatorum diuersorium, & artificum officina, nec non emporium totius Asiae atque Europæ per multa antè sæcula fuerat) spoliata, denique militibus diripendam Mummius dedit. Deinde ex S. C. tuba præcinentè deleuit, ac funditus euertit; eò quòd legati Romam in ea vrbe violati fuerant: vt hoc exemplo ceteris ciuitatibus metus nouarum rerum iniiceretur. Thebæ quoque & Chalcis, quæ vrbes auxilio Achæis fuerant, dirutæ sunt. Omnium oppidorum mœnia, quæ contra Romanos steterant, euersa, armaque iis populis adempta sunt. Vt autem decem legati ab vrbe ad ordinandam prouinciam missi venerunt, tributum Græciæ impositum est; conuentus & concilia populorum sublata sunt omnia; plebeiaque potestate per ciuitates abolita, in vrbes ac oppidis magistratus à censibus instituti sunt. Opulentioribus item interdictum, ne quid extra fines suos quis possideret: vt scilicet seruitutis metu, vel tædio ditiorum hominum, nemo solum verteret. Missus deinceps ad gubernandam omnem prouinciam quotannis ab vrbe Prætor, quem non Græciæ, sed Achæiæ Prætorem appellant Romani, quia subactis Achæis cum Græciæ populis, in ditionem illa tota venerit, vectigalis facta. Et ab illo tempore legibus ac magistratibus Romanis parens in otio ac pace remansit ad bellum Mithridaticum vsque. Interea tamen multi populi libertatem legesque suas Romanorum beneficio receperunt, vt Pausanias & Strabo testantur, & ad summam rerum beatitatem peruenere: sic vt vulgari prouerbio tum iactitarit Græcia, Ni maturè capta fuisset, se saluam esse non potuisse, quemadmodum apud Zonaram legimus. Inter hos fuere præcipui Athenienses: qui licet Mithridati contra Romanos pertinaciter adhærendo, cladem à L. Sulla victore, Piræo concremato, passi fuerint non modicam; felicissimè tamen postea sub Romanis, libertate retenta, temporum longa ferie floruerunt. Sed hæc de Achæia prouincia satis. Sex. Rufus & Iornandes produnt, hoc etiam tempore simul cum Achæiis ac Macedonibus subiugatos Epirotas, Thessalos, atque Bæorios in prouinciæ formam redactos fuisse. Ex his Epirus Achæiæ prouinciæ iuncta fuisse videtur, Thessali atq; Bæotij Macedoniae Prætori parere coacti sunt. Sed vide de his Pausaniam, Strabonem, Iustinum, Zonaram, Velleium, Lium, & alios iam antè citatos.

Corinthus
capta.

Ornamenta
capta vrbi
Romæ vecta.

Corinthus
emporium
quondam
Asiae atque
Europæ.

Flammis
euersa.
Admodum
seuerè puni-
ta Græcia.
Achæia in
prouincia Ro-
manæ formâ
redacta.

Ordinaria
totius Græciæ
prouincia facta
Achæia.

Sub Romani
imperij clu-
peo iusta flo-
ruit.

Athenienses.

Epirus Achæia iuncta,
Thessali atque
Bæotij
Macedonia.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Urban. iurisd. .. f. .. n. .. Pereg. iurisd.
 f. .. n. .. Quæst. rer. cap. .. f. .. n. .. Siciliam.
 f. .. n. .. Hispaniam. citeriorem. fortiti. obtinuere.

C. Nigidius .. f. .. n * Figulus * Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit.
 Vbi infeliciter aduersus Viriathum & Lusitanos pugnavit, vt Auctor de viris illustribus in Viriatho suo scripsit.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus
 Scruilianus

Cn. Seruilius * Cn. f. Cn. n. Cæpio. Ser. Fabius * Q. f. Q. n. * Pictor
 [C. Valerius C. f. C. n. Tappus] [L. Postumius L. f. T. n. Tumpanus]

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 M. Popillius M. f. P. n. Lænas. * A * Licinius * A. f. * // . n. Nerua.
 L. Scribonius * L. f. L. n. * Libo. Cn. Calpurnius * L. f. L. n. * Pifo.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Sex. Atilius. M. f. C * C. n. * Serranus. Ser. Fuluius * Q. f. C. n. * Flaccus.
 C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. D. Iunius D. f. // . n. Silanus. Manlianus
 [Sex. Albius C. f. // . n. Carrinas] [L. Duronius L. f. // . nepos.]
 [C. Popillius C. f. P. n. Lænas] [A. Virginius A. f. C. nepos]
 [M. Furius M. f. // . n. Luscus] [C. Furius C. f. C. n. Aculeo]

Quæstores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciar.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Lentuli. Cos. in * Italia & Gallia *
 // . // . // . f. // . n. // . L. Mummi. Cos. in Achaia
 // . // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Sardinia
 // . // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Hisp. citeriore
 // . // . // . f. // . n. // . C. Nigidij. Pr. in. Hisp. vltiore
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

C. Arilius. M. f. * C. n. * Serranus. Sex. Serrani, qui ad Consulatum peruenit, frater, vt ex argenteis horum nummis colligere est, in quibus ambo M. F. vocantur. Eos autem opportuniùs postea declarabimus.

L. Rupilius P. f. P. nepos. Frater P. Rupilij, de quo nos antè locuti sumus. Meminit illius apud Ciceronem de amicitia Lælius, atque etiam hunc per magistratum gradus ad Consulatus petitionem vsque peruenisse, repulsam que tulisse demonstrat, vbi de P. Æmiliano sic ait: Scipio P. Rupilium potuit Consulem efficere, fratrem eius Lucium, non potuit: quapropter & huius magistratus ordine suo digessi. Petiisse verò Consulatum existimari potest, post reditum fratris ex Sicilia, cum iam antè Scipio ex Numantia triumphasset.

P. Mucius P. f. Q. n. Scæuula. Qui postea Pontifex Max. factus est in locum fratris sui P. Licinij Crassi Muciani, ad Aristonico occisi in Asia, vt dicitur. Tertius frater fuit Q. Mucius Scæuula Augur. Quos omnes æquè virtutibus ac iuris prudentia præstantissimos eo sæculo fuisse, sæpiùs declarat Cicero, seque adolescentem sumpta virili toga ad Q. Scæuulam Augurem senem, qui gener C. Lælij fuit, à patre discendi causa ductum, ab eius latere numquam discessisse, præfatur ad T. Pomponium suum in Lælio de amicitia; & eo mortuo, se ad hunc Pontificem P. Scæuulam contulisse dicit. Meminit & Academicarum quæstionum lib. secundo, sic item in Bruto, variisque locis aliis, non sine summa eius laude. Pomponius de origine iuris ait hunc P. Scæuulam decem de iure libellos reliquisse. Eius reperiuntur adhuc denarij elegantissimi cum Hercule leonem Næmeum strangulante, in quibus, P. M V C I. P. F. Q. N. SCÆV V L A. nomen ipsius habetur.

Triumphantium Scæularum illustria nobilitas.

P. Scæuula libri de iure.

* P * Cornelius * Cn. f. L. n * Lentulus. Frater fortasse L. Lentuli Lupi Consul-
 ularis. Sed solum eius cognomen extat in L. Floro lib. 111. cap. XIX. vbi inter victos in
 Sicilia bello fugitiuorum Prætores recensetur.

L. Cornelius P. f. P. n. Sulla. Pater L. Sullæ Felicis Dictatoris, ipse filius P. Sul-
 læ Prætoris Siciliae, nepos autem P. Sullæ primi, quos antea suis locis adduximus.

L. Cornelius * P. f. L. n * Cethegus. Cuius in Epitoma libri XLIX. mentio est
 apud Liuium: ex quo colligimus, ipsum accusatorem Ser. Galbæ Prætoris fuisse eum
 M. Catone pro Lusitanis anno DCIV. Fortasse fuit filius P. Cethegi Consul-
 aris ac Triumphalis.

[M. Tirinius M. f. Q. nepos] Patre Prætorio, qui ex Hispania repetundarum ab-
 solutus fuerat anno DXXCII. vt Liuius XLIII.

[C. Licinius C. f. // n. Nerua] Filius C. Neruæ, quem Liuius Præto-
 rem Hispaniæ vltioris recenset in ann. DXXCVI. lib. XLV.

Prouinciæ.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Africanus. Æmilianus. Procos. Africam
 prorogato. donec. debellasset. imperio. obtinuit. Carthaginem fame & assiduis
 oppugnationibus fatigatam, per partes tandem cepit: & ex Senatus decreto, machinis in-
 cendioque funditus euersam, murali lapide in puluerem commutato deleuit, septingen-
 tesimo quàm condita erat anno, vt Liuius & Orosius auctores sunt. Erexisse quidem in
 vrbe diruta medio videtur ad posteritatis memoriam, vastum ac insigne trophæum: cui
 iuxta stans colossicæ magnitudinis Victoria, vel Nemesis, coronam imponit, designans
 perfidiam Pœnorum extrema tandem clade punitam esse victricis Iustitiæ ductu glo-
 rioso. Eius autem operis imaginem expressam pulchre reperimus in argenteis denariis, in
 quorum vno latere apud Romæ caput legimus, P. SCIPIO. in altero, sub ipso trophæo,
 AFRICAN. iam inter hoc & Victoriæ, AIMILIAN. Cusum numisma videtur, vt moris
 erat, in vsum triumphi, & ad præmia victori militi post triumphum distribuenda. Cartha-
 ginis autem captæ prædam omnem, præter aurum, argentum, & statuas insignes, militi-
 bus Scipio dedit, cum prius nauem celocem spoliis ornatam cum Victoriæ nuntio Ro-
 mam misisset, & Siculis spolia quondam à Pœnis victoribus ablata restituisset. Multa re-
 gulis Africæ socijs ac amicis donauit, & inter alia bibliothecas Carthaginis, quarum par-
 tem Massanisa regis Numidarum nepotibus Micipsæ filiis datam, nobis insinuat Sallu-
 stius in Iugurthino bello, qui ex libris Punicis regis Hiempsalis, Massanisa nepotis, Afri-
 cæ situm ac populos descripsit quàm exactissimè. Seruata tamen celebria, propter vtilitatē.
 Magonis Pœni ducis de re rustica duodetriginta volumina, cui tantum honoris, inquit
 Plinius lib. XII. cap. 111. Senatus noster habuit, vt ea in linguam Latinam transferenda,
 cum iam M. Cato de ea re præcepta condidisset, negotiumque hoc peritis linguæ Puni-
 cæ dandum postea censuerit. Meminit horum voluminum M. Tullius etiam libro de
 oratore primo, vbi sic Antonius loquitur: Num igitur, si cui fundus inspiciendus, aut si
 mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit, Magonis
 Carthaginensis sunt libri perdiscendi: an hac communi intelligentia contenti esse pos-
 sumus? Prædam deinde Scipio partitus est ex æquo, arma verò, machinas bellicas, ac na-
 ues inutiles in cumulum congestas, ipse more patrio Marti dicata gabino cinctus incen-
 dit. Urbem continuis decem & septem diebus arsisse, miserandumque mutabilis huma-
 næ fortunæ speculum victoribus suis præbuisse, memoriæ produnt Appianus, Orosius, &
 L. Florus. Multitudo captiuorum omnis (nam ad triginta milia virorum, mulierum ve-
 ro XX. milia in deditionem venerant) sub corona venit. Itaque quarto quàm inceptum
 fuerat anno, bellum Punicum tertium finem habuit. Decem deinde legati ex more in
 Africam ab vrbe missi sunt, quorum ex consilio P. Scipio prouinciæ ordinauit. Om-
 nium ciuitatum, quæ pro Pœnis steterant, mœnia diruta sunt. Vtricensibus socijs, quid-
 am agri inter Hipponem Carthaginemque ab vtroque Vtica latere interiacet, præmij
 loco donatum est: reliqua Carthaginensium ditio, populorumque Pœnis olim subdito-
 rum, Romanis tributaria facta est, atque in prouinciæ formam redacta; ad quam guber-
 nandam vt quotannis ab vrbe Prætor mitteretur, decreuit Senatus. sic Appianus Alexan-
 drinus in Libuca tradit historia: cui suffragantur Strabo lib. vltimo, Velleius & Sex. Ru-
 fus. Et verò Sallustius scribit, belli Iugurthini tempore pleraque ex Punicis oppida, & fi-
 nes Carthaginensium, quos nouissime habuerant, populum Romanum per magistratus
 administrasse. De belli autem huius successu, & deflendo Carthaginis excidio, videre
 etiam Orosium & Eutropium, Lectori non erit inutile.

Carthago
 capta & ex-
 cisa qua
 dcc. annis
 steterat.
 Trophæum
 ingens in vr-
 be diruta
 medio erectum.

Trophæi ima-
 ginis argenteis
 denarijs vi-
 dendæ.

Siculis vrbi-
 bus rapta à
 Pœnis spolia
 restituta.

Præda diui-
 so.
 Spolia bellica
 Marti &
 Vulcano di-
 cata.
 Captiuorum
 multitudo
 venum data.

Africa prou-
 inciæ facta:
 Vtricensibus
 ager amplia-
 tus.

* M * Atilius * M. f. C. n * Serranus. Propr. classẽm. in. Africa. prorogato. donec. cum. Pœnis. debellatum. esset. imperio. obtinuit: Appianus.

Macedonia
prouincia
facta cum
Thessalia &
Bœotia.

Torpescit Ro-
mana virtus
publica.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Macedonicus. Propr. Macedoniam. prorogato. in. aduentum. successoris. imperio. obtinuit. Eam ex S. C. tributariam factam in prouinciæ formulam redegit, ad quam administrandam quotannis Prætor deinceps ab vrbe mittebatur, vt auctores sunt Sex. Rufus & Iornandes. Itaque hoc eodem anno tres nobiles prouinciæ, Achaia, Macedonia, & Africa, Romano imperio accesserunt: itaque longinquis vndique finibus tuta, dormire, atque in socordiam luxumque prolabi cœpit, vt rectè P. Nafica vaticinatus fuerat.

.. .. f. .. n. .. Propr. Siciliam. prorog. imp. obtinuit.
L. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Caluus.

Pro. Quæstorib. f. fuère.

.. .. f. .. n. .. P. Africani. Procos. in. Africa.
Ser. Sulpicius * C. f. C. n * Galba * M * Serrani Propr. ad. classẽm. in. Africa.
.. .. f. .. n. .. Q. Metelli Propr. in. Macedonia.
.. .. f. .. n. Propr. in. Sicilia.
.. .. f. .. n. .. Ostiensis. f. .. n. .. Lucerinus.
* L * Plautius * L. f. C. n * Hupsæus. Ap. Claudius Ap. f. C. n. Centho
[T. Postunius L. f. T. n. Tumpanus] [P. Virginius L. f. L. n. Rutilus]
[M. Sergius M. f. .. n. Silus.]

L. Mummius L. f. L. nepos. Cos. ann. DCVII.
ex Achaia. de. Corinthiis.

Metellus
Corinthum
ac Achaiam
debellatam
L. Mummius
triumpham-
dam reliquit
Aes Corinthi-
um vnde.

Præda nobis
copiam
transiata.

Abstinentia
L. Mummius
imperatoris

Ruditus &
imperitia
L. Mummius
imperatoris.

Liberi patris
tabula nobili-
u.

L. Mummius Cos. ferè debellatam (vt dixi) à Q. Metello Pr. prouinciã accipiens, celeriter quod restabat belli confecit; rebusque ibidem ex decem legatorum sententia constitutis, Romam reuersus, ex Achaia & Corintho euerfa triumphauit. In qua quidem vrbe quantum auri & argenti dissipatum ac perditum fuerit (licet antequam incenderetur, eam diripisset ac spoliasset victor Romanus) hinc colligas; quòd quantum æris toto orbe laudatissimum postea repertum fuit, ruinae eius superuisse creditum deinde sit, Corinthiumque appellari cœperit; cuius venæ in tam vasto incendio ex aureis, argenteis, ærisque simulachris mixtum fluxissent. Hoc tamen æs non ars aliqua, sed casus, vt Plinius lib. xxxiv. cap. 11. testatur, incensa Corintho primum miscuit. Tantam nihilominus copiam signorum nobilium, tabularum pictarum, aliorumque opulentæ vrbs pretiosorum ornamentorum L. Mummius Cos. transtulit in suo triumpho, vt non solum iis Roma, sed etiam Italia tota fuerit repleta; vtque hæc præda Romanos animos in admirationem Corinthiorum, ac tabularum pictarum primum duxerit, vt auctor est Plinius lib. xxxv. cap. 1. Adeo tamen semet abstinentem præstitit Consul ipse, vt nihil ex iis opibus in domum eius perueniret. Quam laudem illi attribuit Auctor de viris illustribus: item M. Tullius Officiorum lib. secundo: Imitatus, inquit, patrem Africanus, nihilo, locupletior Carthagine euerfa. Quid? qui collega eius in Censura fuit L. Mummius, numquid copiosior, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Italiam ornare, quàm domum suam maluit. Quâquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatio. Sed Velleius Paterculus lib. historiæ primo, ruditati imperatoris Mummius hoc adscribere videtur, quem omnium artium & elegantiarum adeo ignarum fuisse tradit, vt cum sttuas ac tabulas maximorum artificum in Italiam portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, nouas reddituros. Comprobat illius imperitiam aliud factum quod refert Plinius lib. xxxv. cap. 1v. Cum prædam Achaicam Corinthi venderet L. Mummius, intelligens, regem Attalum Aristidis tabulam quamdam, Liberum patrem continentem, sex milibus scertium emisse; miratus pretium, suspicatusque in ea virtutis aliquid, quod ipse nesciret, reuocauit tabulam, Attalo multum querente, & in Cereris delubro posuit. Et eam primam arbitratu Plinius externam picturam Romæ publicatam fuisse. Tres igitur simul eodem ferè temporis tractu celeberrimos Romæ vidit triumphos, vt Eutropius auctor est, & idem colligimus ex Appiano, Velleio, & aliis. Sed de Mummius triumpho pulchre hæc Virgilius Æneidos sexto cecinit:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho.

Victor aget currum, caesis insignis Achiiis.

Scribit insuper Tacitus Annalium lib. xlv. L. Mummius triumpho suo primum ludos

ludos scænicos accuratiùs in vrbe Græco more præbuisse. Quod mirum de Mum-
 mio scribi *ἀμυσσοτάριον*. M. Cicero in Mureniana Mummianum hunc triumphum inter
 celeberrimos eius temporis quoque recenset. Victoriæ verò memoriam in nummis ar-
 genteis ad triumphum cusis promulgatam fuisse comperimus: in quibus videmus effi-
 giè herois Neptunia facie, barba capillisque prolaxis per cincinnos defluentibus. Corin-
 thum dices vrbis conditorem Iouis filium, vt Corinthij dicebant; vel Marathonis, vt
 ex Eumelo Pausanias & Suidas tradunt. Ephyream verò prius ab Ephyre Oceani filia
 vocatâ vrbem, à Corintho postea nomen accepisse vult Eumelus. Velleius autem Pater-
 culus historiarum primo, Corinthi conditorem Aleten Hippotis filium appellat; ex
 quonam Auctore, non liquet. At verò caput herois isthus in nummis cinctum est coro-
 na sutili ex foliolis oblongis, quæ discerni visu vix possunt. Si pinea, poterit videri Isth-
 miaca, qua coronabantur tum temporis victores sacri certaminis, ibidem Neptuno
 instituti à Theseo, quemadmodum Plutarchus auctor est; vel à Sisypho Melicertæ, sicut
 Pausanias. Quibus ludis sacris, conuentu totius Græciæ, Corinthus ab exordio sui perce-
 lebris semper fuit: qui nec diruta quidem per L. Mummium Corintho sunt ob religio-
 nationem intermissi, sed etiam in ipsa vrbe vastitate facti à Sycioniis, donec à C. Cælare
 Dictatore Corinthus colonia deducta restitueretur. Tum denuò solemne ludorum, &
 pristinus honor ad colonos ipsos rediit. In altero nummi dicti latere naus rostratæ per
 medium dissectæ prora videtur cum anchora & remone inuertis, decussatim ab vtroque
 latere proræ dependentibus, superposita victrice corona. Et hæc quidem sunt insignia
 subuersæ per Romanos maritimæ potentæ Græcorum, excisa Corintho; cum illa ci-
 uitas in meditullio Græciæ posita classibus excipiendis amplissimos vtriusque maris,
 Ionici atque Ægæi, portus haberet. Adscriptum igitur lemma tale est, EX S. C. Sic &
 nomen Consulis imperatoris, L. MUMMI. ACHAICVS. Et quidem facile adducor vt Eu-
 tropio credam, Mummium in Consulatu hoc anno triumphasse; cum in debellatam
 ferè provinciam properarit, mox vno prælio Diæum profligarit, & Corinthum defer-
 ram ceperit: vt nil reliquum fuerit eo anno laboris, quàm auferre prædam, & ordinare
 prouinciam.

*Ludi scænici
 Græco more
 primum fa-
 cti Roma.
 Nummi
 triumphales
 ob vrbis no-
 bilitatem ac
 rei memoriã.
 Corinthus
 heros vrbi
 nomen dedit.
 Ephyrea
 prius dicta.
 Pineæ corona
 Isthmiaca.*

*Corinthus
 tandem à
 C. Cæsare re-
 staurata.*

*Maritima
 potentia sub-
 uersa symbo-
 lum in altera
 nummi parte.*

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Macedonic. ann. DCVII.
 Propt. ex. Macedonia. de Pseudophilippo. // // //

Cum prouincia ordinata Metellus hoc anno Romam rediisset, triumphum ob res
 gestas ipsum impetrasse haud dubium est. De quo hæc ferè apud Auctores memoriæ
 prodita legimus: Speciosissimi triumphi prætextam, vt ait Valerius Max. lib. VII. cap. I.
 „ fortuna largita est Q. Metello Macedonico. Idem cap. V. de repulsis, eodem libro, Me-
 „ tellum de Pseudophilippo triumphantem, inquit, vniuersus Senatus letum & alacrem in
 „ Capitolium profectus erat. Nec discrepat Appianus, qui in Libuca scribit P. Scipionem
 de Carthagine triumphasse, quo tempore de Macedonibus tertius triumphus est actus.
 At verò Pseudophilippum, vel Andrisicum imaginarium illum ac scænicum regem,
 Metellus triumphans catenis onustum ante se egit, vt L. Florus & Eutropius referunt.
 Macedonici cognomen ex hac ipsum victoria retinuisse, cum aliis etiam auctor est
 Velleius in fragmento prioris sui libri: vbi videre Lector poteris, quàm insignem esse
 festiuium statuarum, cum ipsius Alexandri Magni ad similitudinem factarum à Lysippo,
 singulari talium operum artifice, turmam transfulerit ex Macedonia Romam Metellus;
 quarum etiam meminit Plinius lib. XXXIV. cap. VIII. Ceterum triumphus huius quoque
 mentionem faciunt Epitome Liuiana libri LII. & Cicero in oratione pro Murena, &
 Sex. Rufus. Victoriæ verò repræsentant memoriæ denarij argentei antiqui, ad exornan-
 dum triumphum cusis cum eius titulo, Q. METEL. MACEDONIC. qui extat supra nauem
 septirem rostratam, in qua manubias & captiuum Pseudophilippum transtulit. Item
 horum in alio latere Victoriæ monstratur imago, cui adscriptum, EX S. C.

*Andrisicus in
 triumphum
 ductus.*

*Alexandri
 Magni eque-
 stris statua
 ad vnum
 facta.*

*Denarij ar-
 gentei victo-
 riæ in memo-
 riæ Mace-
 donica.*

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. Africanus. Æmilian. ann. DCVII.
 Procos. ex. Africa. de Pœneis. & Asdrubale. // // //

P. Scipio Æmilianus, Carthagine euerfa, & Africa in potestatem redacta, cognomen
 Africani ab auo familiæ hereditarium propria quoque partu virtute meruit, ac obtinuit.
 Is rebus in Africa ex decem legatorum sententia compositis, ordinataque noua prouin-
 cia, ludos exemplo sui patris L. Æmilij Paulli post Macedoniam, capto Perse rege, sub-
 actam, magnificentissimos ibidem edidit. In his transfugas ac fugitios bestias dila-
 niandos obiecit. Deinde transportato in Italiam exercitu Romam reuersus, permissu
 Senatus splendidissimum duxit triumphum, plurimo excellentem auro, statuis, monu-
 mentisque artificum insignibus refertum, quæ ex omni terrarum orbe Pœni continuis

*P. Scipio Æ-
 milianus
 euerfa Car-
 thagine cog-
 nomen Afri-
 cani adeptus
 est.
 Ludi cruenti.
 Manubia di-
 tissima.*

Argentum
translatum.
Æmiliani
Scipionis fru-
galitas &
abstinentia.

victriis longo tempore congefserant. Afrubalem Pœnorum ducem captiuum ante currum egiffe Scipionem, fcribit Eutropius: Appianus tamen prius fibi mortem conficiuiffe putat. Argenti quater milies CCCCLXX∞ . pondo tranfultiffe Scipionem in triumpho, & hoc argenti totum habuiffe Carthaginem illam terrarum æmulam, quod pofttea Romæ in menfarum apparatu fuit: fed orientem ipfum heredi reliquiffe folas libras argenti xxxii. legimus apud Plinium libro xxxiiii. cap. xi. Addit Auçtor de viris illuftribus in Æmiliani vita, duas & femilibram auri. Hæc nos ferè ex Appiani Libuca, Plinio, Zonara, Eutropio, Liuij Epitoma lib. lxi. Meminerunt Gellius lib. lxi. cap. iv. & plures alij, quas breuitatis cauffa prætermitto.

ANNI P. R. C. DCVIII.

Confules.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Max. AIMILIAN. L. HOSTILIUS * A. f * L. N.
MANCINVS

Quo blandi-
tia popularis
artificio
L. Hostilius
Conful fit
factus.

MAXIMUM & Mancinum Cofl. habemus in tabulis Græcis, quos Q. Fabium Maximum, L. Hostilium vocat Caffiodorus & Marianus: tabulæ verò Cufpiani, Æmilianum & Mancinum produnt; item Lælius apud Ciceronem in Dialogo de amicitia, Q. Maximum Scipionis fratrem & L. Mancinum huius anni Confules nominat. Recte quidem. Nam vt in Q. Maximi iſtius Quæſtura diximus, fuit L. Æmilij Paulli filius, itaque frater P. Scipionis Æmiliani. Quod etiam Appianus Alexandrinus in Iberica, nec non Plutarchus in Paulli vita teſtantur. Hunc L. Hostilium Mancinum ſcribit Plinius lib. xxxv. cap. lxi. cum ex Africana Prætura Romam rediſſet, Conſulatum, ac eius ob cauſam, plebis gratiam ambiens, Carthaginis ſitum & obſidionem tabula depicta anno ſuperiore propoſuiſſe in foro, ipſumque adſtantem populo ſpectanti ſingula enarraſſe quæ præſens viderat, cum Propr. ante biennium primus in eam urbem irrupiſſet: eaque comitate populi gratiam naçtum, & Conſulem proximis comitiis in hunc annum eſſe designatum.

Bellum Viri-
athinum in
Hispania
glificens, im-
perium Con-
ſulare poſtu-
lat.
Delectus dif-
ficultas.

Q. Fabio Conſuli in Hispania vltiore bellum Viriathinum maiore cum imperio obuenit. Tantum enim, vt Liuij Compendium & Appianus habent, terrorem is hoſtis Prætoribus sæpè victis incuſſerat, dum omnia paſſim citra vltraque Iberum & Tagum igni ferroque depopulatur, vt aduerſus eum Conſulari opus eſſet & duce & exercitu. At verò Q. Fabium Cos. propter delectus difficultatem tardiùs in prouinciam profectum eſſe, ex Appiani Iberica diſcimus: qui narrat, vt duarum inſtar legionum ex tiro- nibus ſupplementa traiecerit in Hispaniam, collectisque ibidem reliquis copiis, ſocio- rumque auxiliis ad quindecim peditum milia, equitumque duo milia, continerit exercitum anno ferè toto à præliis grauioribus: ne rudem adhuc & malè inſtructum militem discrimini obiiceret. Ipſum Fabium ſcribit eadem ætate ad Gades traieciſſe, vt Herculi ibidem ſacrificaret gentilitio numini. Reuerſum leuioribus tantum præliis hoſtẽm laceſſuiſſe, atque interim ſummo ſtudio diſciplinam militarem in caſtris reformaſſe, in laboribus exercuiſſe militem aſſiduè, qua ratione L. Paullum patrem ſuum in Macedonia feciſſe viderat. Sed legendus Appianus in Iberica. Meminit etiam Velleius Paterculus lib. ii. Fabium Æmilianum Paulli patris exemplo in Hispania ſeueritate diſciplinæ clariffimum fuiſſe dicens.

Cautè bellũ
gerit Fabius.

Prætores.

ii. ii. ii. f. ii. n. ii. ii. ii. f. ii. n. ii.

Vtram Q. iuriſdict. & quæſtion. rer. cap. fortiti. obtinuere.

C. Lælij Præ-
toris bellica
virtus.

C. Lælius C. f. C. n. Sapiens. Hispaniam. ceteriorẽ. fortitus. obtinuit. Antequam in prouinciam iret, legem de ſacerdotiis ad populi beneficium transferendis promulgatã diſuaſit, vt paulò pòſt fuius dicam. Deinde iuſſus in Hispaniam maturare, prouinciam prudenter ac laudabiliter adminiſtrauit abſente Conſule Fabio. De quo ſic Tullius Officiorum lib. ii. Itaque propter equabilem prædæ partitionẽ Bargidus Illurius latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo maiores Viriathus Luſitanus, cui quidam etiam exercitus noſtri Imperatoresque ceſſerunt. Quem C. Lælius, is qui Sapiens uſurpatur, Prætor fregit & cominuit, ferocitatemque eius ita repreſſit, vt facile bellum

bellum reliquis traderet. Hæc Tullius, qui idem in Bruto de claris oratoribus scribit, C. Lælium non minùs bellica laude Viriathico bello fuisse egregium, quàm eloquentia.
 // . // . // . f. // . n. // . Achaïam. // . // . f. // . n. // . Macedoniam
 // . // . // . f. // . n. // . Africam. prouincias. fortiti. obtinuêre.
 Sp. Mummius L. f. L. nepos. [M. Pinarius M. f. // . n. Posca]
 [M. Toranius // . f. // . nepos] [C. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta]
 [T. Iuuentius T. f. M. n. Thalna]

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 M. Æmilius * M. f. M. n * P. Cornelius P. f. P. n. Scipio
 Lepidus. Porcina. Nafica. Serapio.

Quorum annos Ædilitios huius ferè temporis fuisse, magistratus eorum alij demon-
 strant. Naficæ quidem Ædilitatis petitio celebrior est propter repulsam, quam ioci, vt
 eum apparebat, insolentis ob causam passus est, quemadmodum Valerius Max. lib. VII.
 cap. v. memoriæ prodidit. Cuius auctoris verba cum sint in exemplaribus mirificè depra-
 uata, sicut in meis in eundem scholijs ostendi, dumtaxat hinc ea quæ ad rem propositam
 faciunt adducam. P. autem, inquit, Scipio Nafica, potentia togatæ clarissimum lumen,
 qui multas & pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppressit, cum Ædilitatem
 curulem adolescens peteret, manumque cuiusdam rustico opere duratam, more candi-
 datorum, tenaciùs apprehendisset, ioci gratia interrogauit eum, Num manus solitus es-
 set ambulare. Quod dictum à circumstantibus exceptum, ad populum manauit, caus-
 samque repulsæ Scipioni attulit. Omnes namque rusticæ tribus paupertatem sibi ab eo
 exprobatam iudicantes, iram suam aduersus contumeliosam eius urbanitatem distinxer-
 unt. Hæc ita Valerius. Istam igitur Scipionis repulsam intelligit M. Cicero in oratione
 pro Cn. Plancio, cum ad Iuuentium Laterensem accusatorem sic dicit: Auus tuus P. Na-
 ficæ tibi Ædilitatem prædicaret repulsam; quo ciue ego neminem statuo in hac republi-
 ca fortiozem. Iuuentius quidem in Ædilitate repulsam passus est circa annum DCXCIX.
 vt eius auus hanc Scipionis repulsam videre potuerit: quem etiam ab animi legitimus pas-
 sim fortitudine laudari. Hic enim est ille Nafica, qui postea paulò Ti. Gracchi Tribuni
 plebis nefarios conatus repressit, qui in Consulatu identidem furiis Tribunicis concita-
 tam plebem pro Rostris tacere iussit. Itaque togatæ auctoritatis potentiam eius non sine
 causa prouehit etiam Valerius.

*P. Scipioni
 Nafica iocus
 urbanus ve-
 pulsam ante
 dederat.*

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 L. Calpurnius * L. f. C. n * D. Iunius. M. f * M. n * Brutus.
 Pifo. Frugi. Qui. Postea. Callaicus. appell. est.

Tribuni plebis.

C. Licinius * C. f. C. n * Crassus. Legem de sacerdotiis donandis promulgauit.
 Vti hæc cum vacarent, non collegij deinceps cooptatione, sed populi suffragiis, non secus
 ac magistratus solent, comitiis habitis darentur. Legem inter alios ciuitatis principes lu-
 culenter admodum dissuasit C. Lælius Prætor, & ne perferretur, effecit: vt ipse Lælius
 apud Ciceronem in dialogo de amicitia testatur, cuius adferam hinc verba lubenter,
 quia pulchrè magistratum aliquot istius anni memoriam nobis patefaciunt. Atque vt
 ad me redeam (inquit Lælius) meministis, Q. Maximo fratre Scipionis & L. Mancino
 Coss. quàm popularis lex de sacerdotiis C. Licinij Crassi * iubebatur? cooptatio enim
 collegiorum ad populi beneficium transferebatur, atque his primùm instituit in fo-
 rum versus agere cum populo. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum
 immortalium, nobis * defendentibus, facile vincebat. Atque id actum est Prætoris me
 quinquennio antequam Consul sum factus. At orationem illam C. Lælij de col-
 legiis non parum laudat Tullius in Bruto de claris, & libro de natura deorum tertio,
 nobilem & aureolam oratiunculam appellat. De hoc Tribuno plebis C. Licinio
 Crasso M. Varronem de re rustica libro primo cap. secundo loqui existimo; cum ma-
 ximè in annorum supputatione cum Capitolinis Fastis planè consentiat. Eius ver-
 ba sunt hæc, vbi de Licinijs loquitur: Eiusdem gentis C. Licinius Tribunus plebis cum
 esset, tur innuere.

*Licinia lex
 de sacerdotijs
 promulgata,
 sed non perlatam,
 * videbatur?
 forte melius?
 C. Crassi ar-
 rogantia.
 * deferenti-
 bus, alijs;
 non probat:
 quasi rem
 solium detu-
 lisset ad Au-
 gures, vt co-
 mitijs obnun-
 ciarët, C. La-
 cilius Prætor,
 qui erat Au-
 gur, vt obnu-
 ciare posset
 ipse. Et quasi
 contra legem,
 religionis
 causâ nõ de-
 fendisset, tum
 verba viden-
 tur innuere.*

Curia vetus,
& Rostra
vbi.

Forum Romanum cur
à Varrone
Septem iuge-
ra forensia
vocetur.
M. Tullius
vindictatur
ab erroris ca-
lumnia.
C. Sempronius Grac-
chus eadem
arrogantia
Senatum cõ-
tempfit;
C. Crassi pe-
dissequus.

Togatorum
doctissimus.

effet, post Reges exactos anno ccclxv. primus populum ad leges accipiundas in Septem iugera forensia è Comitio adduxit. Idem etenim omnino quod Tullius, M. Varro memorat. Nam concionabantur leges suasuri vel dissuasuri ante Curiam in Comitio sitam in Rostris, quod suggestum siue templum erat Comitio ac Romano foro conterminum, & vt vult Alcon. Pædianus, Curia propè iunctum, atque propinquum adeò, vti Senatus in Curia præfens faciliè intelligere orantes possiet. Qui more maiorum semper facie in Comitio & Curiam versi verba facientes, cum populo agebant tam in foro, quàm Comitio circum Rostra stante. Hic ergo primus C. Licinius popularem legem Senatui ingratam perferri cupiens, contra morem maiorum à Comitio & Senatu in Curia sedenti in forum versus verba fecit: eoque modo plebem audire volentem à Curia auertit, & è Comitio in forum, vel Septem iugera forensia duxit, quemadmodum Varro de re rustica scribens, forum Romanum rustice vocare voluit, cuius ea tunc amplitudo vel mensura sine Comitio fuisse videtur. Sanè gratum ac familiare M. Varroni fuisse video, pro argumenti sui conditione, perquam ingeniosè styli quoque formam variare. Possunt igitur difficulter pedibus in eorum ire sententiam, qui volunt Ciceronem errore, quod de C. Graccho legerat, de hoc C. Crasso Tribuno plebis scripssisse, Plutarchi auctoritate in hanc opinionem ducti; qui scribit C. Gracchum, cum legem de iudiciis ferret, primum omnium sic concionatum esse, vt non ad Senatum & Comitium, sed ad forum conuersus è Rostris ageret cum populo, & postea hunc morem in dicendo seruasse. An verò primus omnium Gracchus hoc fecerit, ac non potius fuerit arrogantis istius in Senatum contumeliæ post Crassum imitator; videat Plutarchus, & penes ipsum hominem Græcum fides maneat. Nondum equidem in animum induxi meum, eloquentiæ Romanæ summum principem M. Tullium, historiæ & antiquitatis imperitia in istis duobus Tribuni plebis, gente ac temporum intervallo longè distantibus, sic temerè lapsum fuisse. Quis etenim credat præsertim cum illi togatorum longè doctissimus M. Varro huic adstipuletur adeò, vt in anno & nomine neutiquam discrepet, quemadmodum ex eius verbis palàm est. Annus post Romam conditam numeratur hic DCV III. Subtrahe CCXLI III. quibus Romæ regnatum fuit, remanebit hic CCCLXV. post Reges exactos, quo C. Licinium hunc Varro Tribunum plebis fuisse testatur.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . // . f. // . // . // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

Q. Calpurnius C. f. C. n. * Pifo.
* P. * Manilius * P. f. P. * nepos.
[Q. Petillius Q. f. C. n. Spurius]
[Q. Stertinius C. f. // . nepos]
[M. Seruilius. // . f. // . nepos.]

P. Gallonius // . f. // . nepos.
C. Terentius A. f. * C. n. * Varro
[M. Atinius C. f. M. n. Labeo]
[L. Arennius L. f. L. nepos]

Quæstores vrbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Fabi. }
 // . // . // . f. // . n. // . L. Hostili. } Coss. in { Hisp. vltiore.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Achaia. } * Gallia & Italia *
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Macedonia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Africa.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus. Hic auus maternus fuit Q. Hortensij oratoris, quemadmodum ex epistolis M. Tullij ad Atticum obseruauimus, quas ex xiii. libro proferam ordine temporis quo scriptæ videntur, vt res melius intelligatur, non sicuti in vulgatis exemplaribus perperam sunt digestæ. Primum igitur adducam, vt Manutiana vult editio, locum epistolæ xxxi. lib. xiii. vbi Cicero cupiens ab Attico intelligere, quoniam decem legati ex S. C. ad Achaia res constituendas anno superiore L. Mummius Procus adfuerint, ad illum scribit his verbis: Sicunde potes, erues, qui decem legati, Mummius fuerunt. Polybius non nominat: ego meminisse Albinum Consularem, &

M. Ciceronis
loca quedam
explantata.

Sp. Mum-

Sp. Mummius. Videor audisse ex Hortensio, Tuditanum: sed in Libonis* Annali, XIII. an-
 nis post Prætor est factus Tuditanus, quàm Consul Mummius. non sanè quadrat.
 Quod idem fermè dubitans adhuc repetit epistola xxxiii. sicut in Prætura huius Tudi-
 tani dicam latius. Exemit igitur hunc scrupulum Atticus, & vt videtur, rescripsit, Hor-
 tentium intellexisse, proauum suum Tuditanum inter legatos fuisse; non auum eius fi-
 lium, qui XIII. annis post Prætor est factus, & tum temporis Quæstor, vel Tribunus
 militum ad Corinthum erat. Itaque respondens Cicero in ep. xxxiv. sui Attici senten-
 tiæ accedit, dicens: De Tuditano autem quod putas, *εὐλογον* est; tum illum, quoniam
 fuit ad Corinthum. Non enim temerè dixit Hortensius, aut Quæstorem, aut Tribunum
 militum: idque potius fuisse credo. Sed tu de Antiocho scire poteris. Vide etiam quo an-
 no Quæstor aut Trib. mil. fuerit. * Si neutrum, eodem in prætor. aut contubern. fuerit,
 modò fuerit in eo bello. Dein alia epistola, quæ in eodem nunc est ordine sexta, de eadem
 re sic loquitur: Tuditanum istum proauum Hortensij planè non noram, & filium qui non
 potuerat esse legatus, fuisse putaram. Et rursus epistola quarta, cum Atticus illi omnia de
 legatis diligentius perscripserat, Habeo munus, inquit, à te elaboratum decem legato-
 rum. Et quidem * puto. Nam filius anno post Quæstor fuit, quàm Consul Mummius.
 Ex hisce Ciceronis locis in hunc modum à me collatis palàm nobis fit, C. Tuditanum
 hunc auum maternum fuisse Q. Hortensij oratoris, & Quæsturam hoc anno post Con-
 sulatum L. Mummiij, Præturam verò decimo tertio postea gessisse, veluti tunc latius pro-
 babo: nam idem hic est, qui deinde Consul de Iapudibus triumphauit, cuius item citan-
 tur commentarij à Plinio, Gellio, Liuij, ipsoque Cicerone nonnumquam.

* Annali secundo v. c. m. Granelani Cardinalis.

* Sive vtrū eodem in prætor. v. c. m. fortè melius, eisdem in præfidijs, &c.

* v. c. sic puco, melius.

M. // . * M. f * // n. Perperna. Patrem, ni fallor, habuit M. Perpernam, cuius
 Liuius lib. XLIV. meminit: legatum scilicet ad Gentium regem iussisse, & ab eodem
 captum, posteaque capto Gentio, liberatum à L. Anicio Prætoris memorans. Idem pere-
 grinitatis denum conuictus, in exilium ire coactus est, posteaquam hunc suum filium
 vidisset Consulem: quòd alienigena pro ciue Romano se tam diu gessisset, vt Valerius
 Max. lib. III. cap. IV. & nos in huius Consulatu latius. Nomen ipsum hæcenus in Aucto-
 rum exemplaribus vulgatis vbique ferè Perperna vitiosè scriptum extabat, cum alio-
 quin (vt Græci codices & antiqui nummi ostendunt) Perperna debeat scribi. A Pernis
 enim dictos Perpernas, ex Macrobio Io. Cuspinianus in Cassiodori Consulares tabulas
 scribens tradit. Itaque non gentilitium nomen, sed potius familiæ atque vnus esse stir-
 pis cognomen videtur ex obscura & peregrina gente Sabellia, quemadmodum ex dicto
 Valerij Max. libro colligi ferè potest. Huius reperiuntur antiqui bigati ex argento cum
 Solis capite coronato radijs, in quibus sub Victoriæ biga scriptum est eius no-
 men, M. PERPERNA.

Perpernam humilis obscurus.

Sabellia gens peregrina, nō Romana.

C. Memmius * C. f. L. n. Gallus * Tribunus plebis legem de iudicijs celebrem
 tulit post quæstiones publicas constitutas, vt suo loco dicemus. C. Memmiij forsan fi-
 lius fuit, quem Tribunum plebis, & bis Prætores prius habuimus ex Liuij xli. & xlii.
 Pater fortè C. Memmiij à L. Saturnino in Consulatus petitione occisi, vt in sequentibus.
 M'. Aquillius M'. f. M'. nepos. Sic eius nomen in nummis & in Capitolinis
 extat inter triumphos. Reperiuntur tamen gentis istius plebeie plures familiæ, cogno-
 mine Flori & Galli.

* C * Liuius * C. f. C. n * Salinator. Auo, vt ex annorum interuallo
 coniciere possumus, Prætorio natus C. Salinator, quem Liuius repulsam anno DLX.
 passum esse in Consulatus petitione scribit lib. xxxv. Et hunc ex Prætura prouinciam
 obtinuisse docebo.

[P. Cornelius P. f. P. n. Lentulus Sura] Auus P. Lentuli Suræ qui Consularis
 in carcere strangulatus est ob Catilinariam coniurationem, vt suo loco postea.

[Q. Antonius Q. f. // n. Balbus.] Pater Tribunus militum in Græcia fuerat
 anno DLXIII. vt Liuius lib. xxxvii.

C. Persius * C. f. C. n. Flaccus * Romanorum eius temporis doctissimus, quem
 C. Lucilius poëta iudicem suorum operum non cupiebat esse, reformidans nimis ex-
 actam eius censuram, vt Tullius in Bruto de claris, & de oratore lib. secundo testatur.
 Nobilis & antiquæ gentis Romanæ fuit: nam Liuius lib. xxvi. C. Persium impigrum
 virum nominat, qui anno DLXIII. flagrante per Italiam bello Punico, etiam Tarento
 per Annibalem occupata, ex obsessa arce Pœnos ac Tarentinos hostes clade magna
 prostrauit. Istius forsan nepos hic C. Persius ex annorum spatio videri poterit. Vnum,
 Flaccus, cognomen hæcenus in ea gente dumtaxat reperio.

quàm ordinariis prouinciis (quæ octo tunc annuatim suos magistratus postulabant) ad-
ministrandis sufficerent. Cùm igitur satis constet, Prætorum collegium post Hispanias
Romano imperio adiectas, cùm ad senarium numerum tunc excreuisset, ante Sullana
tempora ampliatum non fuisse : omnino existimandum est, iurisdictionis Prætoris formam
ac ordinem hac nouarum prouinciarum occasione fuisse mutatam ; accedente
præsertim criminum tunc temporis ex opibus & otio, vt dixi, inter ciues quàm maxime
inualescentium nimia frequentia : vt publica de iis & assidua iudicia, quæstionesque
perpetuas constituere, & tribunalia in vrbe plura erigere necessarium fuerit. Quapropter,
quia magistratum maiorem turbam reipublicæ grauem ac molestam fore multi haud
temerè iudicabant, visum fatus atque consultius, sex omnes Prætores, integro sui magi-
stratus anno, deinceps in vrbe iuris dicendi causa retinere : è quibus duo consuetas vr-
banam peregrinamque iurisdictiones obirent ; reliqui quatuor publicas capitalium cri-
minum quæstiones à Senatu pro temporum statu decretas exercerent. Constitutum ideo
tunc videtur fuisse, vt designati Prætores sex urbanas sex istas iuris dicendi prouincias
quotannis inter se fortirentur : & cùm deinde his successores in annum sequentem essent
designati, ipsi in eundem ordinatas sex alias exteras, quas fors dedisset, prouincias acci-
perent ; ad quas administrandas, exacta urbana iurisdictione, singuli cum imperio profi-
ciscerentur. Hac quidem ratione, non aucto Prætorum numero, prouinciis æquè ac foro
prouisum fuit : vt nimirum in vrbe iuris atque iustitiæ vigor, imperiique maiestas incre-
mentum acciperet ; Prætoris non minùs prouinciæ quotannis omnes ferè mutari, dua-
busque tantum modò exceptis, sex aliæ (si videretur) in sortem conici possent, quem-
admodum ex sequentibus nostris Annalibus manifestum fiet. Per alteram fenestellam
M. Ciceronis resplendet auctoritas, quæ rationes has meas declarare videtur, & luce
sua nobis annum istum ostendere. Is enim in Bruto de claris, quæstiones perpetuas hoc
sanè tempore, paucis post legem Calpurniam de repetundis latam annis, primùm con-
stitutus esse, palàm testetur, vbi de oratore C. Carbone verba sic facit : Hic optimus illis
temporibus patronus est habitus, eoque forum tenente, plura fieri iudicia cœperunt.
Nam & quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ sunt, quæ antea nullæ fuerunt.
Hæc ille : qui vt tempus & causam originis insinuaret, mox subiungit : L. enim Piso
Tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis Censorino & Manilio Coss. tulit.
Quasi dicere vellet, huius occasione plura mox fieri iudicia, & demum quæstiones re-
rum capitalium perpetuari cœpisse. Equidem ex magistratum prouincialium intolerabili
auaritia & tyrannide, vt non iniquæ querelæ, sic & ipsam hanc legem natam esse
Tullius sæpè fatetur. Quæ cùm ius dedisset subditis prouincialibus conquerendi de
iniuriis suorum principum aut magistratum : tam frequentes accusationes sensim
oriebantur, vt necessarium esset, continuas atque perpetuas similibus criminum quæ-
stiones instituere, ingruente præsertim indies magis ac magis aliorum scelerum multi-
tudine, quæ quatuor tribunalibus criminalium iudiciorum segetem multiplicem vsque
proferrent. Hinc quinto post Calpurniam latam anno, nouarum prouinciarum, vt dixi,
occasione, quæstiones perpetuas constitutas esse, ex Tullio verisimile fit, C. Carbone sci-
licet adolescente, qui non diu postea, cùm plura fieri iudicia cœpissent, forum, vt ait Tul-
lius, tenuit, id est, causas egit ad magistratus aspirans. Consul autem Carbo factus est vr-
bis anno DCXXXIII. quem sanè magistratum, nisi contra leges, ante annum ætatis suæ
quadagesimum tertium obtinere non potuit. Vnde colligimus ipsum XIX. aut XX. anno-
rum quasi fuisse, cùm quæstiones constituerentur. Quod hoc quidem anno contigisse
rationibus antè dictis vtcumque demonstraui : quibus meis tamen meliores, si quis eas
adferat, haud grauatim præferam. Hæc enim mea sic accipi velim, vt in re tam obscura
& veteri nihil me adfirmare, nihil vè certius adducere potuisse, non diffitear. Quæ igitur
de tempore & exordio perpetuarum quæstionum nunc sentimus, boni quæso, can-
dide Lector, consule, & admitte, donec certiora inueniantur : & quænam illæ primæ à Se-
natu constitutæ fuerint, & an potiùs reorum eiusdem criminis continua multitudo tri-
bunalia fatigando quasdam ita perpetuarit, vt singulis annis inter sortes Prætorias prodi-
re cogerentur, mecum dispice. Res enim non minùs obscura est, nullis Auctorum vete-
rum, quod sciam, testimoniis declarata. Ceterùm quatuor ad minus quæstiones duabus
ordinariis urbanæ peregrinæque iurisdictionibus quotannis hinc adijci cœpisse, Præto-
rum numerus manifestum facit, vt videlicet in vrbe sex iuris dicendi prouinciæ semper
totidem Prætoribus essent. Quarum vnam de repetundis, ob magistratum prouincia-
lium crebra crimina primùm positâ esse ex lege Calpurnia nuper lata, Ciceronis in Bru-
to locus, cuius paulò antè memini, videtur indicare. Reliquas tres ex antiquis legibus de
ambitu, maiestate, & peculatu, vel quauis alia criminum materia quotannis pro casus
neces-

*Multitudo
criminum at
querelarum
altera causa.*

*Prætoris bi-
nalis magi-
stratus esse
cœpit.
Annus iuris-
dictionis in
vrbe prior.
Aliæ prouin-
cia admini-
stranda.*

*Cur hoc po-
tissimum an-
no quæstiones
perpetuas cœ-
pitur vi-
deantur.*

*Ex malis
moribus bô-
na leges na-
scentur.*

*De tempore
& exordio
perpetuarum
quæstionum
vix hujus vacil-
lans opinio.*

Senatui populoq; Rom. ius reſeruatū fuiſſe quaerēdi de criminibus, vel quaſtores extra ordinem conſtituendū Copia ſcelorum ex otio & luxu naſcens.

neceſſitate productas opinor. Reſeruaui tamen ſibi S. P. Q. R. primum atque perpetuum illud ius ſuum, vt ſi horum ordinum alteri videretur de aliquo iam dictorum criminum legibus cognoscere, vel alios quaſtores conſtituere, id extra ordinem quocumque tempore facere poſſet. Quod ipſum exemplis hoc loco probare mihi quidem ſuperfluum videtur: nam ea frequenter occurrunt in ipſis Annalibus, atque paullo poſtea D. Silani repetundarum ex Macedonia rei, cuius cauſam Senatus ipſe cognoscere voluit, vt ſuo loco dicemus. Iam verò præter dicta quaſtionum genera, ſicut ex largis otij atque luxus venis ſclerum varietas & copia multiplex, ita plures mox alia quaſtiones promanarunt: vt pote paricidij, vis publicæ, latrocinij, iniuriarum, veneficij, inceſtus, adulterij, captæ pecuniæ, corrupti iudicij, falſi, periurij, & ceteræ, quas breuitatis cauſa non recenſeo. Quæ enim, vt Poëta Maro cecinit,

*Ferrea vox omnes ſclerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſet?*

Ex his autem pro temporum, vt dixi, ſtatu aliquas extra ordinem quotannis à Senatu Prætoribus decretas fuiſſe, ſequentia docebunt. Idcirco ad reliquum noſtri operis penſum proſequendum accingamur, ac in primis Prætorum eius anni prouincias ſubiungamus.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Vrbanam. iuriſdictionem. fort. obt.

Aqua ductū reſeruanturum extra ordinem prouintia.

Fortè melius * CXVII. tot enim anni ab Anione veterē ducto ad hunc uſque reperiuntur ſecundū Maſos.

M. Titius * Sex. f. Sex * nepos. Iuriſdictionem. inter. ciueis. & peregrinos. fortitus. obtinuit. Cui à Senatu inſuper extra ordinem prouincia mandata eſt aquæductuum Appiæ & Anionis reſciendorum, ac etiam vindicandorum, vbi priuatorum fraudibus aquæ eſſent interceptæ: quemadmodum eleganter à Iulio Frontino de aquæductibus memoriæ proditum eſt libro primo; cuius verba ſunt hæc, vbi de aquæductuum ductoribus & ætatibus ſcribit: Poſt annos * CXXVII. id eſt, anno ab vrbe condita DCVIII. Ser. Sulpicio Galba & L. Aurelio Cotta Coſs. cum Appiæ Anionisq; ductus vetuſtate quaſſati priuatorum etiam fraudibus interceptentur, datum eſt à Senatu negotium M. Titio, qui tum Prætor inter ciueis & peregrinos ius dicebat, eorum ductuum reſciendorum & vindicandorum. Et quoniam incrementum vrbis exigere videbatur amplioremodum aquæ, eidem mandatum à Senatu eſt, vt curaret, quatenus alias aquas poſſet, in urbem perduceret. Hæc quidem Frontinus: cuius etiam fragmenta, licet admodum trunca deprauataq; que mox ſubſequentur, ampliores aquarum ductus M. Titium tunc inchoaſſe nobis indicare videntur, vt in annali proxima hiſtoria latius.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Quæſtiones. rerum. capitalium. fortiti. obtinuerē.

Q. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. Q. Pompeius A. f. 11. nepos.
L. Lollius 11. f. 11. nepos. [M. Furius M. f. 11. n. Craſſipes]
[Sex. Ælius Sex. f. Q. n. Pætus. Catus]

Ædiles curules.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Ædiles plebis.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Sex. Atilius M. f * C. n * Serranus. C. Hoſtilius A. f. L. n. Mancinus.

Annona copioſa frumentaria.

Collegas in Ædilitate quidem hos duos fuiſſe priuſquam Conſules ſunt facti, nobis indicant argentei nummi ab ipſis cuſi, vt apparet, in memoriam annonæ frumentariæ vrbi Romæ largiter procuratæ. Nam reſ præſentant Cereris deæ caput ſpicis coronatum in vna parte, in altera duos togatos in ſellis ſedentes iuxta modium & ſpicas, vbi circumſcripta nomina ſic ſunt: SEX. ATIL. M. F. SERRAN. C. MANCIN. A. F.

D. Iunius D. f. 11. n. Silanus. Manlianus. L. Hoſtilius * C. f. C. n * Tubulus.

Tribuni plebis.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 M. Claudius M * f * M. n * Marcellus. C. Fulvius * Q. f. Q. n * Flaccus
 * C * Calpurnius * L. f. L. n. * Pifo. [C. Æbutius T. f. T. n. Carus]
 [C. Furius C. f. Cn. n. Brocchus] [C. Lucretius C. f. L. n. Trio]
 [L. Lætorius. L. f. L. n. Plancianus] [D. Quinctius D. f. D. nepos]
 [C. Papius C. f. C. n. Turdus] [C. Seruilius C. f. C. n. Casca]

Quæstores vr bani.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . f. // . n. // . Propr. in. Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . Propr. in. Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Calenus.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . f. // . n. // . Gallicus.

L. Valerius * C. f. P. n * Flaccus. Flamen. Martialis. Qui Cos. ordine suo sequetur. Ex annorum spatio diuinare fas, reor, erit, filium hunc fuisse C. Flacci P. f. Flaminis Dialis à T. Liuiio lib. xxvii. & Val. Max. lib. vi. cap. ix. magnopere laudati, qui post Praturam gestam mortuus est anno DLXXIX. vt idem Liuius lib. xli. scribit.

Cn. Octauius Cn. f. Cn. nepos. Patre natus Consulari, qui Propr. naualem de rege Perse triumphum egerat, ac demum legatus in Suria Laodiceæ per feditionem occisus est. Consul & hic deinde reperietur, quem & Cicero de oratore lib. primo Consularem vocat, & eloquentem fuisse magis quàm iuris peritum demonstrat.

T. Annius * T. f. T. n * Lufcus. Rufus. Iam dicti Cn. Octauij in Consulatu collega, de quo nil aliud reperio certi, quàm quòd Prætor & Consul fuerit. Suspicio tamen fuisse filium T. Lufci anno DC. Consulis, & cognomine duplici appellatum. Rufus enim in Obsequente, tabulis Græcis & Cuspiniani legitur, & in Festo, Lufcus, vt suis locis ostenditur.

* A * Gabinius * A. f * // . nepos. Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Afellus. Ambo sequentur Tribuni plebis.

[Sp. Lucretius Sp. f. Sp. n. Gallus] Cuius pater anno DXXCI. Prætor fuit, & tertio dein anno legatus in Macedonia, vt Liuius lib. xlii. & xlii.

[L. Villius L. f. L. n. Tappul. Annalis.] Familia & hic Prætor, patre L. Villio Annali primo, qui legem de magistratum annis Tribunus plebis tulerat, & Prætor anno DXXCII. fuerat, sicut ex Liuiio demonstrat.

[L. Cornelius P. f. // . n. Sifenna] Huius patrem adduximus Prætorem anno DLXX. ex Liuij xxxix.

Prouinciæ prorogata.

Si ambo Consules (vt dixi) & huius anni Prætores omnes Romæ retenti fuere, fit etiam omnino verisimile, prouincias ordinarias omnes superioris anni præsidibus fuisse prorogatas, obtentasque in hunc ferè modum.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus. Æmilianus. Procos. Hispaniam. vterio-
 rem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Ineunte Vere militem continuis ^{Q. Fabij res}
 exercitiis doctum & formatum ex hibernis eduxit, Viriathi impetum prudenter & pro- ^{gesta contra}
 sperè dimicando repressit, duobus captis & direptis oppidis, hostem fugientem perfe- ^{Viriathum.}
 quendo multos occidit, atque demum æstate transacta Cordubam in hiberna cum exer-
 citu suo recessit. Vide Appianum in Iberica.

C. Lælius. C. f. C. n. Sapiens. Hispaniam. citeriorem.

// . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . f. // . n. // . Sardiniam

// . // . f. // . n. // . Africam

// . // . f. // . n. // . Achaiam. // . // . f. // . n. // . Macedoniam

Pro. Prætorib. prorogato. in. ann. imp. obtinuere.

[C. Valerius C. f. C. n. Tappus] L. Cæcililius Q. f. L. n. Metellus. Caluus

[M. Torannius // .f. // .nepos] [T. Iuuentius T. f. M. n. Thalna]
[C. Aurunculeius C. f. C. n. Corra]

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

// .f. // .n. // Q. Fabi. Procos. in Hisp. vltter.

// .f. // .n. // C. Læli. Propr. in Hisp. citer.

// .f. // .n. // // .f. // .n. // Propr. in. Africa

// .f. // .n. // // .f. // .n. // Propr. in. Achaia

// .f. // .n. // // .f. // .n. // Propr. in. Macedonia.

C. Mummius * C. f. L. n. Gallus * L. Cornelius * P. f. L. n * Cethegus

[Q. Antonius Q. f. // .n. Balbus] * C * Liuius * C. f. C. n * Salinator

[P. Cornelius P. f. P. n. Lentulus. Sura]

ANNI P. R. C. DCX.

Consules.

Ap. Claudius. Ap. f. Ap. n. Pulcher Q. CAECILIUS Q. f. L. n. Metell.
MACEDONICVS

Ap. Claudium, Q. Metellum Consules suggerunt Cassiodorus & Marianus, Claudium & Metellum tabulæ Græcæ, Cuspiniani verò Pulchrum & Macedonicum. Adducunt eosdem Iulius Obsequens de prodigijs, Frontinus de aquæductibus, & Orosius lib. v. cap. iv. Sed in Obsequente Metelli prænomen, quod P. ibi notatum legitur, corrigi debet. Hunc Q. Metellum narrat Auctor de viris illustribus ob nimiam seueritatem, imperatoriam scilicet, inuisum plebi, post duas repulsas tertio petentem ægrè Consul esse factum. Ex quo constat, in duos continuos subsequentes annos, posteaquam triumphasset, Consulatum frustra petiisse, tertio tandem in hunc obtinuisse. Rectè igitur Val. Max. lib. vii. cap. v. de repulsis scribens dicit, Q. Cæcilium Metellum repulsa Consulatus afflatum, paucis & mœstis amicis comitatum, ac rubore plenum è campo bis rediisse, quem Senatus vniuersus triumphantem de Pseudophilippo lætum & alacrem in Capitolium prosequutus erat.

Bis repulsus post trium- phum Metellus, tertio petens Cos. factus est.

Prouincia & res gesta Consulium.

** decem milia perperam in vulgatis exemplaribus legitur librarij errore, qui numeri notam v. negligenter in x. mutasse videntur. Clades à Gallis accepta terret urbem. Libri Sibullini inspecti. De aqua Marcia non in Capitolio deducenda. Viriathus, quamuis à Q. Fabio suggillatus, insultare non cessat.*

Consulibus prouinciæ decretæ Gallia & Hispania citerior. Bellum enim à Salassis motum erat in Gallia, & Viriathus Q. Æmiliano impar Celtiberos ad arma sollicitare dicebatur. Ap. Claudio Cos. Gallia prouincia, Q. Cæcilio Hispania citerior obuenerit. Ap. Claudius Cos. cum Salassis congressus primùm acie victus * quinque milia peditum perdidit, vt refert Orosius, deinde reparata pugna, quinque milia hostium occidit. Cladis acceptæ fama non parum sollicitam reddidit urbem, vt ex Iulio Obsequente intelligimus; motis religione præsertim animis ob nuntiata prodigia. Nam Amiterni puer tribus pedibus vnaque manu natus erat, Cauræ sanguinis riuus è terra fluxerant. Igitur inspectis libris Sibullinis x. viri pronuntiarunt, se inuenisse, Romanos, quotiens bellum Gallis illaturi essent, sacrificare in eorù finibus oportere. Atque hæc videtur fuisse causa, quam Frontinus non exprimit, vbi de Anionis & Appiæ ductibus restaurandis, & aqua Marcia per M. Titium Prætorem deducenda scribit, hos etiam Consules nominans. Eodem tempore decemviri (inquit) dum alijs ex causis libros Sibullinos inspiciunt, inuenisse dicuntur, non esse aquam Marciam, sed Anionem (de hoc non constantius traditur) in Capitolium perducendam. Sed vt ad historiam reuertar, ab Ap. Claudio Cos. scribit Auctor Epitomes historiæ Liuianæ lib. l. i. Salassos gentem Alpinam domitam fuisse. Sic Eusebius in Chronico: Appius Gallos capit. Sed mendosè, vt opinor, ibi scriptum legitur Oppius. At in Hispania Viriathus, anno priore à Q. Fabio Procos. pulsus, bellum in Celtiberia Numantinum concitauit, Aruaccis, Titibus, & Vellis ad arma sollicitatis. Aruaccos autem à Q. Metello Cos. hoc anno redactos in potestatem ac domitos fuisse, legimus apud Auctorem de viris illustribus in Q. Metelli vita. Reliquæ eius in Consulatu res gestæ apud Appianum Alexandrinum non extant.

Prætores.

M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. Porcina. Virbanam. iurisdictionem.
forti-

fortitus. obtinuit. Ad Senatum, absentibus Consulibus, decemvirum iussu rettuli et, in Sibullinis inueniri, quod in Gallorum finibus sacrificare bello Gallico oporteat; & non aquam Marciam, sed Anionem in Capitolium perducendam esse. Auctores sunt Iul. Obsequens & Frontinus. Deque ea re in Senatu à Lepido pro collegio verbum faciente actum, Ap. Claudio, Q. Cæcilio Coss. Huius Lepidi Consulatus anno abhinc sexto sequetur, ut hoc anno urbanus Prætor esse potuerit, si absentibus Coss. ad Senatum retulit, quod videtur innuere Frontinus.

* collega a-
lias, mendose
ni fallor.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam. iurisdictionem. sort. obtinuit.
M. Popillius M. f. P. n. Lanæ. Quæstionem. parricidij. rerumque. capita-
lium. fortitus. obtinuit. Consul quadriennio post factus est cum Cn. Pisone, sicut
dicitur. Hunc verò Prætozem intelligere Valerium Max. opinor lib. viii. cap. primo,
vbi rarum impij parricidij casum refert his verbis: Atque ut eos (inquit) quoque refera-
mus, qui in discrimen capitis adducti, neque damnati neque absoluti sunt, apud M. Po-
pillium Lanæ Prætozem quædam, quod matrem percussam fuste interemerat, causam
dixit. De qua neutram in partem læ sententiæ sunt; quia abundè constabat, eam-
dem veneno necatorum liberorum dolore commotam, (quos auia filix infensa sustule-
rat) parricidium vltam parricidio esse. Quorum alterum vltione dignum, alterum ab-
solutione non dignum iudicatum est. Hæc Valerius. Atqui post Annibalis bellum fertur
primus L. Ostius quidam occidisse patrem. Nemo enim per annos DC. Romæ, ut Plutar-
chus in Romulo, tale facinus perpetrarat. Quocirca verisimile fit, hunc M. Popillium
Prætozem fuisse, qui de mulieris parricidio simili iam dicto quæsiuit.

Parricidij
quæstio.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///.

Quæstiones. rerum. capitalium. sortiti. obtinuerunt.

* A * Licinius * A. f. * ///. n. Nerua. L. Scribonius * L. f. L. n * Libo
Cn. Calpurnius * L. f. L. n * Pifo. P. Cornelius P. f. P. n Scipio
Nasica. Serapio.

Prætores prouinciarum.

Cur autem Prætoriarum prouinciarum ordinem hoc quasi tempore Romani immu-
tarint, opinor me satis iam antea declarasse. Qui ordo deinceps à nobis item obseruari
debet, cum in vsu continuo eundem stante Republica mansisse, consentiant Auctores
omnes. Prætores igitur anni superioris ex instituto nouo retenti in vrbe iuris dicundi quæ-
stionumque exercendarum causa, in hunc annum sequentem sortiti prouincias quique
suas, cum imperio in eas profecti sunt, & obtinuerunt. Quos indifferenter Prætores vel
Proprætores, & aliquando Proconsules ab Auctoribus appellatos inuenio. Nos autem
eos priore prouinciali anno Prætores, & quibus prorogatum vltius in prouinciam im-
perium fuerit, hos Proprætores differentie causa posthac vocabimus.

Consulam
magistratus
appellatiõem,
vt distingue-
re velis.

M. Titius * Sex. f. Sex * nepos. Aquarum. ducendarum. prouinciam. pro-
rogata. ex. S. C. prioris. anni. Prætura. obtinuit: quoniam tempus ad consum-
mandum aquæductuum negotium non sufficiebat, ut auctor est Iulius Frontinus de aquæ-
ductibus primo. Nec videtur M. Titius aliam ex Prætura prouinciam sortitus obtinuisse;
cum tertio post anno in eadem aquæductuum absoluendorum eundem cura perman-
sisset, Frontinus demonstret.

Q. Pompeius. A. f. ///. nepos. Hispaniam. vltiorem. fortitus. obtinuit.
Q. Fabio Æmiliano in ea prouincia succedens, quantum ex Appiani mendosa & trunca
hystoria, & obscura vetustate possumus colligere. Hic Viriathum in primo congressu præ-
lio superior in Aphrodisium compulit. Verum is reparatis viribus, denuò in hostes re-
diens, Q. Pompeium vicit, & intra castra, multis Rom. occisis, & aliquot militaribus si-
gnis ablatis, fugauit. De Ituca præsidio deinde deiecto, Bastetanorum agros latè popula-
tus est, Q. Pompeio metu Cordubæ latente, ac medio autumno sub tectis quiescente.
Hæc ex Appiani Iberica.

Viriathus
victus fuit
victor Marte
communi.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Siciliam. ///. ///. f. ///. n. ///. Sardiniam.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Achaiam. ///. ///. f. ///. n. ///. Africam.

Prouincias. sortiti. obtinuerunt.

Q. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. L. Lollius ///. f. ///. nepos.

[M. Furius M. f. // n. Crassipes] [Sex. Ælius Sex. f. Q. n. Pætus. Catus]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 P. Furius * P. f. P. n. * Philus L. Cornelius * Ser. f. Ser. n. * Lentulus

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 Ser. Fulvius * Q. f. C. n. * Flaccus [L. Duronius L. f. // nepos]

Tribuni plebis.

*Didia lex
sumptuaria.*

T. Tadius. Sex. f. // nepos. Legem sumptuariam tulit anno xviii. post Fanniam latam, qua cautum, Vti non solum vrbs Roma atque eius inquilini, verum etiam omnis Italia lege sumptuaria teneretur: vtiq; non solum qui inuitarent, sumptusque maiores fecissent; sed & inuitati qui interfuissent sumptuosioribus epulis, pœna legis dictæ multarentur. Auctor Macrobius Saturnalium lib. 111. cap. xvii.

//. // . f. // . n. // . Ap. Claudium Cos. iniussu populi triumphare volentem, vi potestatis impedire atque curru detrahere voluit: sed Claudia filia virgine Vestali patrem defendente, religionis priuilegio Tribunus plebis deterritus cessit. Auctores sunt Cicero, Valerius Max. & Suetonius, vt nos in Consulibus triumpho latius.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

P. Licinius P. f. P. n. Crass. Mucianus P. Rupilius P. f. P. nepos
 P. Popillius C. f. P. n. Lænas [C. Lucretius C. f. M. n. Gallus]
 [M. Arennius C. f. C. nepos] [L. Canuleius L. f. L. n. Diues]
 [P. Aquillius P. f. P. n. Gallus] [L. Terentius L. f. L. n. Massa]
 [T. Otalilius T. f. T. n. Crassus]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . A. Claudi. Cos. in. Gallia.
 // . // . f. // . n. // . Q. Metelli. Cos. in. Hisp. citeriore.
 // . // . f. // . n. // . Q. Pompei. Pr. in. Hisp. vltiore.

C. Marcius C. f. C. n. Figulus. C. Figuli bis Consul filius, iuris scientia clarus, qui certè magistratus gerere hoc ferè tempore cœpit. Eum verò ad Consulatus petitionem vsque peruenisse, postea in ipsius Prætura suo loco dicam. Scribit Appianus in Iberica, Marcium quemdam hoc anno, dum Viriathus victor Bastetaniam depopularetur, & Q. Pompeius metu, Cordubæ se contineret, frustra sæpenuerò Prætoris auxilium implorasse, misso ad eum nuntio Italicæ vrbs, in qua ipse tum manebat, Hispano. Quid si hic C. Marcius Figulus tum eius Quæstor, & Italica Hispaniæ vltioris Quæstorium? Nam vetus Romanorum ibi præsidium fuit, monumentum victoriæ P. Africani maioris, vt ex Plinio & Appiano constat. Libro autem xvi. cap. xiiii. A. Gellius veterem Romanorum coloniam ex D. Hadriani Augusti oratione scribit fuisse, quæ prius legibus suis municipij iure diu mansisset. Verum ex Appiano de truncis istis nominibus in tanta vetustate quid certi constituere, difficile est.

*Italica vetus
colonia, &
monumen-
tum victoria
P. Africani
maioris in
Hispania.*

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

C. Anto-

C. Antonius * M. f. C * nepos. Pater M. Antonij oratoris celeberrimi, quem C. F. numismata antiqua declarant. Hic autem filius videtur M. Antonij Tribuni plebis anno DXXCI. à T. Liviò nominati libro XLV. Filium verò huius M. Antonium oratorem hifce Coss. natum esse, significat M. Tullius in Bruto, vbi dicit triennio minorem ipsum oratore L. Crasso fuisse.

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes. Filius L. Orestis anno DXXCI. Consulis, vt fragmentum triumphalium Fastorum, quod paullò post adducam, demonstrat. Hunc quidem cum fratre C. Oreste recenset inter oratores Tullius in Bruto, quemadmodum latiùs dicam postea. Denarij argentei reperiuntur cum Iunonis Sospitæ in vna, & sue filvestri in altera parte, cui nomen adscriptum, L. AVR. L. F. ORESTES.

C. Claudius. C. f. Ap. n. Pulcher. Patre natus Consulari, Censorio, atque Triumphali, qui Augur mortuus est anno DXXCVI. cum legatus eodem anno inter decem Macedonia constitutendæ fuisset, quemadmodum ex Liviò colligere possumus.

C. Curatius * P. f. Sex * nepos. Qui postea Tribunus plebis inter sui ordinis homines impudentissimus fuit, vti dicemus.

L. Memmius * C. f. L. n. * Gallus. Frater C. Memmij, qui Tribunus plebis mox sequetur. Huius reperiuntur bigati argentei cum Roma galeata, & eius nomine, L. MEMMI. GAL.

[D. Iunius L. f * M. n * Silanus.] Et hunc in bigatis eiusdem metalli inuenio cum Romæ capite & Victoria, & litteris, D. SILANVS. L. F. Eius fortasse pater fuit L. Iunius, qui & inter decem legatos constituendæ Macedonia nominatur à Liviò.

[Cn. Licinius. Cn. f. // n. Nerua.] Cuius patrem legatum è Senatu missum in Illiricum, & ad Thraciæ regem Cotin, comperio ex Diarij Rom. antiqui fragmento, in ann. DXXCV. adducto, & ex Liuij lib. XLV.

Prouincia prorogata.

//. // . // . f. // . n. // . Propr. Macedonia. prorog. imp. obtinuit.
[C. Aurunculeius C. f. C. n. Cotta.]

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in. Macedonia.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Achaia.

//. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Calerius.

[P. Cornelius P. f. P. n. Lentul. Sura] * C. * Liuius * C. f. C. n * Salinator.

[Q. Antonius Q. f. // . n. Balbus] [L. Villius L. f. L. n. Tappulus. Annalis.

[Sp. Lucretius Sp. f. Sp. n. Gallus.]

Ap. Claudius. Ap. f. Ap. n. Pulcher. ann. DCX.

Cos. de Salassicis. ex. Alpibus. // . // . // .

Ap. Claudius Cos. è Gallia Romam reuersus, domitjs licet Salassis, propter cladem ac damna tamen priùs accepta, triumphum non impetrauit. Infami igitur (ait Orosius ^{o gloria sa-} lib. v. cap. iv.) ambitione & impudentia vsus, priuatis sumptibus triumphauit. ^{era fames!} Obstitit Tribunus plebis quidam, & curru ipsum detrahare voluit, sed virginis Vestalis Claudiæ, quæ filia Consulis erat, auctoritate sacra prohibitus est. Hæc nobis memoriæ prodiderunt Auctores probatissimi iam antè citati. Quorum Valerius Max. inter exempla pietatis liberorum erga parentes hoc factum refert eleganter lib. v. cap. iv. Sed, inquit, nescio, an his omnibus valentius ac animosius Claudiæ Vestalis virginis factum. Quæ ^{Rara iusta} cum patrem suum triumphantem è curru violenta Tribuni plebis manu detrahi ^{sacra virgi-} animaduertisset, mira celeritate vtrisque, se interponendo, amplissimam potestatem inimi- ^{nis Vestalis} citis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ^{cum sacro-} ædem Vestæ duxit. Nec discerni potuit, vtri plus laudis tribueretur, an cui Victoria, an ^{sacra Tribu-} cui Pietas comes aderat. Congruunt etiam bellè, quæ eadem de re scribit Cicero in oratione pro M. Cælio, verba vertens ad Clodiam accusatricem Cælij: Ne, inquit, Q. illa ^{no plebs.} Claudia æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa Vestalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi passa non est? Horum Auctorum consensus facit, vt opiner, iam olim ^{Suetonij lo-} Suetonij ^{cus corru-} scriptorem quempiam negligenter in Suetonij Tiberio errorem historiæ indu- ^{piss.} xisse,

xisse, & perperam p. litteram in fr. mutando, fratrem pro patre suppositum esse, vbi de Claudia gentis aduersus plebem & eius Tribunus inimicitis perpetuis agitur, sic scriptum est: ** Lege patrē* Etiam virgo Vestalis *** fratrem iniussu populi triumphantem, adscenso simul curru, in Capitolium vsque profequuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset.

Salassorum montes metallis celsiores.
Augusta praetoria in Salassis colonia.

Salassi, quos Salisios nonnulli vocant, Tauriscæ gentis M. Cato arbitratur fuisse, vicini sunt Lepontiis & Insubribus intra Alpes ad Padi fontes, & ad Duriam amnem, hodie Doriæ vocant: regionem tenuerunt amplam, & inaccessam ferè, rupibus agrum vndique claudentibus. Aurifodinas tenuisse insignes, auctor est Strabo lib. iv. vbi multa de Salassorum situ & moribus. Augustam prætoriam Salassorum iuxta geminas Alpium fauces, Graias scilicet & Pœninas, in regione xi. Italiæ Transpadanæ collocat Plinius lib. iii. cap. xvii. Vide de his plura apud Dionem Cassium lib. liiii. historiæ Romanæ, & Ptolomæum lib. iii. cap. i.

ANNI P. R. C. DCXI.

L. Cæcilius. Q. f. L. n. Metell. CALVVS. Q. FABIVS Q. f. Q. n. Max.
SERVILIANVS

Prodigia procurata pestem ingentem excitauerunt.

** publicum aliàs.*

Provincia Consulum.

Ritus sacri in designandis pomerijs.

Q. Fabij Cos. res gestæ in Hispania vltiore.

C. Fannius gener C. Lælij.

Captiuorum immanis caedes.

NOMINA Consulum eodem ferè modo reperiuntur in Eutropij libro quarto, & Orosij quinto, cap. iv. Cassiodorus & Marianus L. Metellum & Q. Maximum suggerunt: quemadmodum referuntur etiam à Cicerone lib. xii. epistolarum ad Atticum, vt paulò post dicemus. Tabulæ Græcæ nostræ Metellum ii. & Maximum habent; sed librarij scriptoris culpa Metello Consulatus iteratur. Non enim hic superioris anni Consul idem Q. Metellus Macedonicus, sed eius frater L. Metellus Caluus. Cuspiniani tabulæ rectius produnt Metellum & Seruilianum. Sic Iulius Obsequens L. Metellum, Q. Fabium Maximum, vbi de huius anni prodigijs quædam enarrat, propter famem scilicet & pestilentiam Romæ supplicatum fuisse, Lunæ in Etruria androgynum natum, & Aruspicum præcepto deportatum in mare. Tantam fuisse Lunensibus pestilentiam, vt iacentibus in *** publico passim cadaueribus, qui funerarent, defuerint. De quibus omnia copiosius cognoscere licebit, Orosium & Eutropium legere volentibus locis iam citatis. Sed in hoc discordant ab Obsequente, quòd androgynum Romæ visum scribant, & maximam illam pestilentiam cladem vrbi Romæ, non Lunensibus attribuant.

Q. Fabio Cos. Hispania vltior, & bellum cum Viriatho provincia fuit. L. Cæcilius Italiam provinciam obtinuisse videtur, & colonias ex S. C. deduxisse, agris dandis limitibusque dirimendis præfuisse: quod eius argentei denarij videntur indicare, in quibus impressum adolescentis intonsi, id est, Genij dei laureatum caput, & in altero latere Consul togatus ararum regens. Inscriptus autem nummo titulus talis: L. CAECIL. Q. F. L. N. METEL. CALVVS. CXXXIII. EX. S. C. Antiquissimo quidem ritu Romanus oppidorum atque locorum quorumuis Genios, deosque tutelares sacrificijs primùm placare, sibi que propitiare solebat: atque deinde sacro aratro condendarum vrbiū coloniarumve pomeria amplianda per magistratus suos auspiciatò circumscribere & designare. Q. autem Metello Macedonico in Hispania citiore prorogatum fuit imperium. Quæ verò Fabius Cos. in Hispania vltiore vario euentu contra Viriathum in eo anno gessit, ordine suo leges apud Appianum in Iberica, qui cum duabus legionibus nouis, & auxilijs focium ad xviii. milia peditum, & equitibus mille sexcentis profectus in Hispaniam, acceptis item à Micipsa rege Numidarum elephantis decem, equitibusque trecentis, Viriathum fortiter sæpius reppulit. Semel tamen, tribus milibus suorum in prælio amissis, intra castra compulsus, illa difficulter virtute C. Fannii M. f. qui gener C. Lælij fuit, seruare potuit. Itucam deinde versus cum Fabius Consul castra moueret, & Viriathum ob comneatus inopiam in Lusitaniam discedere intelligeret, illum persequi non dubitauit, quamuis in itinere à duobus latronum ducibus Curio & Appuleio lacefferetur: sed occiso in conflictu Curio, prædaque amissa recuperata, fugientem Viriathum dum passim sequitur, plures eius socias ciuitates partim captas diripuit, partim venia data subegit. Ex decem captiuorum milibus quingentos securi percuti, ceteros promiscuè occidi imperauit, antequam se in hiberna reciperet. Hæc latius apud Appianum. Iulius Obsequens igitur his Coss. dubiè aduersus Viriathum fuisse dimicatum scribit, & in Macedonia exercitum Romanum, prælio vexatum.

Suffra-

Suffragantur his Liiij Epitoma lib. LIII. & Eutropius libro quarto, alterum in Macedonia Pseudophilippum siue Pseudopersea collectis seruis rebellasse docentes, vt suis locis explicabo latius.

Cens. P. Cornelius . P. f. P. n. Scipio. AFRICANVS. AIMILIAN.
L. Mummius L. f. L. nepos. Lustr. FEC. LVII.

Hoc item anno Lustrum conditum, Censorem que fuisse P. Scipionem Æmilianum, exigue marmorum Capitolorum reliquæ nos certiores faciunt: cum prius nemo, quod sciam, hoc secure potuisset asserere, nilque certi de tempore istius Censuræ nobis constaret, quamuis celebris & frequens sit apud Auctores eius mētio, maxime propter P. Æmilianum, qui anno superiore, magno populi fauore fultus, Censor est creatus, Claudio Pulchro, amplissimo ciuitatis viro, qui propter patricos spiritus plebi inuisus erat, repulso, cuius Plutarchus in L. Paulli vita mentionem facit. Ceterum omnia ferè de hac Censura apud veteres Auctores prodita, quorum scripta ad nostram ætatem peruenerunt, diligenter & ordine concinno Carulus Sigonius in sua commentaria Fastorum redegit: quare decreui aliquantò leuius hanc historiam perstringere. P. Scipio Æmilianus Censor ex more magistratum cum iniisset, pro Rostris populum alloquutus est, & mores ciuitatis ad peregrinum luxum inclinantes improbens, oratione grauissima populum hortatus est ad prisca frugalitatem & mores maiorum imitandos, veteremque illam disciplinæ Censoriæ saluberrimam seueritatem collaudans, exemplis aliquot pulcherrimis adornauit. E quibus duo insignia valdè ex dicta P. Æmiliani oratione desumpta legimus apud A. Gellium lib. iv. cap. vltimo. Addidit tandem, se omnia ex maiestate populi Romani gesturum, si sibi ciues vel dedissent collegam, vel non dedissent: L. Mummius collegæ sui segnitiam ineptam notans, cum quo nec ingenio nec moribus conueniebat, vt auctor est Valerius Max. lib. vi. cap. iv. & Auctor de viris illustribus in Æmiliani vita. Principem Senatus etiam ab his Censoribus lectum fuisse opinor P. Scipionem Naticam. Multos autem ignominia notasse P. Æmilianum Censorem constat, atque in primis quemdam Claudium Afellum, equo publico adempto, ærarium fecisse ipsum equo publico indignum, & vt afellum deinceps ageret, ad eius cognomen alludendo, non sine multorum risu pronuntiasse. Sed eundem à collega L. Mummius Cens. paullo post probatum, ac ignominia leuatum fuisse, ex Ciceronis secundo de oratore intelligimus: cuius quidem notæ causa non prodita memoriæ est. Eundem notæ Claudium postea, cum Tribunus plebis factus esset, vt erat P. Æmiliano infensus, ipsi diem dixisse, reumque ad populum egisse, Gellius auctor est, vt latius referetur. Recenset item eodem de oratore libro Cicero huius Censoris P. Æmiliani lepidum responsum, quod dedit cuidam inter ærarios relato, tribuque moto: quia cum esset centurio in exercitu Macedonico L. Paulli patris, in pugna contra Perseum abfuerat. Hic cum causam notæ quæreret, diceretque, in castris custodiæ causa se remansisse: Notauit, respondit, quia non amo nimium diligentes. Nec minus acutum atque insigne, quod equiti cuidam nobili & perlauto dixit, notato propter luxum & sumptuosam cœnam, in qua placentam Carthaginis in formam, cum adhuc à Scipione Æmiliano ante quadriennium oppugnaretur, factam, conuiuius suis diripiendam proposuerat. Igitur causam notæ quærenti hanc reddidit: Quia, inquit, me prior Carthaginem diripuisti. Facetissimum hoc responsum inter Apophthegmata celebra illius non immeritò refert Plutarchus: vbi etiam legimus de C. Licinio Sacerdote, qui cum in equitum censu citatus equum traduceret, clara voce Scipio dixit, Se scire, Sacerdotem conceptis verbis peierasse. Si quis accusare, vel contra illum dicere vellet, vsurum eum testimonio suo. Sed nemine prodeunte, Licinium traducere equum iussit, dicens se simul accusatoris & iudicis pariter subire non posse. Referunt hoc item pulchre Cicero in oratione pro Cluentio, & Valerius Max. lib. iv. cap. i. de grauiter dictis & factis. Videntur insuper hi Censores aliquid de Rhetorum scholis edixisse: loquitur enim de his M. Tullius lib. v. de republica, cum ait: Quæ cum Scipio dixisset, admodum probat Mummius; erat enim nimis odio quodam Rhetorum imbutus. Hæc verba Ciceronis citat Nonius Marcellus in vocabulo Imbutus, quæ vetusti exemplaris adminiculo sic correxi. Quenam opera publica faciunda locarint, nil ferè me legisse memini. A Liiuo quidem lib. xl. memoriæ proditum obiter reperimus, P. Africanum & L. Mummius Censores pilis pontis à M. Fulvio Nobiliore Censore in Tiberi factis ante aliquot annos, fornices imponendos locauisse. Lustrum vrbis LVII. Censores istos hoc anno condidisse, fragmenta Capitolorum demonstrant, quo censa sunt ciuium capita ccccxxviii. ∞ cccxlii. vt habet Epitoma Liiiana lib. Lii. Cum Lustrum ex more conderetur, P. Scipio solemnem precationis carmen mutatum à Scipione Censore.

Ap. Claudij Pulchri repulsa.

P. Scipionis Censoris celebris oratio ad populum.

L. Mummius Censoris re de iudicium notauit Scipio.

Principis Senatus. // Claudij Afelli nota.

Centurionis iudicij nota.

Equiti Romani ob luxum nota.

Placenta Carthaginis in forma facta.

Æquitas in Censore laudata.

Edictum Censorium de Rhetorum scholis.

Opera publica.

In Lustrum condendo solemnem precationis carmen mutatum à Scipione Censore.

plioresq; facerent, ex tabulis publicis, præunte scriba, in sacrificio rogabatur. Satis, inquit, bonæ & magnæ sunt: itaque precor, ut eas perpetuò incolumes seruent. Ac protinus in publicis tabulis ita carmen emendari iussit. Qua votorum verecundia deinceps Censores in condendis Lustris vsi sunt, ut ait Valerius Max. lib. iv. cap. i. M. Tullius autem in secundo de oratore non Scipionem Lustrum, sed L. Mummius condidisse tradit, ut etiam ex Lucilio poëta A. Gellius libro Noctium iv. cap. xvii. Quibus etiam suffragari videntur Capitolina marmorum fragmenta, in quibus L. Mummius nomen post Scipionem ante Lustrum facti notam exitit. Sed opinor, vtrumque Censorem voti faciendi carmen, præunte scriba, pronuntiasse; alterum sorte ductum, tauro immolato, sacrificium peregisse, Lustrumque condidisse.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Vrbanam. & Peregrinam. iurisdictiones. sortiti. obtinuere.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. //

Quæstiones. rer. cap. sortiti. obtinuere.

Quæstio inter sicarios.

L. Hostilius C. f. C. n * Tubulus. Quæstionem. de crimine. inter sicarios. sortitus obtinuit. Prætozem hoc anno quidem fuisse Tubulum, ex Ciceronis ad

Auarit tribunal Prætoris L. Tubuli.

Atticum scriptis noscimus, vbi dicit lib. xii. epistola lxxii. Tubulum Prætozem video // L. Metello, Q. Maximo Coss. De hoc autem L. Tubulo Ciceronem loqui, constabit // ex sequentibus. Nam auarè & iniquè iurisdictionem hanc suam exercuit, ut reus anno sequenti sit factus, quemadmodum suo loco tunc dicemus.

D. Iunius M. f * M. n * Brutus. Qui. postea. Callaicus. appell. est.

D. Iunius D. f. // . n. Silanus. Manlian. [L. Flaminius L. f. C. nepos.]
[C. Lutatius C. f. Q. n. Cerco] [C. Cluius C. f. // . n. Saxula]

Prætores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . Galliam. // . // . f. // . n. // . Siciliam

//. // . f. // . n. // . Sardiniam. // . // . f. // . n. // . Africam

//. // . f. // . n. // . Achaiam. prouincias. sortiti. obtinuere.

* A * Licinius * A. f * // . n. Nerua. Macedoniam. sortitus. obtinuit. In qua nouum bellum hoc anno coortum est, Pseudoperse vel Pseudophilippo altero quodam auctore: quem Prætor absens L. Tremellij Quæstoris ductu vicit, exercitumque eius xvi. milium armatorum, dum castra Romanorum oppugnantur, eruptione facta prostrauit atque fugauit. Quam ob victoriam Neruam Prætor absens ab exercitu in castris Imperator appellatus est, ut auctor est M. Varro de re rustica lib. ii. cap. iv. Eutropius autem lib. iv. de eadem victoria sic scribit: Iterum in Macedonia Pseudoperseus, qui se Persei filium esse dicebat, collectis seruis rebellauit, & cum iam xvi. milia armatorum haberet, à Tremellio Quæstore superatus est. Liuij autem Epitome lib. lxxii. sic historiam attingit: Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Tremellio Quæstore cum exercitu cæsus est. Iulius item Obsequens eius belli meminit obiter, de prodigijs huius anni scribens.

Victoria de altero Rege Macedonum falso.

M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus P. Cornelius P. f. P. n. Scipio
Porcina Nafica. Serapio

M. Popillius M. f. P. n. Lænas. L. Scribonius * L. f. L. n * Libo.

Cn. Calpurnius * L. f. L. n * Pifo.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

C. Cornelius * Cn. f. L. n * Scipio Hispallus. Ser. Sulpicius * Ser. f. Q. n *
Paterculus

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

C. Fuluius * Q. f. Q. n * Flaccus. Q. Calpurnius. C. f * C. n * Pifo.

Tribu-

Tribuni plebis

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Cosconius * M. f. M * nepos. * L * Plautius * L. f. P. n * Hupfæus

C. Fannius M. f * C. n. Strabo * Consulit Atticum suum lib. xv i. epistolarum Ciceronis locu animad- uertendus.

» M. Cicero, quibus Consulibus C. Fannius M. f. Tribunus plebis fuerit: Videor, inquit,
 » mihi audisse, P. Africano, L. Mummi. Id igitur quæro. Sic habent vulgati codices. Cor-
 » rigit autem ex manuscripto veteri doctissimus diligentissimusque Dionysius Lambinus,
 » P. Africano, L. Mummi Censoribus: addita uocula Cens. quæ in vulgatis intercidit.
 » Nec malè. Non enim dubitat Cicero, quibus Censoribus Fannius Tribunus fuerat, hoc
 » se audisse dicit: sed de ipso eius Tribunatus anno, nempe quibus Consulibus, cum Cen-
 » suræ tempus octodecim mensium attingat duo Consulibus paria. Quærit igitur, an Tri-
 » bunus plebis Fannius hisce Consulibus L. Cæcilio, Q. Fabio fuerit, quibus Censores
 » Africanus & Mummius magistratum iniere, an sequentibus Cn. Cæpione & Q. Pom-
 » peio, quibus Lustrum condidere. Non probo igitur quorundam opinionem, qui ad se-
 » quentia respicientes, in exemplaribus pro (Coss.) corrigere (Cens.) & sic legere volunt:
 » In præsentia mihi uelim scribas, quibus Censoribus C. Fannius M. f. Tribunus plebis
 » fuerit. Frustrà namque rogaret iam audita Tullius, cum nominet ipse Censores: sed ro-
 » gat quonam istius Censuræ anno Tribunus plebis fuit. Vocat autem hunc C. Fan-
 » nium M. f. ad differentiam alterius C. Fannij C. f. eiusdem temporis, qui item Tribunus
 » plebis sequitur in Annalibus. Et uidentur hi duo non solum æquales, sed & cognatione
 » patruales fuisse, ut ex faxis Capitolinis colligere est. Militauit eodem hoc anno in Hispa-
 » nia C. Fannius M. f. adolescens alius, C. Lælij gener, ut ex Appiano retulimus; cuius
 » item magistratus sequentur.

[P. Licinius P. f. P. n. Varus] [T. Postumius L. f. T. n. Tumpanus]
 [Q. Mænius Q. f. C. nepos] [M. Titinius. M. f. L. n. Curuus]
 [P. Decius P. f. P. n. Subulo] [Sp. Caruilus Sp. f. L. n. Maximus]
 [M. Cæcilius M. f. // . n. Denter.]

Quæstores urbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Fabij Cos. in Hisp. vltiore
 // . // . // . f. // . n. // . L. Metelli Cos. in Italia. Ostiensis.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Gallia. Gallicus.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Africa.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia.

L. Tremellius * C. f. C. n * Flaccus. Qui. in. hoc. magistratu. Scrofa.
 appellatus. est. Licinij. Neruæ. Pr. in. Macedonia. Patrem patrumque Pratorios
 habuit: patrem verò eius fuisse C. Tremillium Flaccum Prætorem anno DCXI. tem-
 poris interpositi spatium indicare videtur. Hic autem quartus fuit eorum, qui ex ea
 familia ad Præturam peruenerunt. Testatur hoc eius nepos Cn. Tremellius apud
 M. Varronem de re rustica lib. 11. cap. 14. rationem simul reddens, cur hic auus suus
 L. Tremellius Scrofa cognomen adeptus fuerit. Cuius quidem verba, cum ad histo-
 » riam huius anni eximè faciunt, adducere non pigebit. Ignorare (Cn. Tremellius inquit) Scrofa cogno- men huic unde.
 » videris, cur appeller Scrofa. Itaque ut etiam hi propter te sciant, cognosce meam gen- Eumæus subulcus V- lyssis apud Homerum.
 » tem suillum cognomen non habere, nec me esse ab Eumæo, vel atavis eius cognominis
 » ortum. Auus meus primùm appellatus est Scrofa, qui Quæstor cum esset Licinio Neruæ
 » Prætori, in Macedonia prouincia relictus, qui præfesset exercitui, dum Prætor rediret:
 » hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere cœperunt in castra.

Auus

Auus, cùm hortaretur milites, vt caperent arma, ac exirent contrà, dixit, celeriter se illos,, (vt scrofa porcos) disiecturum, id quod fecit. Nam eo prælio hostes ita fudit ac fugauit,, vt eò Nerua Prætor Imperator sit appellatus, & auus cognomen inuenerit, vt diceretur,, Scrofa. Itaque proauus, ac superiores, de Tremelliis nemo appellatus est Scrofa. Nec mi-,, nus, septimus sum deinceps Prætorius in gente nostra. Hac ita pulchrè de hoc L. Tre-,, mellio Quæstore M. Varro; & quamuis eum non nominet, eius ex Liuius & Eutropio nomen hoc esse tamen cognoscimus.

Rauula à
rauis oculis
appellatus
hic Longinus.

Scopulus reo-
rum cur dis-
tus.
Anquirere,
maleficium
cui bono, ve-
ritatè aperit.

Denarij hu-
ius L. Cassij
sub titulo cu-
si à posteris
eius.

L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. Cuius pater in Consulatu mortuus erat an-
no DCCCIX. Et ipse postea Consul ac Censor, celebris item Tribunatu plebis, in quo
legem tabellariam tulit, vt dicemus. Distinguit hunc ab aliis Longinis agnomine pecu-
liari Frontinus in libello de aquæductibus, & Rauillam, vel vt probatiora quædam ha-
bent exemplaria, Rauulam appellatum scribit; à rauis nimirum oculis, vt Sex. Pompeius
Festus interpretatur: in cuius exemplaribus item vox ista mendosè scripta legitur Rauil-
liæ. Hunc verò L. Cassium non eloquentia, sed dicendo tamen multum potuisse, dicit
Cicero in Bruto: ac hominem non liberalitate, vt alii; sed ipsa tristitia & feteritate po-
pularum fuisse. Hinc Scopulus reorum appellari dein cœpit, quod seuerissimus iudex
semper fuerit. In oratione autem pro Sex. Roscio Amerino de eodem ita scribit Cicero:
L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum & sapientissimum iudicem putabat,
identidem in causis quærere solebat, Cui bono fuisset? Sic vita hominum est, vt ad ma-
leficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. Hunc quæstorem ac
iudicem fugiebant atque horrebant ij, quibus periculum creabatur: ideò, quod tametsi
veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quàm impli-
catus ad seueritatem videbatur. Cuius Cassiani dicti meminit & Philippica secunda, Ver-
rinis, & Miloniana. vbi vide commentatorem Pædianum. Extant aurei argenteique
pulcherrimi, cum Liberi Liberæque faciebz cusi, vt apparet, sub huius titulo tali:
L. CASSI. Q. F. Liber pater hedera coronatus thyrsus apud se habet: Libera verò pam-
pinea corona insignis est. Videntur peculiaria Cassiæ gentis numina fuisse.

M. Antius // . f. // . n. Briso. Collega L. Cassij iam dicti in Tribunatu plebis,
vt ex Ciceronis Bruto demonstrabimus.

L. Rutilius. L. f. // . n. Lupus. Pater L. Lupi Cos. bello sociali in prælio occisi,
vt marmora Capitolina testantur.

L. Furius * C. f. Cn. n. Brocchus * Sex. Atilius * A. f. C. n. Serranus *
Iunctim hos nominat Cicero, & legem de C. Mancino Cos. Numantinis dedèdo tulisse
ex S. C. scribit Officiorum lib. tertio. Hinc colligo, Tribunos plebis tunc eos simul fuisse.

[C. Claudius Ap. f. C. n. Centho] Cuius pater ex Prætura de Celtiberis oua-
tionem retulerat anno DLXXIX. vt ex Liuij XLII. retulimus.

Volteiani de-
narij expli-
catio.

Palæmon,
Neptunus
Isthmius.

Ludi Isthmij,
excisa Corin-
tho, non sub-
lasi à Roma-
nis.

M. Volteius M. f. // . nepos. Extant eius argentei nummi elegantes, in quorum
vna parte caput extat senile, coma incompta, & hispida, & inuoluta, quod cinctum est
corona ex iuncea typhæ floribus quàm aptissimè compacta, quorum apices supremi
distinguntur singulis vnionum gemmis, vt inde numen maritimum esse cognoscas.
Palæmona vel Isthmium Neptunum designare suspicor: cuius in Isthmo Corinthiaco
templum propter ludos Isthmicos celeberrimum erat. Quod in altera nummorum parte
videtur pulcherrimè expressum, exornatumque in frontispicij tympano vndatim incur-
uis nauium pinnis: sub quo nomen hoc ita: M. VOLTEI. M. F. Qui fortasse Quæstor
Achaïæ ex eius prouinciæ tributis ac vectigalibus huius generis nummos formasse videri
poterit, antiquissimæ religionis in memoriam. Quæ, excisa per L. Mummius Corintho,
sublata non fuit; nec Isthmij ludi intermissi, vt Pausanias in Corinthiaca testatur: sed
etiam in ipsa Corinthi vastitate, sacra ludi que curati sunt à Sicyoniis, quibus hoc nego-
tium datum à Romanis fuit. Ordinarias igitur impensas, subiugata tributaria que Græ-
cia, ex vectigalibus publicis in hæc è Quæstorio Achaïæ Romanum suppeditasse veri-
simile est.

Prouincia. prorogata.

Q. Metelli
Macedonici
præclaræ res
in Hisp. gesta.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Macedonicus. Procos. Hisp. citeriorem.
prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Vbi Celtiberiam ferè totam subegit, vt
qui ex Macedonia deuicta cognomen meruerat, rebus etiam istic maximis prosperè ge-
stis, Celtibericus appellari meritò potuisset, cùm & Contrebiam memorabili cepisset ex-
emplo, & Versobrigis maiore gloria pepercisset, sicut apud L. Florum legimus lib. II.
cap.

cap. XVII. Centobricam hanc urbem Versobrigas appellat Valerius lib. v. cap. i. & Varietas in
lib. II. cap. VII. Contrebiam, Trebiam, nisi hic error est exemplarium. Apud hunc leges, nominibus
qua ratione Contrebiam cepit, & Centobricæ vel Versobrigis pepererit. De quibus urbium ex-
videndus item Velleius Paterculus, Frontinus stratagematum libro quarto, & Auctor de pedisula.
viris illustribus in Macedonico. Propter tam magnas tamen difficilesque victorias
Q. Metellum non triumphasse, ex eodem Valerio Max. nobis fit manifestum: qui lib. IX.
cap. III. de eodem hæc scribit de ira: Non quidem proculcauit tantum imperia, sed
etiam gessit impotenter. Nam Q. Metellus, cum prouinciam Hispaniam Consul prius
deinde Procos. pænè totam subegisset, postquam cognouit Q. Pompeium Consulem
inimicum suum successorem sibi mitti; omnes, qui modò militiam suam voluerunt fini-
re, dimisit: comteatus petentibus, neque causis excussis, neque constituto tempore, de-
dit: arcus sagittasque Cretensium frangi, atque in amnem abijci iussit: elephantis ciba-
ria dari vetuit. Quibus factis vt cupiditati suæ indulgit, ita magnificè gestarum rerum
gloriam corruptit, meritumque honorem triumphii, hostium quàm iræ fortior victor,
amisit. Hoc eleganter sic Valerius.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Metelli Procos. in. Hisp. citer.
//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.
//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
C. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. C. Curatius * P. f. Sex * nepos
L. Memmius * C. f. L. n. * Gallus [Sp. Lucretius Sp. f. Sp. n. Gallus]
[L. Villius L. f. L. n. Tappulus. Annalis.

ANNI P. R. C DCXII.

Consules.

Cn. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. Q. Pompeius A. f. // . nepos.

Cn. Cæpionem & Q. Pompeium Consules produnt Cassiodorus & Marianus Sco-
tus: Cæpionem & Papæum tabulæ Græcæ, sed mēdosè: Cuspiniani verò tabulæ Cæ-
pionem & Nepotem adferunt. Vnde colligi potest, huic Pompeio Rufi cognomen non
fuisse in Fastis additum, quod nec in antiquis eius denariis reperitur. Cæpione & Pom-
peio Coss. P. Scæuulam Pont. Max. Tribunum plebis fuisse testatur Cicero ad Atticum
lib. epistolarum XII. De Pompeio quidem sic Velleius Paterculus: Seu duæ seu tres
Pompeiorum fuere familiæ: primus eius nominis ante annos ferè CLXVIII. Q. Pompeius
cum Cn. Seruilio Cos. fuit. Hic quidem C. Lælium competitorem Consulatu deiecit, vt
ex Plutarcho Romanorū apophthegmatibus discimus. Lælium enim amicissimū suum
cum P. Scipio Æmilianus suffragator in campum deducere ad petendū velleret, Q. Pom-
peium sibi familiarem ac amicum ad societatem eius officij, nisi ipse petiturus esset, inui-
rauit. Assensit, & operam suam promisit Pompeius, se petiturum negans. Quem cum diu
Scipio & Lælius cum amicis expectassent, Pompeiumque iam in campo candidatum
ambire & prenfare audirent: ægrè ferentibus aliis, Scipio ridens, Inepti, inquit, qui tan-
quam deos rogaturi, non homines, hîc frustra tempus terimus tibicinem expectantes.
Quo dicto rilum & aliis mouit. Putabatur enim Pompeius tibicinis esse filius. Qui ta-
men, Lælio in annum sequentem repulso, Consulatum hunc abstulit. Igitur Lælius apud
Ciceronem de amicitia differens sic dicit: Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se re-
mouerat, vt scitis, Scipio. Meminit item eiusdem repulsi Cicero Tusculanarum quæstio-
num lib. v.

Q. Pompeio Cos. Hispania citerior prouincia obuēnit: Q. Fabio Seruiliano
in vltiore prorogatum fuit imperium. Cn. Cæpio Romæ manens Italiam obti-
nuit. Q. Pompeius tardè in prouinciam veniens, à Q. Metello Procos. Celtiberia iam
subacta, exercitum accepit. Vbi tamen extrema hieme acrius quàm vmquam antea bel-
lari cœptum cum Numantinis ac Termetinis, quòd hostes pop. Rom. Segidentes, sibi
tamen cōsanguineos & socios, excepissent. Habita pro eis deprecatio nihil valuit. Cum
tamen

Varietas in
nominibus
urbium ex-
pedisula.

Ira periculo-
sus impetus
maiestatem
opprimis.

P. Scipio Æ-
milianus

C. Lælij sui in
huius Consu-
latus petiti-
one suffraga-
tur.

Q. Pompeius
tibicinis fi-
lius.

C. Lælius
fraude Q. Pō-
peij repulsus.

Prouincia
Consulares.

Novum bel-
lum cum
Numantinis
in Hispania.

tamen ab omni bellorum contagione se remouere cuperent, in legitimi foederis premium iussi sunt arma deponere. Hoc sic à barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur: itaque statim ad arma conuersi sunt. Vide Appianum in Iberica, & L. Florum lib. II. cap. xviii.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Vtranque iurisdictionem. &

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstionem rerum capitalium. fortiti obtinere.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. P. Furius * P. f. P. n. * Philus

Sex. Atilius M. f. * C. n. * Serranus. [L. Duronius L. f. // . nepos]

[C. Popillius C. f. P. n. Lænas] [Sex. Albius C. f. // . n. Carrinas]

Prætores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . f. // . n. // . Sardiniam

//. // . f. // . n. // . Africam. // . // . f. // . n. // . Achaiam

Prouincias. fortiti obtinere.

D. Iuuentius D. f. // . n. Silanus. Manlianus. Macedoniam. fortitus obtinuit.

Iniquus & auarus Prætor.

Prouinciam auarè atque superbè administravit, socios vexavit & diripuit, pecuniarum causa iustitiam prostituit. Idcirco per Macedonum legatos anno sequenti lege Calpurnia repetundarum reus est factus, ut suo loco conscribemus ex Cicerone, Liiuo, & Valerio Maximo.

L. Tubulus prouinciam suam deserere, & causam dicere cogit.

L. Hostilius * C. f. C. n. * Tubulus. Item fortitus erat, sed prouinciam reus factus non obtinuit. Quapropter verisimile est, superioris anni Prætori prorogam fuisse. Quænam ea fuerit, incognitum nobis est. Ordinis tamen seruandi causa nos Galliam prorogabimus.

D. Iunius M. f. * M. n. * Brutus. Qui. postea. Callaicus. appellatus est.

[L. Flaminius L. f. C. nepos]

[C. Lutatius C. f. Q. n. Cerco] [C. Cluius C. f. // . n. Saxula]

Ædiles curules

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

*P. Cornelius * Cn. f. L. n. * Lentulus. L. Cornelius P. f. P. n. Sulla

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Claudius * M. f. * M. n. * Marcellus. C. Licinius * C. f. C. n. * Crassus

Tribuni plebis.

Mucia rogatio de L. Tubulo. Capioni Cos. quæstio decreta. Tubulus causa diffidens abijt in exilium.

P. Mucius P. f. Q. n. Scauula. Rogationem tulit ad plebem, Vellentne quæri de L. Tubulo superioris anni Prætorè, quod quæstionem inter sicarios exercens, pecunias ob rem iudicandam accepisset. Plebs, Vti rogas, & Senatum quæsitorem constituere iussit. Quo Plebiscito Consuli Cn. Capioni decreta est à Senatu quæstio. L. Tubulus ne causam diceret, deserta quam fortitus erat prouincia, in exilium profectus est statim, nec respondere ausus: erat enim res aperta. Hæc ferè Cicero de Finibus lib. II. Quo loco Consulis nomen (vbi Cn. Scipio vocatur) corrigi debere in exemplaribus quibusdam, colligimus ex eiusdem Ciceronis epistola quarta ad Atticum lib. XI. Scribit enim, se putare P. Scauulam hunc Tribunum plebis fuisse his Coss. Cæpione & Pompeio. Quem locum in Prætura P. Mucij adducam. Hunc autem L. Tubulum Cicero in oratione pro M. Scauro vnum ex omni memoria sceleratissimum & audacissimum fuisse testatur: vbi Alconius Pædianus eius orationis commentator hæc addit: L. Tubulus hic Prætorius fuit ætate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit. Meminit item quæstionis istius Cicero de natura deorum lib. III.

Damnatus absens ne necaretur in carcere, venenum bibit.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.							

L. Rupilius P. f. P. nepos
 [M. Titinius M. f. Q. nepos]
 [L. Claudius L. f. Ti. n. Afellus]
 [C. Munatius C. f. // n. Plancus]
 [M. Liuius L. f. M. n. Denter]

C. Atilius M f * C. n * Serranus
 [C. Licinius C. f. // n. Nerua]
 [Q. Ælius P. f. P. n. Ligus]
 [L. Pupius L. f. P. nepos]

Quæstores vr bani.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
-----	-----	-----	----	-----	----	-----	-----	-----	-----	----	-----	----	-----

Quæstores prouinciarum.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Cæpionis. Cos. in Italia. Ostiens.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Pompeij Cos. in Hisp. citer.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardinia
 // . // . // . f. // . n. // . D. Silani. Pr. in Macedonia.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

C. Aurelius * L. f. L. n * Orestes] Frater, vt autumo, L. Orestis, quem biennio antè Quæstorem posui: eos enim tamquam fratres more suo coniungit ita in Bruto
 M. Cicero: Multæ sunt, inquit, Sp. Albini orationes, sunt etiam L. & C. Aureliorum
 Orestarum, quos aliquo video in numero oratorum fuisse. De Sp. Albino Magno & L. Oreste Consularibus Ciceronem loqui opinor: quare fit quoque verisimile, non omnino sine magistratu fuisse C. Orestem; cum causas egerit, & orator haberetur, quod ambitiosorum esse solet.

M. Plautius L. f. * P. n. * Hupsæus. Per honorum gradus ad Consulatam peruenisse reperimus, & L. filium declarat nummus argenteus, quem in eius Ædilitate curuli cusum adducam.

M. Fuluius M. f. Q. n. Flaccus. Qui de Liguribus postea Procos. triumphauit, & Gracchanæ seditionis contagione cum duobus filiis periit. Tyrannici spiritus Consulem vocat Valerius Max. lib. ix. cap. v. Hunc Cicero inter mediocres oratores collocat, atque eius vt studiosi litterarum scripta extitisse, refert in Bruto. Nomen eius ex Triumphalibus Capitolinis descriptum est.

P. Furius Cn. f. * P. n * Philus. Eius extant pulcherrimi denarii cum Iouis capite laurea coronati, sub quo fulmen trifidum; item cum mensa sacra, in qua duæ erectæ coronæ. Adscriptum est nomen, P. FVRIVS. CN. F. PHILVS. EX. S. C. Coronæ videntur indicare, ludorum Capitolinorum in memoriam cusos hos fuisse.

M. Pomponius M. f. M. n. Matho.] Cuius patrem Prætorem adduximus ann. dxcii. ex A. Gellio & Suetonio.

[M. Fuluius M. f. M. n. Nobilior.] Eius pater Cos. ann. dxciv. auus Cos. & Cenfor fuerat, & de Ætolis insignem triumphum ab Ennio poeta celebratum duxerat, vt suis in annis recensui.

[Cn. Fuluius Cn. f. Q. n. Gillo] Patre Prætore, qui Præturam gesserat anno dxxcvi. vt ex Liuij xlv. diximus.

[Ti. Sempronius Ti. f. // n. Musca] Patrem huius nominat Liuius lib. xlv. inter v. viros agris dirimendis è Senatu constitutos.

Prouinciæ prorogatae.

Q. Cæcilius Q. f. L. n. Metellus. Macedonicus. Procos. Hispaniam. cetero-rem. in. aduentum. successoris. Q. Pompeij. Cos. obtinuit. Nam auctor est Appianus in Iberica, Q. Pompeium serius in prouinciam venisse, & hiemis extremo pri-

Exercitus à Metello Procos. Q. Pompeio successori relicti.
Res gesta Q. Fabij Procos. in Hispania vltiore.
A Viriatho victus & obsessus pacem facit.

Pacis conditiones.

Orosius discrepat.

mum accepisse exercitum à Q. Metello Procos. in quo peditum xxx.∞. equitum duomilia bene peritorum & exercitatorum militum fuere.

Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus. Seruilianus. Procos. Hispaniam. vltiorerem. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Magnam Lusitaniæ partem, expugnatis aliquot vrbibus, in deditionem recepit. Conobam latronum ducem cum cepisset, ipsum quidem dimisit, sed eius focius transfugis manus præcidit. Viriathum insequutus, & oppido Erisana inclusum obsedit: qui eruptione facta Seruiliani exercitum ab obsidione fugauit, ac partem eius in aspera & prærupta loca compulsam obsedit ipse. Cuius occasione victoriæ beneficio potius sibi demerendum Romanum existimans, pacem petiit, & à Seruiliano conditionibus æquis obtinuit, Vti focius & amicus populi Romani esset, quiq; arma eius secuti essent, quæ quisque possederat, teneret. Quam pacem à populo Romano conprobatam obtinuisse scribit Appianus, sed non diuturnam fuisse. At Epitome Liuiana libri LIIII. Q. Fabium Procos. dicit rebus in Hispania prosperè gestis labem imposuisse, pace cum Viriatho æquis conditionibus facta. Vide quæ de his Orosius lib. v. cap. iv. vbi non transfugis, sed deditis in fidem ciuitatum principibus quingentis Fabium manus præcidisse scribit. Appiano tamen magis consentiunt Valerius Max. lib. II. cap. vii. de disciplina militari, & Iul. Frontinus Stratagematum libro quarto.

.. .. f. .. n. .. Propr. Galliam. prorog. imp. obtinuit.
 M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. Porcina.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

.. .. f. .. n. .. Q. Metelli Procos. in. Hisp. citeriore.
 f. .. n. .. Q. Fabi. Procos. in. Hisp. vltiore.
 f. .. n. .. Propr. in Gallia.
 f. .. n. .. Pr. in Africa.
 f. .. n. .. Pr. in Achaia.
 f. .. n. .. Ostiens. f. .. n. .. * Lucerinus *
 C. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. L. Rutilius. L. f. .. n. Lupus.
 L. Furius * C. f. Cn. n. Brocchus * [C. Claudius. Ap. f. C. n. Centho]
 M. Volteius M. f. .. nepos. [Cn. Licinius Cn. f. .. n. Nerua.]
 [L. Cornelius P. f. .. n. Sifenna.]

ANNI P. R. C. DCXIII.

Consules.

C. Lælius C. f. C. n. Sapiens. Q. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio.

L. Crassus orator natus.
M. Antonius orator quando.
Plutarchus vncillat & prauaricatur de repulsa prioris anni C. Lelij.
Aliter Lælius ipse apud Cicronem de amicitia, vt antiè dictum.

Prouincia Consulares.

SEQUUNTUR Consules in tabulis Græcis, quamuis incorrectissimè scripti, Cæpio & Lælius, in Cassiodoro & Mariano Q. Cæpio & C. Lælius, quemadmodum nominantur & in Obsequente, qui Ætnæ montis incendium & quædam prodigia recenset. Sic in Ciceronis Bruto, vbi L. Crassum oratorem his Coss. natum, & triennio minorem M. Antonio fuisse dicit: quem Ap. Pulchro & Q. Macedonico Coss. natum hinc cognoscimus. Frontinus de aquæductibus C. Lælium & Q. Seruilium Coss. exprimit. Ex his Q. Cæpionem Consulibus priore anno Cn. Cæpionis & Q. Fabij Seruiliani Procos. fratrem germanum fuisse ex Appiano constar, vt supra declarauimus: & C. Lælium anno superiore, quamuis suffragante P. Africano, repulsam passum ex Plutarchi Apophthegmatibus dixi. In Politicis tamen idem Auditor scribit aliter, ex aliorum fortasse sententia vt argumento suo seruiret, exemplum: C. Lælium scilicet Q. Pompeio competitori spontè cessisse, atque anno deinde circumacto, saluis amicitia vinculis Pompeij ope voti com potem, ac Consulem factum. Sed quid? absens in Hispania Pompeius, Lælio Romæ candidato suffragator adesse potuit? certè minimè verisimile est, & comitia Consularia in hunc annum, ipso absente, ab eius collega Cæpione fuisse habita magis credo. Alteri igitur sententiæ potius accedo, deceptum Lælium à Pompeio fuisse.

De C. Lælij Cos. prouincia nil occurrit certi, quem Romæ mansisse, atque Italiam prouinciam pacatam sine exercitu obtinuisse opinari possumus. Q. Cæpioni Hispania vltior

vterior obuenit. Q. Pompeio Procos. in citiore prorogatum est imperium. Vtrobique non magna cum laude pugnatum est. Q. Cæpio Cos. in primis cum ad exercitum in prouinciam venisset, otij impatiens, pacem à Q. Seruiliano fratre suo factam improbauit, & pactis rescissis bellum in Lusitania cum Viriatho renouauit. Fugientem ac tergiuersantem hostem cum aliter assequi & in potestatem redigere non posset, corruptis pecunia quibusdam eius amicis, per insidias ac fraudem occidi curauit. Victoriâ hanc emptam pecunia Senatus probare non potuit. Hæc omnia Lætor diffusius ex Apiani Iberica, Liuij Epitoma lib. LVIII. L. Floro lib. II. cap. XVII. Orofio lib. V. cap. IV. Eutropio, Valerio Max. lib. IX. cap. VI. & Auctore de viris illustribus in Viriatho, discere poteris.

Pacem à fratre Seruiliano factam rescissit Cos. Seruilius.

Viriathum per proditores emptas occidi curauit.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Urbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit.

L. Cornelius * Ser. f. Ser. n * Lentulus. De Anionis aqua in Capitolium perducenda ad Senatum rettulit, vt apud Iulium Frontinum de aquæ ductibus libro primo scriptum est. Cum enim ante triennium, Ap. Claudio, Q. Metello Coss. de ea re x. virum iussu à M. Lepido Pr. fuisset actum, eandem his Coss. C. Lælio & Q. Seruilio retractatam ait à L. Lentulo. Sed vtroque tempore vicisse gratiam M. Titij, atque ita esse in Capitolium Marciam aquam perductam.

Aqua Marcia in Capitolium perducta.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // .

Peregrinam. iurisd. & Quæstiones. publicas. fortiti. obt.

L. Calpurnius * L. f. C. n * Piso. Frugi. C. Ælius * T. f. Q. n * Tubero.
 Q. Calpurnius C. f * C. n * Piso. Ser. Fuluius * Q. f. Cn. n * Flaccus.
 P. Gallonius // . f. // . nepos.

Repetundarum reus est factus D. Iunius Silanus Manlianus, Prætor qui fuerat, per Macedonum legatos quod pecuniis acceptis prouinciam spoliasset. Et cum Senatus de eorum querelis ex lege Calpurnia cognosci vellet, T. Manlius Torquatus Silani pater naturalis petiit, impetrauitque cum summo consensu amplissimi ordinis, & eorum qui questum venerant, vt non Prætori, vel alteri cuiquam, sed sibi cognitio causæ mandaretur. Qui domi auditis testibus, per biduum cognitioni vacauit; & tertio die filium condemnauit, & protinus è conspectu suo arbire iussit. Silanus tam tristi patris sententia percussus, lucem diutius non sustinuit, suspensioque proxima nocte vitam finiuit. At ille nec filij exequiis interfuit, & cum maximè funus duceretur, domi sedens consilere se volentibus ex instituto suo vacuas aures præbuit. Hæ pulchrè Cicero de finibus libro primo, Valerius Max. lib. V. cap. VI. Liuij Epitome lib. LIV.

Repetundarum ex Macedonia quaestio.

Seuera iustitia Manliana. Pæna culpæ sponte sequitur.

Prætores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . Galliam. // . // . // . f. // . n. // . Siciliam
 // . // . f. // . n. // . Sardiniam. // . // . // . f. // . n. // . Africam
 // . // . f. // . n. // . Achaïam. // . // . // . f. // . n. // . Macedoniâ
 Prouincias. fortiti. obtinuere.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. P. Furius * P. f. P. n * Philus.
 Sex. Atilius M. f * C. n * Serranus. [L. Duronius L. f. // . nepos.]
 [C. Popillius C. f. P. n. Lænas] [Sex. Albius C. f. // . n. Carrinas]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

P. Licinius P. f. P. n. Crassus. Mucianus. Hunc Ædilem curulem fuisse non dubito, cum fuerit inter sui temporis optimatum quasi primus ac ferè maximus: quem Sempronius Asellio, & alij plerique scriptores Romanæ historiæ, tradiderunt habuisse quinque bonarum rerum maxima & præcipua, quemadmodum antè in eius Quæstura decla-

Ser. Galba orator P. Crassi Muciani affinis, & suffragator in Ædilitatis peritione.

M. Pacuuius & L. Attius poeta tragicus eodem hoc anno fabulã Ædilibus de dère.

*Malè Crinitus de Poëtis lib. 1. in Pacuij vita ex eodem Tully loco deprauati exemplaris culpa Pacuuium & Attium * ijsclè in Ædilibus docuisse.*

L. Attius poeta quando natus.

P. Crassi Muciani magnificèntia liberalis.

declarau. Hæc quidem facillè mihi persuadent, ipsum magnificentissima Ædilitate functum : quam petiisse cum celebri & magna nobilium cognatorum affectatione, demonstrat Cicero de oratore libro primo, dum inter alios cum illo in campum descendisse scribit Ser. Galbam oratorem Consularem ac maiorem natu, quòd affinis eius esset, & Crassus filiam Caio filio suo despondisset. Cùm autem hic annus Ædilitatis Crassi sit, vt ex eius alijs magistratibus colligere est, & ex M. Tullij verbis, quæ in eius Bruto de claris reperio, discam, duos insignes & celebres poëtâs tragicos M. Pacuuium & L. Attium eiusdem anni Ædilibus docuisse fabulam, ludis eorum scenicis Romæ populo exhibendam: facillè inducor, vt opiner, Crassi istius auspicijs atque sumptibus hoc factum fuisse. Verba Ciceronis hæc sunt: *Quamquam id omnibus vlti venire necesse fuit, quibus paulò longior vita contigit, vt & cum multò maioribus natu, quàm essent ipsi, compararentur.* Vt Attius * iisdem Ædilibus ait se & Pacuuium docuisse fabulã; cùm ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. L. Attium poëtâ Mancino & Serrano Coss. fuisse natum, Eusebius auctor est in suo Chronico, vrbis scilicet anno DCCCIII. Erat igitur annorum triginta, cùm his Ædilibus fabulam doceret, & M. Pacuuius annis quinquaginta senior, vt vult Cicero, qui iisdem Ædilibus & ipse fabulam docuit. Itaque ditissimi doctissimiq; P. Crassi Muciani liberalitas atque magnificentia celeberrimostotius Italiæ Comœdiarum Tragœdiarumq; scriptores ad instruendam ludorum scenam maximis præmijs euocauit, sicut florentissimi imperij Romani gloriosa maiestas volebat, cum quamul tum temporis ingeniorum cultus, litterarum atque omnium artium bona studia in immensum creuere.

P. Pupilius C. f. P. n. Lænas. P. Pupilius P. f. P. nepos.

* C. * Calpurnius * L. f. L. n * Pifo.

Tribuni plebis.

..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..

Memmialex de reis postulandis.

Reipublica causa absent non postulandi.

M. Antonius orator.

C. Caesar.

P. Vatinius.

Caput Memmia de Kalumnijs.

Ciceronis nodus explicandus.

C. Memmius * C. f. L. n. Gallus * Legem de accusatone, reis faciundis, calumniæque pœna tulit. Cuius plura fuisse capita, ex Cicerone & alijs intelligimus. Nam eorum in primis, qui Reip. causa abessent, nomina inter reos recipi vetabat, vel etiam in quæstionibus publicis. Huius quidem capitis beneficio vti noluit, innocentia sua fretus, M. Antonius orator, cùm Quæstor in Asiam iturus Brundisij intellexisset incesti se postulatam esse, ad causam dicendam inde Romam recurrit, vt Valerius Maximus lib. III. cap. VII. disertè scribit, & nos postea latius adferemus. Contrâ C. Cæsar, qui Dictator postea cùm in prouinciam post Consulatum anno DCXCV. abituriret, à L. Antistio Trib. plebis reus factus ob multa in Consulatu contra leges acta, Memmiam huius legis beneficio iudicium euasit, vt auctor est Suetonius. Accusatur à M. Cicerone P. Vatinius, quòd reus factus Tribunos appellarat, cùm legationis suæ beneficio iudicium recusare potuisset. Cur igitur, inquit, cùm legationis perugio, quod lex Memmia tibi dabat, vti nolueris, postea ne causam diceres, Tribunos plebis appellasti? Eiusdem, opinor, legis alio capite calumniatoribus pœnam fuisse constitutã, colligere possumus ex Ciceronis oratione pro Sex. Roscio Amerino, quam minatur accusatori C. Erucio, cùm dicit pecunia eum adductum esse ad accusandum. Quid ergo est? inquit. Ita tamè quæstus te cupidum esse oportebat, vt horum existimationem, & legem Memmiam putares aliquid valere oportere. Quæ verò hæc pœna fuerit, non diu post insinuare viderur, Erucium ac mendaces alios accusatores, temerè quæstus causa periculum innoxii creantes, acerbissimè reprehendens, cùm dicit: Crura quidem vobis nemo suffringet: sed si ego hos benè noui, litteram illam, cui vos vsque eò inimici estis, vt etiam eos omnes * oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. Atqui varietas exemplarium difficilem nodum nobis ostendit, sed an à quopiam sit explicatus rectè satis, addubito. Plures doctos in eo laborasse, scio: & locum corrigendo vel explicando variasse verba non nihil, sententia tamen non mutata. Nam vbi codices vulgati plures habent (etiam vt eas omnes oderitis) alij verò (illas omnes) duo nostri sæculi lumina, Dionysius Lambinus, pro (illas) vel (eas) (alias omnes) legere maualt; Hadrianus autem Turnebus vculas istas profus omittit, & quod in idem redit, ita Ciceronis verba proferre,

ferre, (vt etiam omnes oderitis.) Et volunt ambo, quòd obliquè Cicero notet C. Erucium & eiusmodi calumniatores alios, vt indoctos ac à litteris alienos, nimirum qui vnus litteræ ob causam pœnæ nomine inurendæ litteras omnes odio haberent. Ceterum animaduerto, Ciceronem in eadem oratione paullo superiùs hunc suum aduersarium C. Erucium studiosum ac doctum fateri, vbi sic ait: At natura certè dedit, vt humanitatis non parum haberes. Eò accessit studium doctrinæ, vt ne à litteris quidem alienus esses. Rursus in Bruto de claris oratoribus, vbi illius mentionem facit, accusatorem veterem quidem vocat, sed ingenio, litteris, & facundia demonstrat excelluisse. Librarij tamen eius nomen in exemplaribus perperam ac imperitè C. Rufus vel Rufcius exararunt. Alio igitur ioco falso perstrinxisse calumniatores ac Erucium Tullius mihi videtur. Et vt hoc opiner, vetustioris editionis exemplaria quædam me inuitant, quæ Ciceronis eadem verba sic produnt, (vt etiam calumnias oderitis:) sic citantur etiam in Lexico iuris edito Colonix per Io. Gymnicum anno ∞. DCCCIII. in explicatione legis Memmiæ, de qua nunc agimus. Et quamuis hæc esse deprauata non dubitamus, apparent tamen nobis, quasi sub cineribus, prisca ac genuinæ scripturæ quædam emicantes scintillulæ in illa voce (calumnias:) eam si mutauerimus in (Cal. omnes) vel (Kal. omnes) antiquo scribendi more, replendebit elegans Ciceronis iocus in Erucij ac sycophantarum similibus æ alienum ac debita, quæ singulis Kalendis exigi solebant à creditoribus. Hinc celeres, quòd debitoribus nimis citò venirent, eleganter ab Ouidio pœta vocantur lib. II. de remedio amoris:

*Qui puteal Ianumq; timet, celeresq; Kalendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.*

Sic ab Horatio tristes ab effectu dicuntur Saturæ tertiæ libri primæ:

Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ.

Tristes.

Nam tristes ac miseros faciunt, qui soluendo non sunt. Salsè ludens igitur Cicero, transuersim duplici scommate suggillat C. Erucium & aduersarios, tamquam calumniatores & nimium obratos, qui eius incommodi culpa fidem ac omnia iura lucro postponant; dicens vni litteræ, scilicet propter calumnias, capiti (vt asserit) à iudicibus assignandæ: Kalendas autem ipsis inuisas esse propter debita quæ soluere non poterant. Hæc quidem vera mihi videtur Ciceroniani huius loci sententia. si fallor, humanum est, & danda venia. Equidem eruditissimi Lambini in opinionem inclinor omnino, K. litteram Kalumniarum pœnariam notam fuisse, non C. quæ indicium erat in damnatoriis sententiis dandis, vt auctor est Pædianus. Itaque K. littera sycophantæ mendacis fronti inuisa, notabat ipsum in calumnia deprehensum atq; damnatum fuisse. Antiquos enim non per C. sed per K. notasse atque scripsisse ea nomina, quæ hæc littera sola posita significabat, vt sunt Kalendæ, Kalumnia, Kaput. Auctores habemus Grammaticos non infimæ classis, vt Diomedem, qui libro secundo, K. consonans, inquit, muta superuacua est: vt mur, quando a corrupta sequitur, Kalendæ, Kaput, Kalumniæ. Idem ferè, sed explicatiùs, hoc scribit Q. Terentius Scaurus in eleganti libello de Orthographia ad Thefeum quemdam suum, K. Græcam, ait, litteram quidam superuacua iudicauerunt, quoniam vice illius fungi C. fatis posset: sed retenta est, vt quidam putant, quoniam notas quasdam significaret, vt Kæsonem, vt Kaput, & Kalumniam, & Kalendas. Hac tamen antiqui in connexionione syllabarum ibi tantum utebantur, vbi a. littera subiungenda erat. Astipulatur his etiam Quinctilianus oratoriarum institutionum lib. primo, qui K. litteram inter redundantes numerat, & esse quorundam nominum notam affirmat. Hac igitur lege Memmia introductum fuisse videtur (cum paullo antè Cicero dicat, iudicium existimationem & legem Memmiam aliquid valere oportere, & postea eosdem iudices Erucio & reliquis aduersarijs litteram illam calumniatorum capiti affixuros esse minetur,) Vti quem scientem volentemque dolo malo controuersiam innoxio fecisse deprehendissent iudices, eum, constituto iudicio, damnatum K. littera, Kalumniæ nota in fronte notarent, vt in posterum ab actionibus criminalibus atque iudiciis publicis arcerentur. Quod etiam indicant Ciceronis verba, cum dicit: Vt postea neminem alium nisi fortunas vestras accusare possitis. Adducor igitur facile, vt cum Vlrice Zasio sentiam, nimirum mendosè legem istam in Iuris ciuilis Pandectis Rhemmiam vocari. Non enim de alia, quam de qua iam Cicero, loqui videtur Vlpianus L. 1. ff. ad S. C. Turpilianum, vbi sic ait: Calumniatoribus pœna lege * Memmia irrogatur: sed non utique qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nec de alia Papinianus L. Quæsitum. ff. De testibus: quamuis & ibidem librariorum culpa malè Rhemmia legatur, vbi disceptat, an nota dicti criminis ambusti testimonium dicere possint: censetque demum præclare, similibus præferri debere semper integræ frontis homines. Eius quidem verba, cum ad

Ciceronis in Bruto locus.

Detegitur latens scriptura vitii. Kalendæ omnes obratas inuise. Celeres.

Duplex Ciceronis in C. Erucium scomma.

K. littera Kalumniatorum pœnaria nota. C. littera condemnationis indicium.

K. littera fronti inuisa. Quæ per K. vocabula Latina soleant antiqui scribere.

Kaput legis Memmiæ.

Vlpiani locus. Rhemmia malè in vulgatis. Papinianus locus.

* Rhemmia
malè in
vulgata.

* v. e. præ-
pendere, for-
tè melius;
quasi plus
astimare, vel
prapoderare.

Talionis ho-
stimentum.

Plinij Iunio-
ris locus mè-
dojus.

rem faciant, adferre non pigebit: Quæ situm, inquit, scio, an in publicis iudiciis calumniæ damnati testimonium iudicio publico perhibere possint. Sed neque lege Memmia prohibentur: & leges Iuliæ de vi, repetundarum, peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt. Verùm tamen, quod legibus ommissum est, non omittetur religione iudicantium; ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integre frontis homo dixerit, * perpendere. Quibus postremis verbis insinuat satis, calumniæ damnatos lege Memmia, non integræ, sed perfriçtæ vel pertusæ frontis, nec bonæ fidei esse vel haberi debere. Istam verò calumniatorum pœnam multis postea temporibus Romæ, vel ad Traiani vsque tempora vsu obseruatam fuisse, cognoscimus ex C. Plinij Iunioris Panegyrico: vbi laudat Imperatorem Traianum, quod scycophantarum similibus pœnas legibus edictisve suis aggrauasset, & ad talionis hostimentum ferè reduxisset. Eius verba sunt hæc, vbi de delatoribus ab ipso coërcitis agit: Quos quidem nõ in præsens tantum, sed in æternum repressisti, mille pœnarum indagine inclusos. Ereptum alienas pecunias eunt? perdent quas habent. Expellere penatibus gestiunt? suis exturbentur: neque vt antea, exanguem illam & ferream frontem conuulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant: sed spectent paria præmio damna, nec maiores spes quam metus habeant, timeantque quantum timebantur. Hæc facundè quidem Plinius: sed eius ista verba (sed spectent paria præmio damna) satis obscura, mendum occultare videntur. Adrianus Turnebus, mutans verborum ordinem, sic legit, (sed spectent paria damno præmia:) eadem nihilominus manet sententiæ obscuritas. Si coniecturæ locus aliquis esse poterit, vulgata lectio mihi sic corrigenda videbitur, (sed spectent paria in prælio damna,) vt prælium translatiuè vocet accusationes illas calumniatorias, quemadmodum Tullius ad Atticum scribens, acriter & vehementer se præliatum dicit, quamdiu Senatus auctoritas defendenda fuit, libro epistolarum primo. Verùm hæc ad legem Memmiam multis forsitan nimis multa.

- C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus. M. // * M. f * // . n. Perperna.
- M. Aquillius M. f. M. nepos * C * Liuius * C. f. C. n * Salinator
- C. Perfius * C. f. C. n. Flaccus * [Q. Antonius Q. f. // . n. Balbus]
- [Q. Trebellius Q. f. Q. nepos] [M. Flavius M. f. L. nepos]
- [A. Sempronius Ti. f. // . n. Musca]

Quæstores vrbani.

// . // . // . f . // . n . // . // . // . // . f . // . n . //

Quæstores prouinciarum.

- // . // . // . f . // . n . // . Q. Seruili. Cos. in. Hisp. vltiore.
- // . // . // . f . // . n . // . C. Læli. Cos. in * Italia * Ostiens *
- // . // . // . f . // . n . // . // . // . Pr. in. Macedonia.
- // . // . // . f . // . n . // . // . // . Pr. in. Africa.
- // . // . // . f . // . n . // . // . // . Pr. in. Achaia.
- // . // . // . f . // . n . // . * Lucerinus *

C. Sextius C. f. C. n. Caluinus. Nomen eius sic exsculptum reperitur in columnis triumphalibus Capitolinis, in quibus ipsum Procus. de Salluis triumphasse legimus. Meminit illius Cicero de claris in Bruto, ipsum ingenio & sermone eleganti, valetudine incommoda fuisse scribens.

P. Rutilius M. f * P. n. Rufus * Tribunum plebis hunc prodit Cicero de oratore lib. primo, vt postea constabit. Marci filium verò vocat ad differentiam alterius P. Rutilij P. f. Rufi, qui item sequetur.

L. Cornelius * L. f * // . n. Cinna. Pater hic est, vt ex annorum interstitio colligimus, crudelissimi illius L. Cinnæ, bello civili Mariano in Consulatu quarto occisi, qui in Capitolinis marmoribus L. F. L. N. scriptus legitur. Et hic per magistratum gradus ad Consulatum peruenit.

C. Cassius * C. f. C. n * Longinus. Patre natus Consulari atque Censorio, vt ex intervallo temporis conicere est. Censuram gesserat pater anno DXXIX. hic verò Consul fuit ann. DCXXIX. Eius videntur esse denarij cum Romæ capite & Victoria in biga, cum titulo, C. LONGIN. C. F.

L.Hortensius * L. f. M * nepos. Cuius pater fortasse fuit L.Hortensius, quem Prætozem memorat Liuius lib. XLIII. vt suo loco diximus in ann. DXXCIII. Extant etiam denarij bigati cum Romæ capite consueta nota, cusi, vt apparet, in Quæstura; in quibus eius nomen ita: L. HORTEN. L. F. Auum fuisse Q. Hortensij oratoris, insinuat quodammodò temporis spatium intermedium.

[M. Iuuentius M. f. T. n. Thalna.] Eius patrem in Sardinia dum Consul bellum cum Corsis gereret, repentina morte decessisse, annotaui in ann. DXC. ex Plinio & Valerio Max.

[Q. Opimius Q. f. Q. nepos.] Huius item pater Consul reperitur in ann. DXCIX. vt suo loco videre est.

[C. Antistius C. f. Sex. n. Labeo.] Patrem ipsius anno DXXCVI. recenset Liuius libro XLV. inter decem legatos è Senatu lectos ad constituendam Macedoniam à L. Emilio Paulo, rege Perseo cum liberis capto, subactam.

Prouinciæ prorogatæ.

Q. Pompeius A. f. // . nepos. Procos. Hispaniam. citeriorem prorogato. in annum. imperio. obtinuit. Termantiam frustra oppugnauit, & ab hostibus sæpè victus & repulsus est. Numantiam deinde volens obsidione & penuria premere, dum flumina tentat incassum auertem, damnis haud contemnendis atteritur: & aduersis præliis hieme tota fractus, morbis etiam debilitato exercitu, cum successorem venturum intelligeret, ne nihil egisse videretur, secretò cum Numantinis, inscio Senatu populòque Romano, pacisci cœpit. Nec spreuere condiciones Numantini, facileque conuentum est, Vti palàm pro maiestate imperij Romani per legatos sese dederent, obsides darent, & transfugas redderent, argenti triginta talenta duabus pensionibus soluerent. Quibus acceptis, successorem belli metu liberatus expectauit. Appianus Alexandrinus hæc in Iberica diffusius scribit: Liuij Epitome lib. LIV. Orosius & Eutropius breuiter attingunt. // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. Galliam. prorog. imp. obtinuit.

Q. Pompeij res cum Numantinis turpiter gesta.

Conditioes pacis priuatum tractata.

M.Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. Porcina.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

- // . // . // . f. // . n. // . Q. Pompeij. Procos. in. Hisp. citiore.
- // . // . // . f. // . n. // . // . // . Propr. in Gallia.
- // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sicilia.
- // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Sardinia.
- // . // . // . f. // . n. // . // . Calenus.

P. Furius. Cn. f. * P. n. * Philus. L. Furius * C. f. Cn. n. Brocchus.
 [M. Pomponius M. f. M. n. Matho] [M. Fuluius M. f. M. n. Nobilior]
 [Ti. Sempronius. Ti. f. // . n. Musca.]

ANNI P. R. C. DCXIV.

Consules.

Cn. Calpurnius * L. f. L. n * Pifo. M. Popillius M. f. P. n. Lænas.

CONSULES afferuntur in Græcistabulis Lænas & Pifo; in Cassiodoro & Mariano Scoto Cn. Pifo & M. Popillius: at Valerius Max. lib. primo cap. tertio M. Popillium Lænatem & L. Calpurnium hos Consules nominat; sed mendum librarij suspicor in Calpurnij prænomine, quem alij Cneum Calpurnium vocant.

Consulibus prouinciæ decretæ videntur Italia & Hispania citerior. Et hæc quidem M. Popillio obuenerit: in vltiore autem Q. Seruilio Cæpioni Procos. prorogatum imperium fuit. Cn. verò Pisonem Cos. cui Italia obuenerat, colligo ex antiquis denariis agros ex. S. C. veteranis assignasse & diuisisse cum imperio; sed vbi, non liquet. Nam in his videmus Romæ caput matronali velo & corona turrata pulcherrima decorum, cum adiunctis litteris, ROM. vti noscas ipsam esse matrem siue metropolim multarum vrbiū atque coloniarum. In altero denariorum latere stat togatus Cos. in suggestu expansa

Prouincia Consulares.

Veteranis emeritis agros diuisis Cn. Pifo Cos.

Roma metropolis.

dextera, tamquam concionaturus, decempedam vel metatorum baculum sinistra tenens; & ab utroque eius latere stant erecti fasces & secures Imperij insignia, ex quibus dependent singulæ coronæ: adscriptus titulus, CN. PISO. COS. EX. S. C. Vide typum numismatis in Huberti Goltzj Fastis Consularibus.

M. Popillius Cos. in Hispaniam citeriorem veniens, ut Q. Pompeio succederet, ægrè se ferre demonstrat, quòd Senatus iniussu pecuniaria pactione cum Numantinis pacem inire festinaisset. Pompeius autem sibi metuens, mox còsulus successoris præsentia, negare se quidquam certi cum Numantinis pepigisse, hi autem testibus qui fœderi adfuisse fide dignis confirmare. Popillius Numantinos Romam legatos, qui cum Pompeio disceptarent, mittere iussit. Res in Senatu variis agitata sententiis. Visum tandem, fœdus iniussu Senatus ac populi Romani factum infringere, & bellum renouare. De Pompeio autem, qui suo arbitratu cum Numantinis fœdus fecerat, hostibus dedendo, cum populo constat actum ex auctoritate Senatus fuisse: sed à quonam magistratu, obscurum est; cum tamen fœdus à se factum constanter negaret, & multum deprecaretur, plebis gratia & fauor ipsum impunitum habuit, ut Velleius Paterculus libro historiarum secundo testatur. Hinc de re eadem pulchrè Tullius Officiorum tertio, de C. Hostilio Mancino, qui legem de se Numantinis dedendo suaserat ipse, verba faciens: Honestius, inquit, hic quàm Q. Pompeius: quo, cum in eadem causa esset, deprecante, accepta lex non est. Libro autem de finibus bonorum & malorù secundo, Q. Pompeium callidè improbum iudicat, quia fœdus Numantinum, quod fecerat, sit inhiatus. M. Popillius Cos. interea bellum in Hispania renouans, Lusonum, qui Numantinis finitimi erant, fines ingressus, nil magni gessit, sed re infecta discedens, reduxit exercitù. Auctor Appianus Alexandrinus in Iberica

Q. Pompeius perfidiam suam mendacio tegere conatur.

De Pompeio more maiorù hostibus dedendo, cum populo fuit actum. Precibus & plebis fauore penas euasit.

M. Popillius Cos. nihil magni bello gessit.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. iurisd. fort. obtinuit.

Peregrina religiones Roma atq. Italia pulsa.

C. Cornelius * Cn. f. L. n * Scipio. Hispallus. Peregrinam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Edicto Chaldaeos Astrologos intra decimum diem abire ex vrbe atque Italia iussit. Et qui Sabazij Iouis cultu simulato mores Romanos inficere conabatur, domos suas repetere coëgit: Valerius Max. libro primo cap. 111. vbi hos nominat Consules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstiones. rerum. capitalium. fortiti. obtinuere.

C. Fuluius * Q. f. Q. n * Flaccus. T. Tidius. Sex. f. // . nepos.
C. Licinius * C. f. C. n * Crassus. [C. Furius C. f. Cn. n. Brocchus]
Ser. Sulpicius * Ser. f. Q. n * Paterculus.

Prætores prouinciarum.

L. Pisonis Frugi Pr. abstinentia laudatissima.

L. Calpurnius * L. f. C. n * Piso. Frugi. Siciliam. fortitus. obtinuit. Pecuniæ ex ærario à Senatu ad annonam vrbi comparandam ipsi depromptæ reliquum, cum præter spem vilius in Sicilia frumentù emisset, Romam ad ærarium remisit. Meminit Cicero in frumentaria contra Verrè, his verbis: Si (quod L. Piso ille Frugi, qui legè de pecuniis, repetundis primus tulit) cum emisses, quanti esset quod supererat pecuniæ, retulisses. Ex quo solo loco colligere est, Siciliae Prætorem hunc fuisse, cum abstinentiæ Pisonianæ hoc exemplo grauitè fuggillet Verrem eiusdem prouinciæ Prætorem, furem iniquissimum.

//. // . f. // . n. // . Galliam. // . // . f. // . n. // . Sardiniam
//. // . f. // . n. // . Achaiam. // . // . f. // . n. // . Africam
//. // . f. // . n. // . Macedoniam

Prouincias. fortiti. obtinuere.

C. Ælius * T. f. Q. n * Tubero. P. Gallonius // . f. // . nepos.
L. Cornelius * Ser. f. Ser. n * Q. Calpurnius C. f * C. n *
Lentulus Piso

Ser. Fuluius * Q. f. Cn. n * Flaccus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Valerius * C. f. P. n * Flaccus. [L. Cornelius. P. f. // . n. Sifenna]
Flamen. Martialis.

Ædi-

Ædiles plebis.

L. Rupilius P. f. P. nepos. M. Cosconius * M. f. M. n * nepos.

Tribuni plebis.

* A * Gabinius * A. f * // . nepos. Homo ignotus & fordidus, vt eum depingit Cicero de legibus libro tertio. Is legem tabellariam primus de magistratibus mandandis tulit, Vti tum populus non voce, vt antea, sed per tabellam obfignatam, nullo inimicitarum metu obstante, suffragium ferret. Et quò libertas maior esset, cautum quoque, Ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret. Quam legem Cicero iam dicto loco, tum etiam in Lælio de amicitia, biennio ante legem Cassiam tabellariam fuisse latam adfirmat, omnemque optimatum auctoritatem abstulisse dicit; latebra populo data, in qua bonis ignorantibus, nimis liberè tabella sua suffragium vitiosum occultaret. Erat itaque popularibus prauis, vt tabella sensim se ingesserit in omnia suffragia, maximisque reipublicæ negotiis turbandis instrumentum commodum sæpissimè fuerit, vt suis locis apparebit.

Gabinia tabellaria lex prima.

Lex optimatum auctoritatem concutans, & discordiarum fomes.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Afellus. P. Africano Æmiliano, qui equum eidem Censor ademerat, vt antè dictum est, & ærarium fecerat, dieni ad populum dixit, quasi iniquè & per iniuriam ab ipso Censore notatus ignominia fuisset. Sed Africanum reum neque barbam desuisse radi, neque non candida veste vt, neque produisse cultu reorum solito, refert A. Gellius Atticarum Noctium libro tertio cap. 1111. ex libris de vita P. Scipionis Africani Æmiliani compositis. Idem Gellius lib. 11. cap. xx. citat orationem P. Scipionis Æmiliani quintam contra Claudium Afellum ad populum, qua videtur vel Censor eum accusasse, vel reus hoc anno se contra Tribunum defendisse. Meminit huius actionis item Cicero de oratore lib. 11. rem obscuram & latentem, arguta quadam significatione obiter & obliquè significari posse docens: vbi dicit exempli causa Scipionem Africanum accusatori Afello respondisse, cum is inter alia obijceret Lustrum infelix, quod ipso Censore conditum erat. Noli, inquit, mirari: is enim qui te ex ærariis exemit, Lustrum condidit, & taurum immolauit. Igitur admodum facetè Scipio culpam infelicitatis publicæ cum suo collega, tum prauis Afelli moribus imputauit: aded vt religione obstrinxisset ciuitatem L. Mummius Censor videretur, qui Ti. Afellum à Scipione non immeritò notatū ignominia leuasset. Extant etiam apud A. Gellium lib. Noctium quarto cap. xv 11. de eadem re Lucilij poetæ versus citati ex libro eius xi. tales:

Accusatus P. Scipionem Afellus Tribunus plebis. Scipionis magnanimitas.

P. Scipionis Æmiliani orationes contra Ti. Claudium Afellum.

Infelicitas à publica causa à se reijcit Æmilianus in collegam iustitia præuaticatorem.

Scipiada magno improbus obijciebat Afellus, Lustrum illo Censore malum infelixq; fuisse.

Et quamuis reliqui versus desiderentur, quia tamen distichon hoc ad præsentem historiam facere videtur, hoc prætermittere nolui.

Cn. Octavius. Cn. f. Cn. nepos. T. Annius * T. f. T. n. Lufcus * Rufus
 [Sp. Lucretius Sp. f. Sp. n. Gallus] [L. Villius L. f. L. Tappul. Annalis]
 [Q. Marcius Q. f. Q. n. Ralla] [L. Publilius L. f. L. n. Philo]
 [L. Petillius L. f. L. n. Geminus] [M. Poblucius M. f. C. n. Malleolus]

Quæstores vr bani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Pisonis Cos. in * Italia * Ostiensis *
 // . // . // . f. // . n. // . M. Popillij Cos. in. Hisp. citer.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Calpurnij Pr. in. Sicilia.

// . // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus.

C. Fannius C. f. C. n. Strabo. Cuius pater Cos. an. cxcii. fuerat. Duos autem recenset inter oratores in Bruto suo M. Tullius C. C. Fannios, C. & M. filios ætate coniunctos, quorum C. filius, inquit, Cos. cum Cn. Domitio fuit, vt docebimus: qui vnam orationem de sociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit sanè bonam & nobilem, eodem Tullio suffragante. Alter C. Fannius M. f. gener C. Lælij Sipientis fuit, de quo postea latius differam.

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Qui. postea. Balearicus, appellatus est. Hic Q. Metelli Macedonici filiorum quatuor natus maximus, cuius honores & magistratus ordine suo sequentur ad triumphum atque Censuram vsque. Hinc eum Tullius summum & clarissimum virum appellat in oratione pro domo sua, & aliis in locis illum magnopere commendat.

M. Æmilius * M. f. M'. n * Lepidus. Filius, vt apparet ex annorum interuallo, M. Lepidi, qui Cos. anno dxcv. reperitur in Capitolinis. Et hic deinde Cos. anno suo sequetur.

[L. Valerius L. f. L. n. Flaccus] Cuius pater in Consulatu mortuus erat anno dci. sicut ostendunt Capitolina fragmenta.

C. Mamilius * C. f. Q. n * Limetanus. Primi C. Limetani filius, ac nouæ familiae germen, nuper ortum, vt apparet, ex Turrinorum familia Consulari; scilicet à C. Turrino Q. f. qui primus ex S. C. celebrem legem de limitibus regundis tulit, quem admodum antiqui ipsius testantur denarij, suo loco explicati. Gens autem Mamilia inter primæuos Latinorum Aborigenes perquam nobilis habita semper fuit; quæ, vt auctor est Sex. Pompeius alijque plures, nomen ortumque suum traxit à Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreauerat, cum id oppidum ipse conderet. Telegoni quidem pater Vlysses, atque mater Circe Solis filia ferebatur. Interim Mamilia gens, temporum cursu magna potensque facta, sub exordium Romæ inter Latinos populos principem ferè locum obtinuit, vt testatur Liuius lib. primo, scribès de Tarquinio Superbo, qui, vt regnum paricidio partum sibi firmaret, atque peregrinis opibus inter oppressos ciueis tutior esset, affinitate sibi, filia nuptum data, iungere Octauum Mamilium Tusculanum voluit, quò per eas nuptias multos sibi cognatos amicosque eius conciliaret. Is enim longè princeps Latini nominis erat, & (vt ait Liuius) si famæ credimus, ab Vlysse deaque Circe oriundus. Astipulatur Liuius Dionysius Antiquitatum Rom. lib. iv. Verùm Octauo Mamilio regia hæc affinitas funesta tandem fuit, qui cum focero Tarquinio & Latinis contra Romanos ad lacum Regillensem pugnans interiit. Victis tunc magno prælio Latinis populis pacem petentibus Romanus dedit, & cum his fœdus antiquum renouauit. Quam pacem in primis Tusculana ciuitas deinceps sanctè, Mamilia gente principe, coluit, fidamque societatem cum populo Romano semper habuit, adeò vt propter merita fidemque Dictator Tusculanorum L. Mamilius, post victoriam de Æquis in Algido sub iugum à L. Quinctio Cincinnato missis, ciuitate Romana, cunctis approbantibus, sit donatus, anno vrbs ccxcv. eodem die, quo Quinctius Dictator triumphans urbem est ingressus, antequam Dictatura se abdicaret, vt auctor est Liuius historiarum tertio. Ab eo tempore gens Mamilia Romæ, licet inter plebeias relata, cœpit inclarescere: cuius duas præcipuas familias reperimus Consulares atque illustres, Vitulorum scilicet, quæ maximè prisca, & Turrinorum. Ex hac deinde tertia Limetanorum promanauit, ob causas antè memoratas. Omnes tamen hæ generis sui primordia ad Telegonum, eiusque parentem Vlysses extendere voluerunt. Cuius hoc argumentum est, quòd & Limetanorum argenteos antiquos reperimus, à primi Limetani filio fortasse, vel aliquantò post à nepote cusos cum tali titulo, C. M A M I L. L I M E T. in quibus formatus est Homericus Vlysses, longos post errores & multa per pericula naufragiaque mendicus, in penula tunicaque succincta cum baculo domum repetens, nemini in patria ac domi notus quàm suo cani Argo, qui gratulabundus aduentanti occurrens abblanditur. Tectum eius caput pileo rotundo, forma dissecti per medium corticis oui, quemadmodum Vlyssis simulachra statuasque Græci facere solebant. Testis est Plinius lib. xxxv. cap. x. vbi celeberrimos Græciæ pictores recenset, Nicomachum Aristodemi filium ac discipulum, Vlyssi primum addidisse pileum scribens. Quanam verò significatione sic illum pinxerint deinde veteres, non exprimit nobis Plinius. Tecti cauti que ingenij, reconditi consilij, & securæ firmæ-

Mamilia gē-
tis origo pri-
ma.
Magna &
potens inter
priscos Lati-
nos.

Ciuitate
quando do-
nata.

Familia dua.

Pulcherrimi
Limetanorū
denarij.

Mendicus
Vlysses.
Pileatus cur.

Capitū pileo
tecti signifi-
catio.

firmæque prudentiæ notam esse possumus opinari: vel significare rationis custodiam, quæ in capitis suprema parte domicilium habet, ubi tota vis intelligendi collocata residet. Eademque significatione Hippocratem, Medicorum antistitem, capite pileato finxisse videntur, quia secretorum naturæ thesaurus ingens in eius cerebro recondebatur. Voluerunt etiam capitis pileo tecti synthemate summam nobilitatem indicare Græci, quam ab Apolline & Æsculapio duxisse Hippocratem credebant; uti etiam Senatus Atheniensis publicis testatur est monumentis. Quantam verò nobilitatem Vlysses ante Troiam in contentione contra Aiace[m] propter Achillis arma iactavit, pulchrè nobis demonstrat Ovidius Metamorphoseos lib. xiiii. ubi versibus hisce differit de sua nobilitate Vlysses:

*Nam genus & proavos, & qua non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. sed enim quia rettulit Ajax
Esse Iouis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
Iuppiter est, totidemq[ue] gradus distamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater est, Arceus illi,
Iuppiter huic; neque in his quisquam damnatus aut exul.
Est quoque per Matrem Cylleus addita nobis
Atria nobilitas: deus est in utroque parente.*

*Pileatus Hip-
pocrates item
cur.
Apollinis &
Æsculapij
progenies
Hippocrates.
Vlyssis anti-
qua nobilitas.*

Proavi Vlyssis Iuppiter & Mercurius.

Proavos igitur suos ab utroque parente decantat Vlysses Iouem atque Mercurium; avos Arceus & Autolycum, Laërtem denique patrem, & Anticleam Autolyci filiam matrem, sicut ex Homero, Hygini fabulis, Apollodori bibliotheca, & aliis discimus. C. Mamilius itaque Limetanus Vlyssis maternum proavum Mercurium (cuius numine atque auxilio ut ex multis aliis periculis ereptus erat, ita etiam à Circes deæ veneficiis tutus non solum moly herba accepta, verum & amore lectoq[ue] deæ copulatus, Telegonum genuerat principem gentis Mamilix) nummis item in suis exprimere voluit cum caduceo, & pinnato galero capite tectum, atque iuuenis pubescens facie gratissima; qualis Vlyssi apparuisse, cum ad Circes deæ domum properaret, fingitur ab Homero Odyss. x. Humeros suos curtos atque demissos ephēbi tegit tunica sine manicis plana. Adest supra caduceum littera M. eius nomen notans. Extat apud me nummus, qui collatus cum auctori- bus Mercurium nobis atque Vlyssē describentibus, plurimum lucis adferre poterit.

[L. Cincius L. f. M. n. Alimentus.] Auo M. Cincio clarus, qui legem celebrem de donis & muneribus tulerat Tribunus plebis anno DCLIX.

[T. Cicereus C. f. T. nepos.] Prætoria familia. nam pater anno DXXI. ex Prætura triumphauerat de Corsis in monte Albano, sicut antè dictum est.

C. Iulius. Sex. f. Sex. n. Cæsar. Cuius pater Cos. fuerat anno DXCVI. Et huius item filius Sextus Cos. anno DCLXII. in Capitolinis, C. F. SEX. N. scriptus est.

Prouincia prorogata.

Q. Seruilius Cn. f. Cn. n. Cæpio. Hispaniam. vltiorem. prorogato. império. obtinuit. Viriathici belli reliquias tandem confecit. Occiso namque per insidias Viriatho, exercitus eius Tantalum quemdam sibi ducem legerunt: qui Romanum insequentem vltra Bætīm fugiens, & indies imbecilliorē se cernens, cum suis denique se Romano dedit, armis traditis: dehinc impetrata à Procos. Cæpione venia, quos ce-
Prædonibus
agri dati, ut
armis depositis
agricultu-
ra darent
operam.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Cæpionis Procos. in Hisp. Vltiore.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Africa.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Macedonia.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia.

//. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

L. Cornelius L. f. // . n. Cinna [M. Iuuentius M. f. T. n. Thalna]

L. Hortentius * L. f. M * nepos. [Q. Opimius Q. f. Q. nepos.]

[C. Antistius C. f. Sex. n. Labeo]

ANNI P. R. C D C X V.

Consules.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. D. Iunius M. f. M. n. Brutus.
Nasica. Serapio. Qui. postea. Callaicus. appell. est.

*Quaestio Cō-
sulibus man-
data extra
ordinem.*

NOMINANTVR hi Coss. in Liuiana Epitoma lib. LV. P. Cornelius Nasica Serapio, D. Iunius Brutus: Nasica & Brutus in tabulis Græcis & Cuspiniani: P. Scipio & D. Brutus in Cassiodoro, Mariano, & Ciceronis Bruto; vbi Consulibus hisce quaestio- nem de cæde quadam atroci, in silua Scantia facta, decretam ex S. C. diffusè scribit, vt de ea re cognoscerent ipsi Consules, statuerentque. Hanc igitur quaestionem inter- ficarios non Prætorum alicui, sed extra ordinem Consulibus mandatam fuisse, nobis ex Cicerone palàm fit.

*Prouincia
Consulares.*

De prouinciis Consularibus hæc pauca reperimus. Hispania vltior D. Bruto Cos. forte obuenit; M. Popillio prorogatum in citeriore imperium. P. Scipio Cos. in Italia mansisse videtur, & res Italicas curasse. Nam alia an illi prouincia fuerit, incompertum nobis est. Animaduertimus tamen, vsu venisse sæpius eo sæculo, quod Consulum alter Romæ manserit, nisi grauiora bella postularent vtrumque paludatum in prouincias exire. D. Brutus Cos. bellorum reliquias in vltiore Hispania tollere iussus est. Multi etenim in Lusitania, Viriathi exemplum secuti, latrocinia & prædas passim agebant: quos Brutus Cos. in Hispaniam veniens armis coercuit. Multis autem, qui sub Viriatho militauerant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est. Hæc ferè Liuius lib. LV. & Appianus in Iberica carptim.

*Viriathi reli-
quij ager
oppidumque
datum, quod
Valentiam
vocalunt.*

Prætores.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Vrbanam . & . peregrinam . iurisdictiones

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Quæst. publicas fortiti. obtinuêre.

M. Claudius M. f. * M. n. * Marcellus L. Cornelius P. f. P. n. Sulla.
L. Cornelius * P. f. L. n. * Cethegus * P. * Manilius * P. f. P. * nepos
[C. Lucretius C. f. M. n. Gallus] [L. Terentius L. f. L. n. Massa.]

*Q. Pompeius
iterum reus
factus repe-
tundarum.*

Repetundarum eodem, ni fallor, anno ex Hispania reus factus est Q. Pompeius A. f. Consularis, qui anno superiore reus maiestatis ob infame fœdus cum Numantinis factum, absolutus fauore plebis fuerat. In hoc quidem iudicio peracriter aduersus eum testimonia dixere viri grauissimi Cn. & Q. Seruiliij Cæpiones, item Q. & L. Metelli, Consulares omnes. Pompeius tamen absolutus est, non adeò propter innocentiam, quàm ne principum virorum potentia inimicus oppressus, non reus ob culpam damnatus videretur, vt ait Valerius Max. lib. viii. cap. v. qui hos Metellos fratres Consulares & Cen- sorios vocat: non quidem quòd Censuram gessissent cum testimonium dicerent, sed quòd postea Censores facti fuerint. Quod nisi opinemur, non video, ex quanam prouincia, post Metellorum Censuras annosque plures, Q. Pompeius repetundarum accer- firi potuisset; cuius vnum dumtaxat Consulatum Hispaniamque prouinciam reperimus. Meminit huius item actionis Cicero in Fonteiana, nominatque testes eosdem, quibus fidem atque auctoritatem in testimonio, cupiditatis & inimicitiarum suspicione tradit derogatam fuisse.

*Testium no-
bilitas suble-
uauit reum
non innocen-
tem.*

*Metelli fra-
tres Macedo-
nicus & Cal-
pus Consula-
res quidem
erant, sed no-
dum Censorij.*

Prætores prouinciarum.

*Belli seruilis
exordium in
Sicilia.*

T. Didius Sex. f. // . nepos. Siciliam fortitus. obtinuit. Si quid ex antiquis cum eius nomine argenteis denariis diuinare fas erit. Nam hoc ferè tempore noui seruili- um tumultuum non antea auditi motus in Sicilia exorti, quantum ex Liuij lvi. & L. Floro lib. iii. cap. ix. cognoscimus: qui eius tumultus auctorem produnt quemdam Eunum seruum, natione Surum, qui fanatico furore simulato, quasi Suria: dæ imperio seruos ad libertatem & ad arma vocauit: contractaque agrestium hominum manu, ad duo primùm milia ex obuiis armare cœpit; mox effractis passim ergastulis, iusti denique quadra-

quadraginta ampliùs milium exercitus numerum per Siciliam impleuit . Incendij istius exordia primùm neglexisse Prætores Romani videntur , atque contemptim flammam istas extinguere voluisse ; sed his oleum magis addidere , sicut exitus docuit . Ex dictis autem T. Didij nummis colligimus , ipsum quasdam feruorum rebellium copias non tam gladiis atque telis armato milite , quàm scuticis & flagris seruilibus profligasse : atque talis victoriæ memoriam in denariis ab ipso promulgatam esse . Videtur enim in his miles Romanus armis instructus non pilo vel gladio , sed multifida scutica feminudum , longo scuto sudeque repugnantem barbarum cædere & prosternere . Vbi subsunt litteræ , T. DEIDI . Nec dubito , quin hic fuerit Didix sumptuariæ legis lator ante quinquennium Tribunus plebis , pater scilicet T. Didij Consularis atque Triumphalis , qui in Capitolinis , T. F. SEX. N. appellatur , vt suo deinde loco constabit .

T. Didius Prætor seruos rebelles non armis , sed flagris seruilibus compescuisse primum videtur .

.. .. f. .. n. .. Sardiniam. f. .. n. .. Galliam
 f. .. n. .. Africanam. f. .. n. .. Achaiam
 f. .. n. .. Macedoniam

Prouincias . fortiti . obtinuerunt .

C. Licinius * C. f. C. n. * Crassus . C. Fuluius * Q. f. Q. n. * Flaccus .
 [C. Furius C. f. C. n. n. Brocchus] C. Cornelius * Cn. f. L. n. Scipio . Hispallus .
 Ser. Sulpicius * Ser. f. Q. n. * Paterculus .

Ædiles curules .

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

C. Sempronius C. f. C. n. Tuditanus . Quem Cicero ad Atticum scribens lib. XIII. dicit Curules magistratus legitimis annis perfacile cepisse . Quod intelligendum de hac Ædilitate , Prætura , & Consulatu .

C. Atilius M. f. * C. n. * Serranus . Annonam largiter ipsum procurasse , denarij elegantes admodum insinuant , in istum vsus , vt apparet , cusi , cum Genio populi Rom. scepro , & laurea corona decoro ab vna parte , & frumentario modio ab altera : ex qua dependent spicæ quatuor , totius anni frumenta prouisa significantes . Adscriptum nomen est , C. ATIL. M. F. SERRAN. EX. S. C. *Annona copia.*

Ædiles plebis .

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

P. Mucius P. f. Q. n. Scæuula . M. .. * M. f. * .. n. Perperna .

Tribuni plebis .

Apud hos accusatus est C. Mattienius , quod exercitum in Hispania deseruisset : damnatusque sub furca , Consulibus delectum habentibus , in conspectu turonum diu virgicæsus est , & sestertio nummo demum veniit , vt ex Liuij LV. nobis est reliquum . Frontinus Stratagematù quarto , capite primo de militari disciplina , plures etiam alios desertores ita pœnas dedisse videtur scribere ; cuius verba sunt hæc : P. Cornelio Nasica , D. Iunio Coss. qui exercitum deseruerant , damnati , & virgis cæsi publicè venierunt . Consules autem feueriùs delectum habentes , iidem Tribuni plebis in carcerem duci iusserunt , quia non impetrarunt , vt sibi denos quos vellēt milites , eximere liceret , vt ibidem Liuius .

Pœna desertorum exercituum .

C. Curatius * P. f. Sex. * nepos . P. Nasicæ Consuli , cum in carcerem duceretur , per ludibrium irridens , Serapionis victimarij cuiusdam , cui facie similis esse videbatur , cognomen imposuit . Ipsum etiam & collegam rursus in concionem protractos compellebat , vt de frumento emendo , atque ad id negotium explicandum legatis mittendis in Senatu referrent . Quod cum Nasica dissuadere in concione inciperet , & obstreperet deinde plebs , Tacete , quæso , Quirites (inquit :) plus enim ego quàm vos , quid reipublicæ expediat , intelligo . Qua voce audita , omnes pleno venerationis silentio maiorem eius auctoritatis , quàm suorum alimentorum respectum habuerunt : Valerius Max. lib. III. cap. VII. & lib. IX. cap. XV. Plinius lib. VII. cap. XII. . Meminit item pulchrè seditiosissimi huius Tribuni Cicero de legibus tertio , cuius verba cum exactè distinguant tempora , hîc adijcere non pigebit . Sic autem ibi Q. Cicero de Tribunitia potestate pestifera dicit : Quid iuris bonis viris Ti. Gracchi Tribunatus reliquit ? Et si quinquennio antè D. Brutum & P. Scipionem Coss. (quos & quantos viros!) homo omnium infimus &

Magna Tribuni plebis vniuersi proteruina .

Animi fortitudo P. Nasicæ dedit auctoritatem .

fordidissimus, Tribunus plebis C. Curatius in vincula coniecit, quod antè factum non erat.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

C. Marcius C. f. C. n. Figulus.

C. Antonius * M. f. C * nepos.

D. Iunij L. f * M. n * Silanus

[M. Decimius M. f. // . n. Flauus]

[P. Fonteius P. f. // . n. Balbus]

L. Aurelius L. f. L. n. Orestes

L. Memmius * C. f. L. n * Gallus

[Cn. Licinius Cn. f. // . n. Nerua]

[L. Egilius L. f. // . nepos]

Quæstores vrbanî.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . D. Bruti. Cos. in. Hisp. vltiore.

// . // . // . f. // . n. // . T. Didi. Pr. in. Sicilia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Macedonia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Africa.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Achaia.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

Q. Ælius Q. f. Q. n. Tubero. L. Æmilij Paulli ex filia nepos, P. Scipionis Æmiliani fororis filius, vt ex Cicerone & alijs Auctoribus liquet. Hunc disciplina Stoicum, & eruditissimum fatetur in oratione pro L. Murena Cicero, sed in oratorum nullo numero fuisse, dicit in Bruto de claris. Qui vt vita seuerus erat, constans, & fortis, sic oratione durus, incultus, & horridus: itaque maiorum honoribus respondere non potuit. Doctissimum tamen in disputando fuisse, restat ibidem Cicero: & quia ciuis bonus, constans, & fortis, Ti. Graccho in primis molestus fuit, quod indicat, ait Cicero, Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis. Quare repulsam in Præturæ petitione passus fuerit, postea dicemus. Pomponius de origine iuris eum inter insignes Iurisperitos recenset, fuisseque Consullem asserit. Quod si ita est, suspectus certè debuit fuisse; cum in ordinariorum Consulum catalogis eum non reperiatur.

Q. Tuberonis ingenium ac mores philosophici.

Doctissimus.

Et Iurisperitus.

Ciuis in optimis rebus constans, & eloquens.

M. Octavius // . f. // . Cæcina. Qui Tribunus plebis, iniuria accepta, fregit Ti. Gracchum collegam patientia, vt postea demonstrabitur. Ciuis in optimis rebus constantissimus, & eloquens orationis genere eleganti, quemadmodum à Cicerone laudatur in Bruto. Cognomen eius in Iulio Obsequente solo reperimus.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus. Patre Consulari, quem oppidò adulescentem factum fuisse Pontificem ait Liuius lib. XLII. Et hic postea Consul & Censor est factus, vt ex sequentibus Lector intelliget.

P * Appuleius C. f. L. n * Saturninus. Q. Mummius * Q. f. Q * nepos.

L. Rubrius. // . f. // . n * Varro * Rubrius Varronis cognomen à Cicerone & alijs attribuitur. Hi autem tres memorantur inter collegas Ti. Gracchi Tribuni plebis, sicut suo loco constabit latius.

Q. Lucretius // . f. // . n * Flauus * Patricius, postea Vespillo dictus in Ædilitate curuli, vt tum dicitur.

Cn. Cornelius L. f. // . n. Sifenna. Huius extant argentei denarij pulcherrimi: de quibus quid adferemus amplius in Ædilitate eius curuli.

Prouincia prorogata.

M. Popillius victus Numantino stragemate.

M Popillius M. f. P. n. Lænas. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato imperio. obtinuit. Cum Numantinis infeliciter pugnauit, fusus fugatusque cum exercitu, vt annotatum est in Liuianis Epitomis lib. IV. Appianus in Iberica non meminit. Verùm Iul. Fontinus Stratagematum lib. III. cap. vltimo de eruptionibus & obsessorum

rum

rum constata, cladis istius successum exactius attingere videtur, & in vrbis oppugnatio-
 ne declarat accidisse. Numantini, inquit, obsessi ne pro vallo quidem instruxerunt aciem,
 adeoque se continuerunt, vt Popillio Lænati fiducia fieret scalis oppidum aggrediendi.
 Quo deinde suspicante insidias, (quia ne tum quidem obfistebatur) ac suos reuocante,
 eruptione facta, auersos & descendentes adorti sunt.

Pro. Quæstoribus. f. fuêre.

//. // . f. // . n. // . P. Nasicæ Cos. in Italia. Ostiens.
 // . // . f. // . n. // . M. Popilli. Procos. in Hisp. citer.
 // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Gallia.
 // . // . f. // . n. // . // . Pr. in. Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . Calenus.
 M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus. C. Mamilius * C. f. Q. n * Limetanus
 [L. Cincius. L. f. M. n. Alimentus] C. Iulius Sex. f. Sex. n. Cæsar.

ANNI P. R. C. DCXVI.

Consules.

M. Æmilius * M. f. M. n * Lepidus C. Hostilius A. f. L. n. M A N C I N U S
 Porcina. Abdicauit

CONSULES legimus in Cassiodoro, Mariano, & Obsequente M. Æmilium & C. Ho-
 stilium Mancinum: in Appiani Iberica Æmilium Lepidum & Hostilium Mancin-
 nū: sed perperam Ἀτίλιος Μακίνος legitur in Græcis exemplaribus. Paulus Orofius au-
 tem lib. v. cap. iv. M. Æmilium Lepidum & C. Hostilium Mancinum nominat. M. Ci-
 cero in Bruto & nostræ tabulæ Græcæ Lepidum & Mancinum habent: Cuspiniani au-
 tem antiquæ tabulæ Porcinam & Mancinum.

M. Lepido, ni fallor, Italia prouincia, C. Mancino Hispania citerior obuēnit, vti
 M. Popillio succederet. D. Bruto in Hispania vltiore prorogatum est imperium. Inter
 eius anni prodigia, quæ varia narrat Iulius Obsequens, habitum est, quod cum ex more
 Consules Lanuij sacrificantes auspicaentur, pulli è cauea emissi in proximam siluam
 Laurentinam auolassent, nec recipi potuissent. Inde C. Hostilius Cos. cum aduersis au-
 spiciis in Hispaniam prouinciam festinaret, & ad Herculis portum nauem conscenderet,
 vox audita improvisò, MANE MANCINE, illum terruit: conuerso quæ itinere Genuam pro-
 ductus, ibi cum nauem denuò ingrediretur, anguis eximie magnitudinis in eadem inuen-
 tus è conspectu ac manibus elapsus est. Ergo multiplicia prodigia, calamitatum multitu-
 dine non diu post æquauit. Nam in prouinciam veniens, cum exercitum à M. Popillio
 Procos. accepisset, à Numantinis obsessis sæpè victus, & in castra compulsus est. Cum
 verò fama nuntiaretur, Cantabros atque Vaccæos magnis cum copiis Numantinis auxi-
 lio aduentare, Panico quasi terrore tactus, per noctis tenebras sine facibus fugiens cum ex-
 exercitu triginta milium in castra deferta quondam Fuluij Nobilioris, à quatuor Numan-
 tinorum milibus compulsus obsidetur, & pacem cum ipsis ignominiosam, legibus ab ho-
 ste datis, facere cogitur. Quam Senatus Romanus mox irritam fecit, & Mancino reuo-
 cato, M. Lepidum collegam confestim illi succedere, & lege ad populum lata, Mancin-
 um per Fæciales hostibus dedere, bellum quæ continuare iussit. Hæc apud Appianum in
 Iberica, Plutarchum in Gracchis, Auctorem de viris illustrib. in Mancino cap. LIX.
 L. Florum lib. II. cap. xviii. Orofium, Eutropium, Epitomen Liuij libro lv. Valerium
 Max. lib. I. cap. vi. reperies diffusius.

*Prouincia
 Consulares.
 * Lanuij
 mendoisè in
 exemplari-
 bus: silua nã-
 que Lauren-
 tina Lauma-
 nium erat.
 Contemptor
 prodigiorum
 C. Hostilius
 Cos.
 Res eius ad-
 uersa.
 Pacis leges
 dare, non ac-
 cipe, Roma-
 numerat.*

Prætores.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 Vtramque iurisdictionem
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 Quæstion. public. fort. obtinuêre.

P. Popillius C. f. P. n. Lænas * P * Cornelius * Cn. f. L. n * Lentulus
 C. Fannius M. f * C. n. Strabo * P. Rupilius. P. f. P. nepos.
 [P. Licinius P. f. P. n. Varus] [T. Postumius L. f. T. n. Tumpanus]

Prætores prouinciarum.

P. Manilij clades. * P * Manilius * P. f. P * nepos. Siciliam. fortitus. obtinuit. Res malè gessit à fugitiuis seruis profligatus, & castris malè exutus, vt ex Liuij Epitoma lib. LXXI. Paulli Orofij lib. v. cap. vi. & L. Flori lib. III. cap. XIX. Hoc enim anno fugitiuorum dux Eunus validior factus, regiisque (ne quid mali deesset) decoratus insignibus, castella, oppida, vicos, miserabili direptione vastauit. Et vt elegantibus Flori verbis addam reliqua, in vltimum belli dedecus capta sunt castra Prætorum: nec nominare ipsos pudet; castra inquam Manilij, Lentuli, Pisonis, Hupfæi. Itaque qui per fugitiuarios retrahi debuissent, Prætorios duces profugos è prelio ipsi sequebantur. Ex his quidem Flori verbis apparet, quatuor ordine Prætores infeliciter cum seruis in Sicilia fugitiuis quadriennio continuo luctatos esse, eosdemque penitus profligatos fuisse, testatur etiam Orofius. Nominatos igitur à Floro non præterire, sed Annalibus ordine suis locis inserere, instituti nostri esse puto.

Eunus è seruo Rex factus.

** persequantur foris melius.*

M. Claudius M. f * M. n * Marcellus * Africam * fortitus. erat. Sed in prouinciam, vt apparet, profecturus, Tarricinæ in naui fulmine conflagrauit: quod Iulius Obsequens inter huius anni prodigia annotauit. Igitur illius prouinciam verisimile est superioris anni Prætori prorogam esse: sed quam ea fuerit, non satis constat. Cum tamen Tarricinæ nauem conscendisse Claudium ex Obsequente intelligimus, videtur Africa Transmarina eius prouincia fuisse: etenim vicinior Siciliam habuisse tunc Prætores alium, ex L. Floro docuimus.

// // // f // n // Galliam. // // // f // n // Sardiniam

// // // f // n // Achaiam. // // // f // n // Macedoniam

Prouincias. fortiti. obtinuere

L. Cornelius P. f. P. n. Sulla. L. Cornelius * P. f. L. n * Cethegus.
 [C. Lucretius C. f. M. n. Gallus] [L. Terentius L. f. L. n. Massa]

Ædiles curules.

// // // f // n // // // // // f // n //
 C. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. [C. Claudius Ap. f. C. n. Centhos.]

Ædiles plebis.

// // // f // n // // // // // f // n //
 * C * Liuius * C. f. C. n * Salinator. M'. Aquilius M'. f. M'. nepos.

Tribuni plebis.

Cassia lex tabellaria secunda. L. Cassius Q. f. L. n. Longinus. Legem tabellariam de iudiciis tulit auctore P. Africano, Vti populo Rom. in omnibus iudiciis, perduellione excepto, per tabellam suffragium esset. Hanc biennio post Gabiniam legem fuisse latam, supra ex Ciceronis Lælio demonstraui. Lepido quidem & Mancino Coss. latam adfirmat idem in Bruto de claris. & huius sapissimè meminit, ac aliquando commendat, principium iustissimæ libertatis appellans hanc legem: atque alibi tacitam libertatis vindicem tabellam dicit, quæ frontes aperiat, mentes tegat; Demosthenem sequutus, approbantem tale suffragiorum genus. Improbatur tamen libro tertio de legibus hunc morem, illud incommodi adducens, quod nimiam suffragiorum libertatem, verecundia sublata, temerariis hominibus tribuat tabella. Platoni itaque magis placet manifesta suffragia, libro tertio de Legibus, cum scribat hæc verba, *ἔστω φανερά τῃ ψήφῳ*. Tabellariam verò ex antiqua Milesiorum republica desumptam opinor. Aristoteles enim Politicorum libro tertio memorat, Hippodamum Milesium, Euryphontis filium, in sua ciuitate talem de iudiciis legem induxisse, Vti ea non apertis verborum suffragiis fierent, sed quisque iudex tabellam haberet in qua scriberet, si planè damnaret; si absolueret, eamdem vacuam relinqueret; si partim damnaret, partim absolueret, id distingueret. Verùm hanc iudicij rationem minime probat Aristoteles, quem Lector videre poteris. Ceterum apud Romanos propter tabellariam legem magnum decus Cassiæ gentis huic familiæ accessit, vt ostendunt horum numi-

De tabellaris suffragijs diuersa antiquorum iudicia.

Milesiorum tabella.

Cassia gentis ornamentum lex tabellaria.

numismata argentea cum titulo & effigie Libertatis, cuius se vindicem eā Longinorum familia palam profitebatur. Neque enim tantum ea referenda arbitror ad C. Cassium, qui Cæsarem occidit, (prius enim quædam ex his numismata cusa fuisse constat:) sed etiam ad hunc L. Cassium, qui primus ex ea familia libertatem iudiciorum hac sua lege asseruit. Extat enim denarius argenteus cum nomine, L. LONGINI. III. VIR. in quo Vestæ deæ caput ab vna parte, & togatus ab altera stans ad vnam siue situlam, qui extento brachio dextero nudo suffragij sui tabellam obsignatam vrnæ inijcit, sinistra manu à tergo sub toga reiecta. Extant & alij à Q. Cassio cusi, vt nomen indicat, eiusdem argumenti. Habent enim quidam ex his deæ Vestæ caput, cum litteris, VEST. alij Libertatis deæ, vt monstrant item litteræ, LIBERT. In quorum altera parte templum est rotundum inter vnam & tabellam quadram loco medio positum. In eadem tabula visuntur litteræ duæ A. C. hoc est, Absoluo, Condemno. quæ duo sunt præcipua in iudiciis suffragiorum capita. Nec otiosum est argumentum Vestæ deæ effigies, ædes, ac vasa sacra in nummis iisdem. Idem enim hic Cassius postea quæstitor creatus, punitis Vestalium virginum stupris, Vestæ sacra religionemque vindicando in integrum restituit, vt postea latius suo loco explicemus.

Antiquis Cassiorum denarij eius memoria publicat.

Tabella enim litteris A. C. Cur Vestæ in nummis Cassianis.

M. Antius // . f. // . n. Briso. Legi tabellariæ L. Cassij collegæ sui diu restitit, M. Lepido Cos. adiuuante: sed intercessionem postea P. Scipionis Æmiliani consilio remisit. Eaque res, vt in Bruto Tullius scribit, P. Africano vituperationi fuit, quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur: hinc etiam libro de legibus tertio P. Scipionem Cassiæ legis culpam sustinere dicit. Multis & magnis inter partes contentionibus rem actam fuisse constat. An igitur tunc M. Æmilius Porcina ab aduersario Tribuno plebis L. Cassio accusatus crimine nimis sublimè exstructæ villæ in Alsiensi agro est, & graui multa populi iudicio adfectus, vt Valerius Maximus libro VIII. cap. 1. memorat? Equidem existimo. Neque obstat, quod in Consulatu Porcina tunc erat: nam & Dictatori M. Camillo multam dicere populus, rogante Tribuno, potuit, atque alij etiam magistratus & imperia abrogare.

Intercessor legis Cassia.

M. Æmilius Cos. à L. Cassio Trib. plebis multatus.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Tremellius * C. f. n. * Flaccus Scrofa L. Rutilius L. f. // . n. Lupus
 [Q. Fulcinius Q. f. M. n. Trio] [M. Heluius M. f. M. n. Blasio]
 [M. Muluius M. f. // . nepos] [M. // . M. f. // . n. Matticinius]
 [L. Næuius L. f. // . n. Balbus] [Q. Næuius Q. f. Q. n. Pollio]

Quæstores vrbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

Ti. Sempronius Ti. f. P. n. Gracchus. C. Mancini. Cos. in Hispania citeriore. Hic Ti. Gracchi bis Cos. & Censoris fuit filius ex Cornelia maioris Africani filia, vt Cicero, Plutarchus, alijque plures testantur. Vir fuit summi animi ingeniique dotibus præditus, & eloquentiæ in primis gratia præclarus. Ob patris memoriam, qui Procos Hispaniam olim armis cum subiugaret, Numantinis pacis leges dederat, ab ipsis hostibus, qui Consulatem Mancinum cum exercitu tenebant obsessum, electus atque euocatus est, vt fœderi faciundo præfesset, pacisque conditiones tractaret. Eius igitur auctoritate atque negotiatione fœdus illud Numantinum conclusum ictumque fuit; Consulque Mancinus cum exercitu viginti milium Romanorum, magnisque sociorum auxiliis ab hoste est dimissus. Cum interim castra Romana cum impedimentis relicta prædæ Numantinis fuissent, Ti. Graccho perente, atque ea de causa Numantiam profecto, Quæstorias rationum tabulas cum impedimentis amissas Numantini libenter restituerant, facta insuper illi potestate, vt quidquid vellet ex præda secum referret: nihil tamen præter thus sacrificij causa paratum acceptauit. Hæc latius in Plutarchi Gracchis, Apiani Iberica, Auctore de viris illustribus, Cicerone, Velleio Paterculo, A. Gellij lib. VII. cap. IX. ex Valerio Antiate.

Ti. Gracchus Quæstor pacis ac fœderis Numantini conciliator.

Numantinis hostibus pergratus Gracchus ab patris memoriam.

// . // . // . f. // . n. // . * P * Manili. f. Pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Claudi. Pr. in * Africa *
 // . // . // . f. // . n. // . Pr. in Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . Pr. in Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Cælius hi-
storicus &
iurisconsul-
tus.

L. Cælius // . f. // . n. Antipater. Vir ingenio & doctrina celebris, in historia scribenda luculentus, & iuris valdè peritus; multorum etiam magister, vt L. Crassi oratoris, teste Cicerone in Bruto de claris: qui & in primo de legibus, C. Fannij annalium scriptoris ætate coniunctus (inquit) Antipater paulò inflauit vehementiùs, habuitque vires agresteis ille quidem atque horridas sine nitore ac palæstra: sed tamen admonere reliquos potuit, vt accuratiùs scriberent. De eodem L. Cælio apertiùs etiam iudicat libro secundo de oratore, ipsum dicēs vicisse superiores historicos M. Catonem, Q. Piæorem, & L. Pisonem. Paullulùm, inquit, se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus L. Crassi familiaris Antipater. Ceterùm Hadrianus imperator, Spartiano teste, Sallustio eum prætulit. Pomponius Iuriscos. sub titulo de origine iuris hunc L. Cælium inter Iuriscos. recensens, scribit ipsum maiorem eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedisse.

[M. Acilius M. f. M. n. Glabrio] Cuius pater Cos. anno DCCIX. fuerat.

[T. Iuuentius M. f. T. n. Thalna.] Filius alter M. Iuuentij, qui Cos. anno DXC. in Sardinia sacrificando morte subitanea extinctus est, vt suo loco dictum.

[T. Numisius T. f. // . n. Tarquinienfis] Cuius patrem inter decem legatos constituendæ Macedoniæ prouinciæ nominat Liuius lib. XLIII.

[M. Ræcius M. f. M. nepos] [C. Ræcius C. f. M. nepos.] Patruelus domo Prætoria nati: auum enim M. Ræcium Prætorem nominat Liuius libro XLIII.

[L. Stertinius L. f. L. nepos] Patrem eius Quæstorem habuimus; auus Procos. extra ordinem annis tribus Hispaniam vltiorem obtinuerat, vt ex Liuidio docuimus.

Prouinciæ prorogatæ.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Qui. postea. Callaicus. appellatus est. Procos. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit. Latrones Lusitanos sparsim palantes, prouinciãque omnem infestantes per siluarum tramites montiumque calles consequi, rem maximi laboris atque periculi esse videns; arma circumferre ad hostium oppida singula cœpit, militibusque eo modo prædam quærens, vagabundos latrones ad sua defendenda domum recurrere compulit. Hoc consilio & proposito quidquid occurrebat protriuit, nec mulieribus, quæ cum viris armatæ in bellum ac prælium ventitabant, pepercit. Quarum tanta fuit constantia, vt maritis trucidatis non fugerent aut eiularent; sed in ferrum ruentes ne verbum quidem, dum iugularentur, proferrent. Hæc latius apud Appianum in Iberica.

D. Bruti res
gestæ in Lu-
sitania.

Fortitudo
mulierum.

// . // . // . f. // . n. // . Propr. * Africam. prorog. imp. obtinuit. M. Claudio successore, qui prouinciã fortitus erat, mortuo, vt ex Obsequente coniiicimus.
C. Furius C. f. C. n. Brocchus.

Pro. Quæstoribus. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . M. Æmili. Cos. in * Italia. Ostiensis.

// . // . // . f. // . n. // . D. Bruti Procos. in Hisp. vltiore.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Macedonia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

[T. Iuuentius M. f. T. n. Thalna] Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus.

Q. Mummius * Q. f. Q. * nepos. Q. Lucretius // . f. // . n. * Flauus

* Cn. Cornelius L. f. // . n. Sifenna.

ANNI P. R. C. DCXVII.

P. Furius * P. f. P. n * Philus. Sex. Atilius M. f * C. n * SERRANUS.

M. Cicero in epistolis ad Atticum libro XII. ep. v. & Marianus Scotus hos Coss. P. Furium & Sex. Atilium vocant: Cassiodorus autem P. Furium Philum, Sex. Atilium Serranum: tabulæ Græcæ Philum & Serranum. Sic huius vestigia cognominis vides in fragmentis marmorum Capitolinorum. Cùm Valerius item Max. lib. III. cap. VII. horum alterum P. Furium Philum Consullem nominet, cogor opinari propter iam adductorum auctorum consensum, prænomen huius in Iulio Obsequente vitiatum esse, vbi huius anni plura memorat prodigia.

Consules sortiti prouincias Italiam Atilius, Hispaniam citeriorem P. Furius acceperunt. *Prouincia Consulares.* D. Bruto Procos. in alterum annum est prorogata Hispania vltior, & M. Æmilio, qui superioris anni exitu collegæ Mancino ex S. C. successerat, Hispania citerior, donec Consul P. Furius successor eius aduenisset.

Consules inito magistratu, de pace Numantina retulere, quam Senatus ignominiosam, & contra populi Romani dignitatem, & Caudinæ paci similem esse censuit. *S. C. de pace Numantina* Quare C. Mancinum, Ti. Gracchum, ceterosque istius auctores & sponsores, quia Senatus *Senatus populiq; iniussu* pulique iniussu fœdus fecerant, more maiorum hostibus dedendos esse decreuit. *Confecta.* *Promocant auctores sponsoresq; pacis à Senatu decreto ad populum.* *C. Mancinus se pro republica dedendum offert.* *P. Eury Cos. fiducia fortis.* *Con-* stat rem à Senatu ad populum delatam fuisse prouocatione forsan Ti. Gracchi ac aliorum, qui dedecus ac periculum istud euitare cupiebant: cùm tamen Mancinus ipse declarasset, se reipublicæ causâ in Senatus potestate futurum. Actum igitur cum duobus, vt apparet, Tribunis plebis, qui de ea re ad populum ferrent, vt postea suo loco latius. P. Furius Cos. tandem profecturus in prouinciam, vt M. Æmilio Procos. succederet, inimicos suos vehementes Q. Metellum & Q. Pompeium Consulares viros, cupitam sibi profectionem in Hispaniam prouinciam quam sortitus erat, identidem in Senatu exprobrantes, legatos secum illuc ire coëgit, quod Valerius Max. inter exempla fortis fiducia retulit lib. III. cap. VII.

Cens. Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Pulcher. Q. Fuluius M. f. M. n.

Nobilior L. F. LVIII.

Eodem anno Lustrum vrbs conditum fuisse quinquagesimum octauum, ex paruis reliquiis Capitolinorum marmorum patet. De eodem intelligendus Liuius, vbi *Lustrum ac numerus ciuium Rom.* in compendio libri LVI. sic legimus: Lustrum à Censuribus conditum est, quo censa sunt ciuium capita CCCXXIII. ∞. Sed quinam Censores fuerint, non satis liquet, nisi quod in fragmento Capitolino ex cognomine alterius vna syllaba postrema, OR. residua sit: ex qua colligunt Q. Fuluium Nobiliorem fuisse, qui Cos. anno vrbs DC. refertur in Annalibus. Addit collegam patricium eruditiss. Carulus Sigonius non temerè, sed bonis impulsibus rationibus, scilicet Ap. Claudium Pulchrum: quem Plutarchus in Gracchis Consularem, Censorium, & principem Senatus appellat. Illudque hinc etiam fit magis verisimile, quod superiore Lustrum competitor Scipionis Æmiliani Appius hic repullam tulerit, eodem Plutarcho teste in vita L. Paulli, & in Apophthegmatibus: quodque ipsum ante C. Tuditani Consulatum obiisse, nobis certum fit ex Appiani ciuiliū primo.

Prætores.

II. II. II. f. II. n. II. II. II. f. II. n. II.
 vtramque iurisdictionem.
 II. II. II. f. II. n. II. II. II. f. II. n. II.
 II. II. II. f. II. n. II. II. II. f. II. n. II.

Quæstiones. public. sortiti. obtinere.

P. Mucius P. f. Q. n. Scaeuula. Tribunum plebis habuimus ante quadriennium Cn. Cæpione & Q. Pompeio Coss. vt ex Cicerone tum probabam. Præturam verò hisce Consulibus gessisse scribit etiam ad Atticum lib. XII. ep. IV. consulens eundem, cùm libros de finibus scriberet, quo anno Tribunus plebis hic P. Mucius fuisset. Cuius verba sunt hæc: Tubulum Prætozem video L. Metello, Q. Max. Coss. Nunc velim, P. Scaeuula Pont. Max. quibus Coss. Tribunus plebis. Equidem puto proximis Cæpione & Pompeio, Prætor enim P. Furio, Sex. Atilio. Dabis igitur Tribunatum, & si poteris, Tubulus

* deest hæc vox in vulgatis, quæ habetur in Græcellani v. c.

bulus quo crimine. Hæc Ciceronis verba multò clariora fient, si iis conferas quæ in P. Mucij huius Tribunatu attulimus.

L. Valerius * C. f. P. n * Flaccus. Flamen. Martialis.

* C. * Calpurnius * L. f. L. n * Pifo. M. Cosconius * M. f. n * nepos

C. Atilius M. f * C. n * Serranus [M. Titinius M. f. Q. nepos]

Prætores prouinciarum.

Glades in Sicilia per fugiuos.

* P. Cornelius * Cn. f. L. n * Lentulus. Siciliam. fortitus. obtinuit. Male res cum fugitiuis gessit, castris amissis profligatus, vt ex L. Flori lib. III. cap. XIX. colligimus.

.. .. f. .. n. .. Sardiniam. f. .. n. .. Galliam.

.. .. f. .. n. .. Africam. f. .. n. .. Macedoniam.

.. .. f. .. n. .. Achaiam. Nouos in hac motus ortos, & exercitum Romanum ab Achæis cæsum hoc anno fuisse, solus, quod sciam, Iul. Obsequens scribit: nisi fortè vitium inhæreat nomini proprio gentis, & pro Achæis, Vardæis legendum sit: nam Vardei tunc Illuricum inuadere cœperunt. Quod bellum anni sequentis Consuli Fulvio mandatum fuit, vt dicitur.

Nouus motus in Illurico.

Prouincias. fortiti. obtinuêre

P. Rupilius P. f. P. nepos. C. Popillius C. f. P. n. Lænas.

C. Fannius M. f * C. n. Strabo * [P. Licinius P. f. P. n. Varus]

[T. Postumius L. f. T. n. Tumpanus]

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Cn. Octavius Cn. f. Cn. nepos. Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Afellus

T. Annius * T. f. T. n * Luc. Rufus * A * Gabinius * A. f * .. nepos.

Tribuni plebis

L. Furius * C. f. Cn. n. Brocchus * Ser. Atilius * A. f. Cn. Serranus *

Rogatio de pacia Numantina fœdere rescindendo, auctoribusq; dedenda. Suasit rogationem C. Mancinus Cos. imp.

Ex S. C. rogationem ad populum tulere, Vellent, iuberentne pacem cum Numantineis, iniussu Senatus populiq; Romani factam, irritam esse, ac ipsius auctores C. Mancinum, Ti. Gracchum, Tribunosq; militum, qui paciscendo scribundoq; adfuerant, sponderantq; more maiorum soluendæ religionis causa per Fœciales nudos Numantineis dedi. Rogationem hanc suasit ipse C. Mancinus, vt auctor est Tullius Officiorum libro tertio: vbi de pace Caudina per deditorem similem rescissa mentionem facit. Quod idem, inquit, multis annis post C. Mancinus; qui vt Numantinis, quibuscum sine Senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam L. Furius, Sex. Atilius ex S. C. ferebant. Qua accepta, est hostibus deditus. Mancinus itaque pro republica se deuouens, sponte sua periculum subiit. Ceterum Ti. Gracchus, qui præcipuus pacis architectus, & fœderis auctor fuerat, legem dissuasit, & fauore tantum apud plebem valuit, vt lex de vno tantum C. Mancino dedendo perlata fuerit; Graccho, ceterisque parceretur, quemadmodum Plutarchus in eius vita scribit. Hinc Auctor de viris illustribus ait, Gracchum eloquentiæ gratia discrimen deditiois effugisse. Huius tamen casus inuidia, & dolor, metus etiam iudicij maiestatis ac republicæ læsæ, similisve periculi, Ti. Gracchum mox à grauitate Patrum desciscere, atq; auram popularem captare cœgit. C. Mancinus itaque solus hostibus noxæ dedendus cum P. Furio Cos. in Hispaniam proficiscitur, quem Consul in castra veniens, ex lege per Fœciales abolendi fœderis causa Numantinis dedit: non receptum, ante portas vincitum ac nudum destituit: vbi vsque in noctem manens, & suis & hostibus miserabile spectaculum præbuit. Vide de his Plutarchum in Gracchis, Velleium lib. II. Appianum in Iberica, & ciuiliu bellorum primo, L. Florum, Orofium, Liuium, & alios.

Dissuasit Ti. Gracchus Quasitor.

Popularis ac inimic^o optumatum hinc factus. C. Mancinus solus Numantinis hostibus deditur.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Plautus. L. f. P. n. * Hupſæus. M. Fulvius M. f. Q. n. Flaccus
 C. Aurelius * L. f. L. n. * Oreftes. [M. Pomponius M. f. M. n. Matho]
 [M. Fulvius M. f. M. n. Nobilior] [Ti. Sempronius Ti. f. // . n. Muſca]
 [Cn. Fulvius Cn. f. Q. n. Gillo] [M. Turpilius // . f. // . nepos]

Quæſtores urbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæſtores prouinciarum.

// . // . // . f. // . n. // . P. Furij Coſ. in. Hiſp. citeriore.
 // . // . // . f. // . n. // . Sex. Atilij. Coſ. in. Italia. Oſtiens.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Macedonia.
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Achaia.

C. Papirius C. f. // . n. Carbo. Familia Prætoria : nam pater eius fuiſſe videtur
 C. Carbo Sardinia Prætor anno DCXCV. de quo Linius XLIV. Hic autem , & eius frater
 Cn. Carbo qui poſtmodum ſequetur, populari factione fulti peruenerunt ad Conſula-
 tum. Fuit autem Caius hic ingenio & eloquentia clarus, Tiberioq; Graccho non impar:
 ſed omnino ſeditioſus & turbulentus, vt Annales docebunt. Sed vide quæ Tullius pul-
 cherrimè in Bruto de Ti. Graccho & hoc C. Carbone diſſerit : quorum orationes exti-
 tiſſe ſuo tempore dicit, nondum fatiſ ſplendidas verbis, ſed acutas, prudentiaque plenifi-
 ſimas.

*Carbones
fratres populi
larus ne ſeditioſi.*

T. Quinctius * T. f. T. n. * Flamininus. Quem filium exiſtimant T. Quin-
 ctij anno DCIII. Conſulis; nec refragatur temporis interuallum : filius enim hic an-
 no DCXXX. Conſulatum geſſit. Cicero ſe eum vidiffè ſcribit in Bruto, nihilque de eo ac-
 cepiſſe, niſi Latine diligenter loquutum.

P. Manilius * M. f. P. n. * nepos. Filius videri poterit M. Manlij Iurifcos. qui
 Coſ. anno DCIV. fuit, quando etiam hic DCXXXV. dein anno Coſ. ſit factus.

L. Opimius Q. f. Q. nepos. Cicero ciuem præſtantiffimum appellat , qui Præ-
 tor finitimo, Conſul domeſtico bello rempublicam liberauit , quemadmodum Lector
 intelligis. Filium puto fuiſſe Q. Opimij Coſ. anno DCCIX. & adſtipulari videntur argen-
 tei nummi quadrigati cum titulo, L. OPEIMI. Q. F.

C. Fannius M. f. * M. n. * Strabo. Gener C. Lælij Sapientis, cuius minorem fi-
 liam duxerat, vt in Bruto demonſtrat Cicero. Is ſtudioſus & doctus ex ſoceri inſtituto Pa-
 natium audierat: moribus tamen & ipſo genere dicendi durior. Hiſtoriam non inele-
 gantem ſcripſit, cum militiam iuuenis aliquandiu ſequutus eſſet ſub P. Scipione Æmi-
 liano in Africa, & ſub Q. Fabio Max. Seruiliano in Hiſpania , quemadmodum Plutar-
 chus in Gracchis, & Appianus in Iberica memoria prodiderunt. Eius Annales citantur à
 Cicerone in epiftolis ad Atticum lib. XII. & de oratore lib. ſecundo de P. Æmiliano. Atque
 eoſdem M. Brutum redegiſſe poſtea in epitomen, idem Cicero ad Atticum ſcribens indi-
 cat. Ad Præturam uſque Fannium hunc perueniſſe, colligimus ex Iofepho.

Hiſtoricus.

*Fanniani
Annales.*

M. Pinarius // . f. // . n. Ruſca. Cum verò Ruſcam iſtum promulgaffe legem an-
 nalem ſcribat Cicero de oratore lib. II. Tribunum plebis eumdem tunc fuiſſe, quodam-
 modò videtur veriſimile, & Ruſcas Pinarios iſtos plebeios eſſe, quorum etiam magiſtra-
 tus nullos reperio maiores.

C. Publicius. Q. f. * C. n. Bibulus * Huius extant Quæſtoris argentei denarij
 eleganter cuſi cum imagine Herculis imberbis, depoſita pharetra & arcu, & claua in ter-
 ram abiecta leonem Nemeæum ſtrangulantis, eodem ferè geſtu quo pulcherrimè de-
 ſcribitur à Theocrito poëta in Leonicida. Adſcriptum eſt nomen, C. PUBLICI Q. F. Q.
 In altero nummi latere eſt Romæ deæ facies cum hiſ litteris, ROMA. Q. Cuius galca
 non

*Denarij ar-
gentei.*

non alis, vt assolet, sed earum loco nauium remis vtrunque ornata est, & eius conus superior incuruus duplici rostro assurgit. Quæ subindicare videntur, in vsum classis cusos esse nummos istos ex Achaicis vectigalibus à C. Publicio Quæstore: cum Herculis laborem primum in media Græcia Nemæis ludis, sacris antiquissimis celebratum, in his imprimi curarit.

[C. Vrsanius C. f. C. nepos] Cuius auum Tribunum plebis anno DLVI. nominat Liuius lib. XXXIII.

Prouinciæ prorogatæ.

M. Æmilius * f. M. n * Lepidus. Procos. Hispaniam. citeriorem. prorogato. imperio. obtinuit. C. Hostilio Mancino superioris anni exitu post fœdus cum Numantinis initum Romam reuocato, successor ex S. C. datus erat, vt prouinciam obtineret, donec nouus Consul prouinciam eandem sortitus aduenisset. Is otij impatiens, & gloriæ cupidus, dum Romæ de Numantina pace disceptatur, Vaccæis vltro bellum intulit, frumentum Numantinis eos suppeditasse criminatus, & Palantiam urbem maximam eorum obsedit, à qua tandem fame & penuria cum discedere cogeretur, ab hostibus cladem haud dissimilem Numantina passus est, vt Liuius auctor est lib. LVI. Sex milia Romanorum cæsa, reliquos castris exutos amissis armis euasisse tradit Orosius lib. v. cap. v. Sed vide Appianum in Iberica, qui latius aliquantò prosequutus historiam. Narrat Romæ etiam, nuntio cladis audito, prouinciam imperiumque Lepido abrogatum fuisse, nec non, cum priuatus domum rediisset, multam ei irrogatam fuisse.

M. Lepidi Procos. res infelicitè in Hispania gestæ.

Cladem accipit.

Damnatus Roma maiestatis.

D. Bruti res fortiter gestæ. Desunt hæ voces in vulgatis Liuij exemplaribus, adiunctis ex Lac. Suisij v. c. & Aldino. Cinninienis ferocis responsum.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Qui. postea. Callaicus. appellatus. est. Procos. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit. Lusitaniam * triginta urbium expugnationibus, vsque ad * oceanum perdomuit: & cum Lethen fluium (quem Liuiana Epitome lib. LV. Romano nomine, Obliuionem vocat) infausto nomine formidabilem milites transire nollent, ereptum signifero signum ipse transtulit, & sic vt transgrederentur persuasit. Meminerunt Iul. Frontinus, Appianus, & L. Florus. Valerius autem Max. lib. VI. cap. IV. scribit Lusitania pænè tota iam subacta postremos populos Cinninienles pertinaciter arma retinuisse, atque tentata per Brutum redemptione, ferociter eius legatis respondisse: ferrum sibi à maioribus quo se tuerentur, non aurum quo libertatem ab imperatore auaro emerent, relictum esse.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

II. II. II. f. II. n. II. D. Bruti. Procos. in Hisp. vltiore.
 II. II. II. f. II. n. II. II. Pr. in. Gallia.
 II. II. II. f. II. n. II. II. Pr. in. Africa.
 II. II. II. f. II. n. II. Calenus II. II. II. f. II. n * Lucerinus *
 Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. [M. Ræcius M. f. M. nepos]
 [T. Numisius T. f. II. n. Tarquinienis] [L. Stertinius L. f. L. nepos]
 Cn. Cornelius. L. f. II. n. Sifenna.

ANNI P. R. C DCXIIIX.

Consules.

Ser. Fuluius * Q. f. Cn. n * Flaccus. Q. Calpurnius C. f * Cn. n * PISO.

EIVS anni produnt Consules tabulæ Græcæ & Cuspiniani Flaccum & Pisonem: Casiodorus & Marianus Ser. Fuluium & Q. Calpurnium: Iulius Obsequens Ser. Flaccum & Q. Calpurnium: Orosius autem Ser. Fuluium Flaccum & Q. Calpurnium Pisonem. Rarum profectò prænomen hoc in Calpurniis, sed Auctorum & nummorum antiquorum consensu probari videmus.

Ser. Fulvio Consuli Illuricum, Q. Calpurnio Numantini & Hispania citerior prouinciæ obuenerunt: cum his enim bellum indies maius exarsit. Illuricum verò Vardæi instabant, quod à bello Persico sub Romanorum tutela fuerat. Aduersus quos Fuluius Consul

Prouincia Consulares.

Consul cum ingentibus copiis missus, hostes vno praelio victor non solum summouit, *Vardai victi & subingati.* verum etiam subegit, vt Liuiana Epitoma lib. LVI. & Appianus in Illurica produnt. At collega Q. Calpurnius agros Numantinorum Pallantinorumque vastando truit aestatem; reliquumque imperij sui tempus in hibernis apud Carpetanos transegit, vt Appianus in Iberica scribit. Iulius Obsequens autem res male ad Numantiam administratas, exercitumque Romanum & hoc anno oppressum fuisse dicit: qui & huius anni prodigia multa narrans, Aetnae montis in Sicilia incendium vastum refert, quod etiam Orosius lib. v. cap. vi. describit exactius: vbi etiam multa de exordio belli seruilis in Sicilia, iam ante, vt apparet, inchoati, sed neglecti. Quamuis etenim expugnatis aliquot Praetorum castris infelici euentu plerumque pugnatum esset; tandem hisce Consulibus adeo inuoluit fugitiuorum multitudo, effractis passim ergastulis, vt non dicam Praetores Romanos, quos penitus deinde profligauit, sed Consules quoque terruerit. Ad septuaginta seruorum milia tunc in armis fuisse, tradit Orosius; solam Messanam urbem ab hac contagione immunem fuisse, quae seruos suos liberaliter habitos in pace continuit. Verum in Liuij Compendio legimus eos ad iusti exercitus agmen primum excreuisse, quod ducebat primus belli inceptor Eunus Syrus; ducem alterum postea Cleontem nomine milium septuaginta auctarium addidisse. Vide praeter iam dictos Auctores L. Florum lib. III. cap. XIX.

Prætores.

Urbem & Peregrinam iurisdictiones. &

Urbanam & Peregrinam iurisdictiones. &

Urbanam & Peregrinam iurisdictiones. &

Urbanam & Peregrinam iurisdictiones. &

Quæstiones publ. fort. obtinere.

C. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. L. Rupilius P. f. P. nepos.
 P. Licinius P. f. P. n. Crassus Mucianus. M. * M. f * n. Perperna.
 * L * Plautius * L. f. P. n * Hupseus. [C. Licinius C. f. n. Nerua]

Maiestatis postulatus & multa indicta damnatus fuit M. Aemilius Lepidus ex citiore Hispania Romam reuersus; quia Procos. iniussu Senatus bellum Vaccæis intulerat, atque Remp. malè gesserat, vt Appianus in Iberica refert. *Quæstio maiestatis. M. Lepidus damnatus.*

Prætores prouinciarum.

* C. * Calpurnius * L. f. L. n * Pifo. Siciliam fortitus obtinuit. A fugitiuis seruis victus ac profligatus castra amisit: L. Florus lib. III. cap. XIX. *Fugitiui fugant & vincunt.*

M. Cosconius * M. f. M * nepos. Macedoniam fortitus obtinuit. Cum Scordiscis Thraciæ populis prouinciam incurfantibus prosperè pugnavit, vt Liuij Epitome prodit lib. LVI. *Scordisci Thracæ victi.*

Galliam. Sardiniam

Achaïam. Africam

Prouincias. fortiti. obtinere.

L. Valerius * C. f. P. n * Flaccus. Flamen. Martialis. Galliam fortassis extra sortem obtinuit, propter sacra retentus in Italia.

P. Mucius P. f. Q. n. Scæuula. C. Atilius M. f * C. n * Serranus.

[M. Titinius M. f. Q. nepos.]

Ædiles curules

L. Cornelius * L. f * n. Cinna. P. Furius Cn. f * P. n * Philus.

Ædiles plebis.

C. Antonius * M. f. C * nepos L. Aurelius L. f. L. n. Orestes.

Tribuni plebis

Ex S. C. de P. Scipionis Aemiliani secundo Consulatu rogationem tulerunt ad populum, vt sine legis, quæ bis Consulem fieri vetabat, fraude creari ea dumtaxat vice P. Scipio *Rogatio de P. Scipionis secundo Consulatu.*

pio Consul iterum posset. Plebes Vti rogas, iussit ; & P. Scipio mox Cos. iterum est designatus. Meminit rogationis istius Appianus in Iberica . Sed Græcus is auctor videtur in hoc loco errare, quod annali Villia lege, qua Consularis ætas terminabatur, solum scribat, cum Scipio iam tum esset annorum ferè quinquaginta: verum primo Consulatu, cum adhuc ætatis esset immaturæ, annali lege Villia solutus fuit, vt tunc docuimus.

Errare lapsus Appianus Alexandrinus.

P. Rupilius M. f * P. n. Rufus * C. Hostilium Mancinum Consularem à patre patrato Numantinis anno superiore deditum, & non receptum; cum Romam rediisset, in Senatum venire non dubitantem, de Senatu iussit educi, quod eum ciuem negaret esse. quia memoriæ sic esset proditum. Quem pater suus aut populus vendidisset, aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium. De C. Mancini isto casu hæc ferè Cicero de oratore libro primo. Magna sanè contentione controuersiam hanc de ordine, ciuitate, libertate, deque capite nobilissimi atque optimi viri Consularis actam Romæ fuisse, insinuat idem Cicero: quia tamen sponte deditiois periculum pro Rep.

De C. Hostilij Mancini, post deditioem reuersi Romanam, ciuitas controuersia.

** augurio in vulgatis Auctoris de viris illustribus. Ex S. C. & populi iussu L. Mancini ciuitas laudata.*

subierat, nec ab hoste receptus, sed * augurato in castra Romana reductus fuerat: lex de eodem est lata, vt esset ciuis Romanus, & Præturam postea consecutum disertè scribunt Pomponius Iuriscos. ad legem vltimam de legationibus, Digestorum lib. L. sic Auctor de viris illustribus cap. LIX.

..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..

C. Cassius * C. f. C. n * Longinus L. Hortensius L. f. * M * nepos]
 C. Sextius C. f. C. n. Caluinus [Q. Opimius Q. f. Q. nepos]
 [M. Iuuentius M. f. T. n. Thalna] [C. Antistius C. f. Sex. n. Labeo]
 [Q. Voconius Q. f. .. n. Saxa.] [C. Gallius .. f. .. n. Lupercus]
 [C. Fescennius C. f. L. nepos]

Quæstores vr bani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores Prouinciarum.

.. .. f. .. n. .. Ser. Fului Cos. in Illurico.
 f. .. n. .. Q. Calpurnij Cos. in Hisp. citeriore.
 f. .. n. .. * C * Pisonis Pr. in Sicilia.
 f. .. n. .. * L. Flacci * Pr. in Gallia.
 f. .. n. .. M. Cosconij Pr. in Macedonia.
 f. .. n. .. Calenus.

Denarij argentei.

M. Iunius * C. f. C. n * Silanus. Q. Curtius .. f. .. nepos. Collegas fuisse nobis constat ex antiquis nummis, & in Quæstura fortassis vr bana: quandoquidem eorum nomina in argenteis denariis iuncta reperimus, amborum scilicet mandato cufis. In his signatura solita Romæ caput alata galea rectum cum denarij nota x. & litteris, Q. CVRT. In altero eorum latere Iupiter videtur cum sceptro in sinistra, & fulmine in dextro manu stans in quadriga, sub qua litteræ, M. SILAN. ROMA. Lituus autem supra quadrigam designare videtur M. Silanum istum Augurem fuisse.

P. Ælius Q. f. P. n. Tubero. L. Æmilij Pauli ex filia nepos, tam P. Africano Æmiliano auunculo, quàm patre Consulari Q. Tuberone genero L. Pauli nobilis; quemadmodum ex vno loco Ciceronis de oratore lib. II. palam fit, vbi huic P. Tuberoni Africano auunculum mortuum laudaturo C. Lælium Sapientem funebrem concionem præscripsisse tradit.

L. Cæcilius L. f. Q. n. Metellus. Qui. postea. Delmaticus. appellatus. est. Huius pater fuit L. Metellus Caluus, Consularis & Censorius; patruus Q. Metellus Macedonicus, sicut triumphorum Capitolinæ columnæ demonstrant. Fratrem huius fuisse Q. Metellum Numidicum, ex Ciceronis Sextiana, Velleio Paterculo, & Val. Max. colligimus: Consul, item Censor, ac Pontifex Max. demum factus est: & eius filia M. Æmilio Scauro principi Senatus nupta, mater fuit M. Scauri, quem reum Cicero de-

fen-

defendit, vt ex orationis fragmentis, & Pædiano commentatore discimus. quam eandem postea duxit L. Sulla Felix Dictator, eodem Pædiano teste.

C. Acinius * C. f. C. n * Labeo. Qui & Macerius dictus est, teste C. Plinio lib. vii. cap. xlii. Portentum hominis, flagitioso Tribunatu plebis, non vlla virtute notus, vt suo loco patebit.

L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta. L. Cottæ forsan filius, qui Cos. anno dcix. fuit. Hic & ipse Cos. postea sequetur.

[Sex. Digitius Sex. f. Sex. nepos] Auo Prætorio, qui anno dlxx. Hispaniam vltiorem obtinuerat, vt auctor est Liuius lib. xxxix. Meminit & filij ipsius Sex. Digitij Tribuni militum in Macedonia anno dxxciii. lib. xliii.

[P. Silius L. f. P. n. Nerua]

Prouinciæ prorogatæ.

Sex. Atilius M. f * C. n * Serranus. Procos. Venetos. extra ordinem. obtinuit. Non belli, vt suspicor, gerendi causa, sed vt agros diuideret, limitumve lites ac controuersias inter fœderatos populos quosdam dirimeret: quemadmodum testari videtur antiquus ille terminalis lapis. Hermolai Barbari inuentus ætate, qui adhuc extare dicitur Leouici in agro Vicetino cum tali inscriptione:

SEX. ATILIVS. M. F. SERRANVS

PROCOS. EX. S. C.

INTER. ATESTINOS. ET VEICETINOS

TERMINOS. STATVIT.

Aliud certi nihil de huius prouincia reperio.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Qui in hoc honore. Callaicus, appellatus. est. Hisp. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit. Sexaginta Gallæcorum siue Callaicorum milia, qui Lusitanis ex Oceani montibus auxilio venerant, aspero atque difficili bello, quamuis incautos circumuenisset, oppressit. Atque aditis quæ vix adire poterant gentibus, penetratisque inaccessis montibus, peragrauit victor Oceani littora; nec prius signa conuertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque; aquis ignem, non sine sacrilegij metu ac horrore deprehendit. Ex qua victoria Callaici cognomen obtinuit. Hæc apud Velleium, Orofium, L. Florum, atque Strabonem libro tertio: meminere Sex. Rufus, & Liuius lvi.

D. Bruti victoria insignes in vltiore Hispania.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

//. // . f. // . n. // . D. Bruti Procos. in Hisp. vltiore

//. // . f. // . n. // . // . Pr. in Africa.

//. // . f. // . n. // . // . Pr. in Sardinia.

//. // . f. // . n. // . // . Pr. in Achaia.

//. // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . f. // . n. Ostiensis.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarbus [Ti. Numisius T. f. // . n. Tarquinienfis.

C. Fannius M. f * M. n * Strabo. C. Poblcius Q. f * C. n * Bibulus

[C. Vrsanius C. f. C. nepos] P. Manilius * M. f. P * nepos.

Ser. Fuluius * Q. f. Cn. n * Flaccus ann. dcxix.

Cos. de Vardaieis. ex. Illurico. // . // . //

Ser. Fuluium verò Consulem subactis Vardæis, ex Illurico triumphum reportasse (quamuis apud Auctores veteres nobis nunc residuos, nil certi de ea re proditum reperimus) opinatur eruditissimus Carulus Sigonius ex Liuij paucis quæ extant in Epitoma lvi. libri verbis. Cui non possum non astipulari, cum maximè non solum subacti tunc, vt Liuius ait, Vardæi, sed etiam, vt auctor est Strabo, ab ora maritima in Illurici interiora translati fuerint. Reperiuntur insuper denarij argentei, in istius, vt apparet, triumphij memoriam cusi, cum Ser. Flacci nomine: in quibus extant Romæ caput galea armatum cum nota denarij x. & Victoria quadrigam triumphalem agitans, sub qua litteræ ta-

Denarij triumphales victoriarum.

ANNI P. R. C. DCXIX.

Consules.

P. Cornelius P. f. P. n. Scipio. C. Fuluius * Q. f. Q. n * FLACCVS
African. Æmilianus. II.

CONSULES subsequuntur in Cassiodoro & Mariano Scoto P. Africanus II. & C. Fuluius Flaccus. in Iulio Obsequete P. Africanus II. & C. Fuluius in tabulis Græcis Scipio II. & Flaccus; Cuspiniani autem Æmilianus II. & Flaccus. Sed iterati Consulatus nota apud Africanum, in multis iam dictorum Auctorum exemplaribus librariorum

*P. Æmiliano non petenti Consulatus alter deferatur, lege impeditus soluitur, qua lata fuit anno DCIII. * licere minime vellet mendosè in vulgatis Liuianis. In campum suffragator descendit, Consul domum rediit.*

negligentia intercidit. Plures enim alij hunc secundum P. Africanum Consulatum celebrant, quem Senatus populusque Romanus, non secus ac primum Consulatum, eidem non petenti detulit. Hunc verò secundum cum illi capere ob legem post M. Marcelli tertium Consulatum, M. Catone suatore, latam (que verabat, quempiam iterum Cos. fieri) minime liceret; sicuti priore Consulatu legibus solutus est. Cum enim superiorum ducum vitio bellum Numantinum nimis diu non sine publico pudore traheretur, P. Scipio Africanus solus omnium iudicio dux requiri videbatur, cuius auspicijs Numantia, non secus ac Carthago, concideret. Cum igitur in campum Quæstorij comitijs, ut auctor est Valerius Max. lib. VIII. cap. XVI. suffragator fratris sui filij Q. Fabij Max. descendisset, populus Consulem iterum creauit. Hinc apud Ciceronem de amicitia Lælius ait: Qui Consulatum petiit numquam, factus est Cos. bis: primum ante tempus; iterum sibi suo tempore, reipublicæ pænè sero. Apud eundem Ciceronem in Somnio Scipionis eiusdem de republica VI. creatus absens dicitur: quod tamen ex consueta tunc loquendi formula intelligendum est, quasi diceret, non petens. In campum enim descenderat, sed Consulatum non petiit, ut rectè Sigonius in Liuianis scholiis declarat. Vide de his Liuij Epit. lib. LVI. Velleio, Appianum in Iberica, Orosium, Eutropium, & alios.

Prouincia Consulares.

** minime valuisse in vulgatis.*

P. Africanus Hispania ceterior bellumque Numantinum extra sortem decernitur, & C. Fuluius Italia; cui denique extra ordinem adiuncta Sicilia, ac bellum cum fugitiuis, quod à Prætoribus antea non potuerat opprimi. Sic etenim annotatū in Epitoma Liuij lib. LVI. habetur: Bellū seruile in Sicilia ortum cum opprimi à Prætoribus * non potuisset, C. Fuluius Cos. mandatum est. Hinc apparet, post Hupsæum Prætorem hoc anno profligatū ac castris exutum, C. Fuluius Cos. hanc prouinciam cum nouo supplemento decretam fuisse. Quid autem ibidem rei contra fugitiuos gesserit, memoriæ proditum non inuenio. Solus Orosius lib. V. c. IX. nobis exponit, post hoc Fuluium Cos. in Sicilia prouincia L. Pisonem anni sequentis Cos. successisse, uti nos suo loco dicemus. Igitur quia primum hoc anno cum fugitiuis Consulari exercitu decertarunt Romani, eodem hoc iusti belli nomine appellari cepisse volunt Orosius & Iul. Obsequens; quamuis quatuor antea Prætores cum fugitiuis infelicitè congressos fuisse, L. Florus, ut dixi, referat. P. Africanus Cos. cum exquisiti delectus supplemento nouo in Hispaniam profectus est ad Numantinum bellum, ubi cum à Q. Pisone veterem exercitum accepisset, nil prius habuit, quam luxu & otio diffluentem eneruatam militem ad * seuerissimam militiæ disciplinam reuocare, priusquam acriore bello hostes aggressurus esset. In qua re summum ac diligentissimum imperatorem se præstitit. Nam omnia, mox ut aduenerat, deliciarum instrumenta rescidit, duo scortorum milia castris eiecit, lixas, calones, coquos perpaucos reliquit; militemque quotidie in opere & procinctu tota bruma tenuit, castra sæpius mutando. Iumenta quidem, ne exoneraret militem, vendidit omnia; eundem triginta dierum frumenta, septenosque vallos ferre, vada fluminum pedibus ordine transire cogens. Et si quem extra ordinem deprehenderet, ciuem vitibus, extraneum virgis cædere iussit. Hac ratione roboratum assiduis laboribus exercitum circumducens non ad Numantiam mox properauit, aut hostes præliis lacesiuit; sed agros eorum longè lateque primum vastare voluit, donec Micipsa, Massaniæ filius, Numidiæ rex, equitum peditumque auxilia ex cædere mitteret. Quæ Manestabilis fratris Micipsæ regis filius Iugartha, qui postea Romanis bellum mouit, cum duodecim elephantis, & magno sagittariorum ac funditorum numero in Hispaniam ad Scipionem duxit. Vbi honorifice ab Imperatore acceptus, & in eius comitatu inter præcipuos habitus est. Hæc multò latius apud Appianum in Iberica legitur, qui istam Scipionis expeditionem pulcherrimè narrat ex P. Rutilij Rufi de eodem Numantino bello scriptis, qui tunc temporis sub Cos. Scipione Tribunus mili-

*Disciplina militaris restaurata. * generosissimam in vulgatis Liuij Epitomis: nota hac est ex lac. Susij v. cod. manuscriptorum.*

Numidarum auxilia Iugartha duce missa in Hispaniam veniunt.

P. Rutilij historia de Numantino bello.

militum erat. Multa de his etiam inuenies in Liuianis fragmentis lib. LVII. Frontini Strategematibus, L. Floro, Orofio, & Val. Maximo lib. II. cap. VII.

Prætores.

II. II. II. f. II. n. II. . . . II. II. II. f. II. n. II.
 Vibanam. & Peregrinam. iurisdictiones. &
 II. II. II. f. II. n. II. . . . II. II. II. f. II. n. II.
 II. II. II. f. II. n. II. . . . II. II. II. f. II. n. II.

Quæst. publ. sortiti. obtinuere.

C. Hostilius A. f. L. n. Mancinus. III. Quid quæstionis C. Mancino post dedicationem reuerso Romæ per Tribunum plebis motum fuerit anno superiore, iam suo loco dictum est. Quærebatur autem de eius ciuitate non sine magna controuersia cum in Senatu tum coram populo, sicut ex Cicerone demonstraui. Sed ex Pomponio Iurifcos. ^{Plebiscitum de C. Mancino ciuitate Romana. Prætor deinde factus.} quid amplius discimus, pro Mancino scilicet populum Romanum iudicasse, ac optimo iure ciuem declarasse. Ut ignominia se vacuum omnibus ostenderet, sed honore potius dignum, non Consulatum alterum, quia lex obstabat; sed Præturam denuò petiit, & à populo consequutus est, quemadmodum Auctor de viris illustribus in vita C. Mancini scribit. Cui etiam astipulatur Pomponius tit. de legationibus Digestorum lib. quinquegesimo, hisce verbis: Deditus hostibus, & non acceptus, quæsitum est an ciuis Romanus maneret: quibusdam existimantibus, aliis contra. Quia quem populus iussisset dedi, ex ciuitate expulsi videretur: sicuti faceret, cum aqua & igni interdiceret. In qua sententia videtur P. Mucius fuisse. Id autem maximè quæsitum est in Hostilio Mancino, quem Numantini sibi deditum non acceperunt. De quo tamen lex postea lata est, ut esset ciuis Romanus, & Præturam quoque gessisse dicitur. Hæc ita Pomponius. Populi igitur beneficio uti, atque post Consulatum Prætor iterum fieri C. Hostilius voluit: nec puduit ipsum factæ pro republica publicæ dedicationis, cum hac populum Rom. religione soluerit; & ipsum ignominia vicissim ac capitis diminutione populus. Quare voluit ob rei memoriam Mancinus sibi statuam eodem quo deditus fuit habitu statuere, sicut Plinius ^{Statua Mancini gloriosa.} historiæ naturalis lib. xxxvi. cap. v. annotauit.

M. Aquilius M. f. M. n. nepos C. Memmius * C. f. L. n * Gallus
 C. Perfius * C. f. C. n. Flaccus * [C. Claudius Ap. f. C. n. Centho]
 [Q. Marcius Q. f. Q. n. Ralla.

Prætores prouinciarum.

* L * Plautius * L. f. P. n * Hupsæus. Siciliam. sortitus. obtinuit. Infelicium Prætorum quartus, qui à fugitiuis victi, & castris amissis, fugati fuere, ut auctor est L. Florus lib. III. cap. XIX. Cum igitur Sicilia tam esset oppressa, ut non posset à Prætoribus tutari; extra ordinem illa C. Fulvio Cos. decreta videtur, ut Consulari cum imperio & exercitu vindicaretur. Meminit Liuij Epitome lib. LV.

II. II. II. f. II. n. II. Sardiniam. II. II. II. f. II. n. II. Africam
 II. II. II. f. II. n. II. Achaiam. II. II. II. f. II. n. II. Macedoniã
 II. II. II. f. II. n. II. Illuricum

Prouincias. sortiti. obtinuere.

Illuricum quidem, capto rege Gentio, magna ex parte in Romani populi potestatem venerat. Et quamuis tum L. Anicius Prætor, qui Gentium ceperat, ex S. C. & quinque legatorum sententia liberos Illurios, & multos ex his populos immunes declarasset: qui tamen regi Gentio paruerant, & eius arma contra Romanum sequuti fuerant, vestigal dimidium eius quod regi suo pependissent, populo Rom. soluere iussi sunt. Inde in tres partes Illuricum diuisum est, ut Liuius lib. XLV. scribit: quarum vna pars Labeatium erat Gentij regnum; (hoc Romanum Illuricum appellare videtur Appianus Alexandrinus:) à cuius finibus cum Vardæos reppulisset anno superiore, totamque Vardæorum regionem subiugasset Ser. Fuluius Cos. ut antè dictum est; prouinciæ Prætoris formam accipere Illuricum cœpit, cum maximè Prætores sex quotannis in prouincias mittere iam dudum moris esset. Huic autem prouinciæ non diu post adiuncti sunt Istri, Iapudes, & Dalmatæ, sicut ex sequentibus patebit.

P. Licinius P. f. P. n. Crassus Mucianus M. II * M. f * II. n. Perperna
 V v 2 [C. Li-

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 M. Æmilius * M. f. M. n. * Lepidus C. Iulius. Sex. f. Sex. n. Cæsar.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 C. Marcius C. f. C. n. Figulus L. Cassius Q. f. L. n. Longinus

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Q. Cæcilius Q. f. Q. n. Metellus. Qui. postea. Balearicus. appellatus est.

C. Fannius C. f. C. n. Strabo. Qui per magistratum gradus ad Consulatum ascendit. De eodem Tullius in Bruto multa. Non habitum fuisse elinguem, & causas defenditasse, atque eius Tribunatum P. Africani arbitrio & auctoritate gestum, non obscurum fuisse scribit. Tribunus plebis igitur vel hoc vel superiore, quo Cos. II. creatus est Africanus, hic Fannius fuit.

[L. Bæbius L. f. L. n. Diues]

[T. Cicereius C. f. T. nepos]

[P. Decimius P. f. C. n. Flauus]

[L. Cincius L. f. M. n. Alimentus]

C. Mamilius * C. f. Q. n. * Limetanus.

[C. Caninius C. f. // n. Rebilus]

[M. Caninius M. f. // n. Rebilus]

[Q. Manilius Q. f. M. nepos]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciarum.

//. // . f. // . n. // . P. Africani. Æmiliani. Cos. in. Hisp. citer.

Denarij antiqui.

C. Fundanius * M. f. M. n. Fundulus * In coniecturam huius me ducunt antiqui denarij ex argento pulcherrimi, cum Romæ capite & curru Iouis triumphalis, cuius in equo iugali sedet, lauri ramum dextra tenens, quasi victor Scipio triumphum non sibi, sed Ioui in honorem ducens. Cui igitur, ut apparet, in usum triumphi Hispaniensis subuersa Numantia per Quæstorem ipsius C. Fundanium: cum in his videantur litteræ, sub curru, C. FVNDAN. supra currum Quæstoris nota Q. & in alio latere retro Romæ deæ galeam, H. Hispaniæ nota.

//. // . f. // . n. // . * L. * Plautij Pr. in. Sicilia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Sardinia.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Africa.

//. // . f. // . n. // . // . // . Pr. in. Illurico.

//. // . f. // . n. // . * Lucerinus *

Q. Fabius Q. Æmiliani. f. Q. n. Maximus. Qui. postea. Allobrogicus. appellatus est. Hunc Quæsturæ candidatum anno superiore, ut supra recensui, cum P. Scipio Æmilianus eius patruus in campum ex necessitudinis officio deduceret; ipse præter expectationem Consul non candidatus est factus. Fabius haud dubiè Quæstor designatus fuit, ut arguunt sequentes eius magistratus. Hunc verò L. Paulli nepotem Græcis & Latinis litteris eruditum non inculcè dixisse, refert Tullius in Bruto ex L. Artij poetæ sententia. Ceterum hoc adolescente nihil magis infame, eodemque sene nihil ornatus illo sæculo reperiri potuisse testatur Valerius Max. lib. vi. cap. ix.

Q. Fabius L. Æmilij Paulli nepos doctus.

M. Porcius M. f. M. n. Cato. Hic M. Catonis Censorij nepos ex maiore filio M. Ca-

M. Catone, quem in Prætura, patre viuo, mortuum retulimus ex Liuiio & Plutarcho. Hic postea in Consulatu mortuus est. Fuit vehemens satis orator, & multas orationes ad aui exemplum scriptas reliquit, vt auctor A. Gellius lib. XIII. cap. XVIII.

*M. Catonis
Censorij ne-
pos orator.
Orationes
scriptas reli-
quit.*

Q. Marcius Q. f. Q. n. Rex. Cuius auum Tribunum plebis anno DLVII. recepimus ex Liuiio: quare patrem quoque functum honoribus fuisse, consentaneum est, cum eius soror Marcia Q. f. M. Catonis Censorij vxor fuerit. Hunc verò post Consulatum de Stœneis Inalpinis Liguribus triumphasse docebo.

[Cn. Tremellius Cn. f. C. n. Flaccus] Pater Tribunus plebis fuerat anno DXXCIII. teste Liuiio. Videri autem poterit patruelis L. Tremellij primi Scrofae, vt ratio temporis insinuat.

[A. Antonius A. f. C. nepos] Cuius pater Tribunus militum anno DXXCV. militauerat in Macedonia sub L. Paulo contra regem Persen. Meminit Liuius lib. XLV.

[M. Tuccius M. f. M. nepos] [L. Tuccius L. f. M. nepos] Patruelles duorum fratrum filij, quorum auus Prætor fuerat anno DLXIII. vt Liuius lib. XXXVI.

Prouinciæ prorogatae.

D. Iunius M. f. M. n. Brutus. Callaicus. Procos. Hispaniam. vltiorem. prorogato. imperio. obtinuit. Tardius enim ex prouincia Romam reuersum, ac triumphasse docebo. Videtur enim, quamuis subacta iam Lusitania, domitisque Gallæcis, Senatus iussu prorogato per plures annos imperio, eam ob causam retētus in prouincia: vt durante bello Numantino bonum ac peritum Hispania vltior imperatorem quoq; haberet, ne facilè ad occasiones quasque rebellare posset. Vidimus nuper etiam denarios argenteos ex S. C. cusos ad stipendia exercitus, cum capite Veneris diadematae, & Victoria bigam agitante, adscripto hoc eius titulo Procos. D. IVNI. M. F. BRVTVS. PROCOS. EX. S. C. // . // . // . f. // . n. Propr. Galliam. prorogato. imp. obtinuit.

L. Valerius * C. f. P. n * Flaccus. Flamen. Martialis.

Pro. Quæstorib. f. fuere.

// . // . // . f. // . n. // . D. Bruti. Procos. in Hisp. vltiore.

// . // . // . f. // . n. // . * L. Flacci * Propr. in. Gallia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Macedonia.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . Pr. in Achaia.

// . // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. L. Aurelius * L. f. L. n * Cotta

[Sex. Digitius Sex. f. Sex. nepos] C. Poblicius Q. f * Cn * Bibulus

[P. Silius L. f. P. n. Nerua] P. Manilius * M. f. P. n * nepos.

FINIS LIBRI XII.

QVI EX AVCTORIBVS,

C. Plinio maiore. Ammiano Marcellino. Platone. Proclo. Hesiodo. M. Cicerone. Ouidio. C. Sallustio. Theophrasto. Hefychio. Statio. Phornuto. Cassiodoro. Mariano Scoto. Terentio Comico. Plutarcho. Iulio Obsequente. Val. Maximo. Io. Zonara. Iustino Trogo. T. Liuiio. Nummis antiquis. A. Gellio. Pomponio Iurisco. Cornelio Nepote. Macrobio. Tabulis Consulatum Græcis. Tabulis Cuspiniani antiquis. Auctore de viris illustribus, qui nunc Sex. Aurelius Victor. Appiano Alexandrino. Ateio Capitone. Lucilio poëta. C. Titio oratore. Samonico Sereno. Athenæo. Suetonio. C. Fannio. Donato Grammatico. Massurio Sabino. Censorino. L. Pisone. Velleio Paterculo. Biblijs sacris. Iosepho historico. L. Crasso oratore. Quintiliano. Bapt. Marliano. Onufrio. Huberto Goltzio. Io. Cuspiniano. Paulo Manutio. Ascenio Padiano. Porcio Valgio. Q. Memmio. Clitomacho. Pomponio Attico. Vlrico Zasio. Iulio Solino. Strabone. Iulio Frontino. Velio Longo. Fastis Capitolinis. Columnis triumphalibus.

Marmorum inscriptionibus. Stephano Buzantio. Quadrato. L. Floro. Paulo Orofio. Dino Augustino. M. Varrone. Atio poeta. M. Messalla. I. Rutilio Rufo. Eutropio. Possidonio. Iuvenale. Martiale. Ausonio. Prudentio. M. Celio. Tertulliano. Polybio. Pompeio Festo. P. Victore. Sex. Rufo. M. Catone Censorio Silio Italico. Valerio Aniate. Horatio Flacco. Virgilio. Pausania. Sempronio Asellione. Claudij annalibus. Cn. Gellio. Cassio Hemina. Iornande. Suida. Cornelio Tacito. Eumele. Theopompo. Scribonio Libone. C. Tuditano. Eusebio Pamphilo. Dione Cassio. Carulo Sigonio. Nonio Marcello. Dionysio Lambino. Petro Crinito. Hadriano Turnebo. Diomedes. 2. Terentio Scauro. Pandectis. Vlpiano. Papiniano. C. Plinio iuniore. Apollodoro. Iulio Hygino. Homero. Demosthene. Aristotele. Spartiano. Theocrito. P. Rutilio Rufo historico. P. Scauula Iuriscos.

IN QVIBVS LOCI NOTATI.

In Casiodori tabulis, pagina 403. 441. 445. In Terentio, pag. 403. 404. 412. 413. In Iulio Obsequente, pag. 403. 428. 434. 453. 470. 495. 500. In Mariani tabulis, pag. 403. 440. In M. Cicerone, pag. 403. 419. 431. 433. 441. 445. 456. 463. 464. 465. 480. 484. 485. 499. In Iustino, pag. 404. In T. Liuius, pag. 406. 415. 420. 432. 437. 445. 446. 457. 506. 507. In Cuspiniani tabulis, pag. 406. 431. 479. In Gracis tabulis, pag. 474. 479. 482. In Auctore de viris illustribus, pag. 406. 412. 428. 457. 504. In Macrobio, pag. 410. 445. In Suetonio, pag. 410. 473. In A. Gellio, pag. 410. In Nonio Marcello, pag. 475. In Plinio maiore, pag. 415. 420. 440. 441. 445. In Censorino, pag. 419. 445. In Pomponio Iuriscos, pag. 419. 455. In Onufrio, pag. 420. In Huberto Goltzio, pag. 420. In Vlrico Zasio, pag. 426. In Strabonis interpretib pag. 428. In M. Varrone, pag. 431. 464. In Appiano Alexandrino pag. 433. 437. 454. 495. 504. In Paullo Manuzio, pag. 437. In Pompeio Festo, pagina 441. 478. In Iulio Solino, pag. 441. In P. Victore, pag. 442. In Paullo Orofio, pag. 446. 457. 470. In Eutropio, pag. 445. 457. In Velleio Paterculo, pag. 445. In L. Floro, pag. 455. 456. In Iulio Frontino, pag. 468. 471. In Eusebio, pag. 470. In Plutarcho, pag. 482. In Petro Crinito, pag. 484. In Vlpiano Iuriscos, pag. 485. In Papiniano Iuriscos, pag. 486. In Plinio iuniore, pag. 486.

A P P R O B A T I O.


Hic secundus Tomus Annalium, continens Magistratus & Prouincias S. P. Q. R. ex multis Auctoribus, Antiquitatumque variis monumentis collectus studio & opera R. Domini & doctissimi viri Stephani Vinandi Pighij Campensis, nihil tractat quod sit contra Religionem aut bonos mores: sed omnes Reumpub. administratores docet, vt quæ prudentiæ sunt amplectantur, & quæ tyrannidem sapiunt detestentur. Quare cum fructu multorum imprimi poterit. Quod testor ipsis Idib. April. M. D C. XIII.


*Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus &
Plebanus Antuerpiensis, librorum Censor.*





BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
GRANADA





VINAND.
HIST.
ROM.



B
5

043